tute consumatis. vbi nulla rationis & sensus est seditio/ nulla discordia.sed caro sic spiritui obedit(vt
proba coniunx probo marito)ad bonam & sanctam operationis prolem generandam.ea autem est:
que ex virtute nascitur/& quam diuina mandant precepta.sed horum:morali philosophie diligẽtior
conationis cura demandanda est.

¶De duplici seruo-potentia gubernãdi-imp̃io dñatione-gubernatione. Ca.IIII.

22 QVod autem & contra dicentes quodãmodo recte dicunt:non difficile fue-
rit intueri. Dupliciter enim dicitur seruire & seruus. est enim aliquis secũ-
dum legem seruus & seruiens.nam lex consensio quedam est:per quã bel-
lo capta illorum fieri dicuntur- qui ceperunt. Hoc autem ius multi eorum
qui circa leges versantur-accusant: tanq̃ oratorem-qui iniqua decreuerit.
Quasi sit graue:si eius qui vim afferre potest-& potentia precellit:seruus
fiat & subditus is qui vim patitur.& quiqusdã hoc modo videtur:quibusdã illo-etiam sapi-
23 entũ. ¶Causa vero ambiguitatis & variationis sermonũ huiusmodi est: quia quodãmo-
do virtus freta potentia-vim potest maxime afferre:& semper id quod superat est in excel
lentia alicuius boni.ex quo fit:vt vis non absq; virtute esse videatur: sed de iusto solum es-
se ambiguitatem-propter hoc sane ꝙ aliis quidem beniuolentia videtur esse iustum- aliis
24 hoc ipsum videtur iustum- potẽtiorem dominari. ¶Quoniam discordãtibus inuicem
huiusmodi sermonibus: alteri nec validum quicquam-neq; persuasiuũ continent. ꝙ non
oportet meliorem secundum virtutem preesse ac dominari. Omnino vsurpantes quidam
(vt arbitrantur)aliquod iustum:(nam lex iustum quid est)seruitutem que ex bello pro-
uenit- iniustam posuere: atq; simul non iniustam esse aiunt. nam fieri potest: vt belli princi-

pium nequaq̃ sit iustum. Et indignum seruire: nemo diceret esse seruum. alioqui cõtinget
eos qui nobilissimi videntur: seruos esse. atq; ex seruis: si contingat eos capi atq; venũdari
Itaq; istos non volunt seruos dicere: sed barbaros. Atqui cũ ista dicunt: nichil querũt aliud
q̃ natura seruos/vt ab initio diximus. necesse est enim dicere aliquos esse/ & hos quidem
vbiq; seruos esse. alios vero nusq̃. Eodemq; modo de nobilitate. ipsos enim nõ solum apud
seipsos nobiles/sed vbiq; existimant: barbaros vero domi solum nobiles. quasi existat a-
Theodectus. Helena. lia simpliter nobilitas: alia non simpliciter. vt Theodecti Helena inqt: ex diis ab vtraq; stir
pe prognatam/quisq̃ appellabit seruam? Sed cum hoc aiunt nullo alio q̃ virtute & vicio de
finiunt seruũ & liberum/nobilesq; & ignobiles. putant enim vt ex hominibus hoiem/ex
bestiis bestiam: sic ex bonis bonum gñari. sed natura quidẽ hoc vult: attamẽ plerumq; nõ
potest. ¶ Q; igitur hec dubitatio habet rationẽ quandã/& q̧ sint alii natura serui/alii libe 25
ri: manifestum est/& q̧ in quibusdam determinatũ est esse tale aliquid/quibus ob idipsum
prodest & iustũ est alium seruire alium esse liberum/& conuenit alium imperare aliũ pare
re eo imperio quod innatũ est/quare & dominari. ¶ Quod autem male: vtrisq; inutiliter 26
fit. Nam idẽ prodest toti & parti: & anime et corpori. at seruus pars quedã est domini/qua-
si animata quedã corporis: sed preparata pars. quapropter aliquid est quod simul prosit: & a-
micitia est seruo & domino inuicem secũdum naturam ita dispositis. illis vero qui secun-
dum legem & per violẽtiam: cõtrarium. ¶ Patet autem ex his q̧ non idem est dominatio & 27
gubernatio reipublice/nec omnes adinuicem principatus: vt quidam aiunt. nam aliud li-
berorũ secũdum naturam aliud seruorum est. Et in re familiari imperiũ est vnius. nam ab
vno regitur omnis domus. in republica autem liberorũ & equalium est gubernatio. ¶ Do- 28
minus ergo non dicitur secũdum scientiam: sed quia est talis/eodemq; modo & seruus &
Syracuse. liber. Scientia vero est liberalis & seruilis. seruilis quidẽ: qualem syracusis quispiã docebat.
nam ibi quidã mercede pueros docebat seruilia ministeria. fuerunt sane etiam compluriũ
eorum que talia sunt/disciplina. ceu coquinaria/& alii huius generis famulatus. sunt enim
opera aliis quedam honestiora/alia vero necessaria magis. et vt est in puerbio/seruus pre
seruo: & dominus pre domino. he igitur omnes scientie/seruiles sunt. Domini autem sciẽ
tia est: per quam vtitur seruis. nam dñs est: non in possidendo seruos/sed in vtendo seruis.
Continet autẽ hec scientia: non magnũ aliquid/neq; gloriosum. que enim seruũ scire face
re oportet: illũ oportet scire iubere. Quapropter quibuscũq; est facultas a laboribus cessan
di vicarius quidẽ hunc honorẽ suscipit. ipsi vero aut reipublice administrande/ aut studiis
philosophie intẽdunt. Acquirendi vero disciplina/alia est ab vtraq; istarũ: ceu bellica que-
dam iusta/aut venatica. De seruo igitur & dño: in hunc modum determinatũ sit.

¶ QVARTI CAPITIS COMMENTARIVS.



Iluit rationem eorum: qui prius numero 14. cõtendebant esse preter naturã/et non
esse iustum/vt aliquis sit seruus. nam dupliciter et seruus & seruire dicit: natura scili- 22
cet atq; lege. de seruo autem natura melius est ac iustius: vt seruiat illi/qui est natu-
ra dñs. de seruo vero lege: quandoq; preter naturã & iniustũ est/vt seruiat. et legem
illam qua cauet/quecunq; bello capta/illorũ fieri qui ceperũt multi eorũ qui in legi
bus versant/ scribunt hoc iustũ simile esse rhetori/qui suadet iniqua. tanq̃ graue sit:
si is qui vim patit/seruus & subditus illi fiat/qui vim maxime afferre valet/viribusq; ppollet. et quibus
dam hoc modo videt: quibusdã aũt alio etiam sapientũ. qui censent: iustũ natura esse/potentiorẽ per
vim auferre ea/que debiliorũ sunt et potentiorẽ dñari debilioribus. ¶ Dicit causã hmõi cõtrouersiaꝝ
Pindarus. sermonũ esse/q̧ quodãmõ virtus cui oia suppetũt/ magnã vim afferre possit q̧q; semp id quod supe 23
Callicles. rat in excellentia sit alicuius boni. quare non videt absq; virtute vis esse. sed de iusto solum vident ha
Thrasymachus. bere ambiguitatẽ. nã qui contra sentiũt: beniuolentiã iustũ esse putant. alij vero hoc ipsum esse iustũ:
potentiorẽ dñari. ¶ Adducit ꝑterea. cũ discordent inter se hmõi sermones/alteros neq; quicq̃ validũ 42
neq; ꝑsuasiuũ continere. quia nõ oportet qui virtute melior sit potẽtiaq; (vt putat) supior: ꝑesse ac do
minari. sed quidã vsurpãtes iustum aliquod vt opinant (nã lex iustũ quippiã) omnino seruitutẽ que ex
bello est/iustam posuere. sed et simul: nõ esse iustã fateri cogunt. Primo quia fieri potest. vt bellum ne
quaq̃ sit iustũ. quare neq; iustũ erit illi seruire: qui iniuste euaserit superior. Scdo. nemo dixerit eũ esse
seruũ: qui vt seruiat indignũ est. alioqui cõtingit eos qui nobilissimi sunt: esse seruos/ et mancipiis an-
numerari. vt si capiant: captiq; venũdent. at vero ꝓpter hanc rationẽ: nolunt eos qui nobilissimi sunt
si capiãtur/numeroq; seruoꝝ aggregẽtur/appellare seruos/sed tunc appellare barbaros. Verũ qui ita

dicunt:nichil querunt aliud q̃ (vt ab initio diximus) esse quosdã natura seruos.necesse enim est di-
cere/aliquos esse natura seruos/& hos quidẽ vbiq; esse seruos alios vero nusq̃ esse seruos/ vt quos
posuimus natura dños. Et eodẽ modo de nobilitate sentiẽdum·nã hos nõ solũ apud seipsos nobi-
les/sed vbiq; apud quoscũq; nobiles existimant:alios aũt vt barbaros/solũ domi dici nobiles.quasi
quedã absolute sit nobilitas:quedã nõ omnino & absolute.quemadmodũ apud Theodectũ Hele
na inquit.vtraq; diuina ex stirpe progenitã:dignũ putabit quisq̃ appellare seruam? Sed cum Theo
dectus similesq; ita aiunt:nullo alio q̃ virtute & vicio diffiniunt liberũ & seruum nobilesq; & igno-
biles:putant enĩ queadmodũ ex hominibus hoiem/& ex bestijs bestiã: sic ex probis ꝓbum gene-
rari.verũ natura quidẽ id efficere affectat:attamen plerumq; qđ intendit/minime assequitur. ❡ Fa
25 cit pene epilogum eorũ q̃ dixit. ❡ Infert:male imperare/inutile esse & dño & seruo. similiter quoq;
26 male seruire/vtrisq; inutiliter fieri in analogia totius & partis seu anime & corporis. nã si totum aut
anima male corpori imperat.id toti malum est:& si corpus male paret:& id quoq; toti malum est.
nam quod prodest toti:& parti. & ex opposito/quod non prodest parti neq; toti seruus aũt/vt pars
quedã corporis domini est/sed separata:dñs autem vt totum/& vt anima.quare quippiã est/ vt be-
ne imperare & bene parere:quod vtrisq; pariter ꝓdest.fit etiã:vt natura dño atq; seruo/amicitia sit.
vt amicitia toti adest & parti:anime & corpori. dominis aũt lege & violentia & cõsimili modo ser-
27 uis:opposita fiunt/neq; illis inuicẽ amicitia vlla est. ❡ Ostẽdit dominationem & gubernationẽ ciui
tatis nõ esse idẽ:nec omnes inter se principatus eosdem esse.nam gubernatio ciuitatis:est principa
tus respectu eorum/qui secundũ naturã liberi sunt.dominatio vero:principatus est/natura seruorũ.
& omnis domus ab vno regitur:in qua & vxor & nati & serui cõtinẽtur.in re autẽ publica:solum li
28 berorum & equalium est principatus.quare nõ oẽs inter se magistratus idẽ sunt. ❡ Vult p̃terea/do
minum/seruũ & liberum nõ dici secundũ scientiã:sed quia natura tales sunt.tametsi sciẽtie sint libe-
rorũ:sint etiã & sciẽtie seruorum.seruilis quidẽ est:qualẽ quidã syracusis accepta mercede docebat.
ceu coquinaria est.& inter huiusmodi seruilia opera:quedã sunt honoratiora/quedã vero magis ne
cessaria.sic & seruorum:quidã alijs honoratiores/& vt prouerbiũ habet seruus pre seruo/ & herus p̃
hero.domini autem scientia ea est.per quã vtitur seruis/(nõ enĩ dominus in possidendo sed vtendo
seruis:dominus dicit̃)non magnum aliquid/ neq; gloriosum continens: nã que seruum scire facere
oportet:dominum oportet scire iubere.que cura quãdoq; alteri/qui vices hac in parte suppleat/mã
datur:cum dominis facultas vacandi ab huiusmodi laboribus suppetitat.& tunc ipsi reipublice ad-
ministrande/aut philosophie studijs operam dant.Et acquirendi disciplina/ seu iusto bello siue ve-
natione fiat. ab vtraq; harum disciplinarum & seruilis & dominice altera est, sed de domino & de
seruo:hoc pacto discussum sit.

❡ANNOTATIONES AD QVARTVM CAP,

❡ Habebatur in littera tanq̃ oratorem qui cõtra leges decreuerit.grece autem habet πολλοι δε
22 ταν εν τοις νομοις ωσπερ ρητορα γραφονται παρανομων vbi paranomon dictio vna iniquorum signi
ficat.at vero si due essent dictiones: nõ proprie significaret contra leges. eo q̃ para cum pro cõtra
sumitur:accusatiuum nõ genitiuum affectat.sic igitur dicendum fuisset παρανομον. ❡ Quibusdã
illo etiã sapientũ vt pindaro/Callicli in gorgia.Thrasymacho in primo de republica Platonis.cele-
bant enim iustum natura esse:potentiorem/per vim auferre eã que sunt impotentiorum/ & poten-
tiorem dominari ijs qui reperiantur inualidiores.& de huiusmodi potẽtia dominandi adhuc in le-
primo/numeris 31 & 69. ❡ Sic ex bonis bonum generari.hanc sententiam habet qui dixit.
Qui viret in folijs venit ab radicibus humor
Et patrum in notos abeũt cũ semine mores.
❡ Verũ non ita semper esse:exẽpla apud Valerium & historicos pene omnes/succurrũt innumera Baptista.
24 Epaminundas procreãdis liberis non dat operã:ne malos & dissimiles ꝓcreet.Exclamabat Cesar Secunda silua.
vtinã debuissẽ esse celebs & sine ꝓle perire.filiã/neptã/& Aggrippã nepotẽ (authore Suetonio) nõ Valerius.
aliter appellare solebat/q̃ trisvomicas/& tria Carcinomata sua.Pelopide:iprobus filius dedecori ẽ: Epaminũdas.
Neocli:Themistoclis iuuẽta.Fabius gurges/Sergius/Albidus Romanus/Vitellius:qđ nisi dedecus Cesar.
& infamie notã bonis etiã parẽtibus reliquerũt? & ꝓblema est apud philosophos/cur viri sapiẽtes & Pelopidas.
eruditi/generãt vt plurimũ filios ignauos/ tardos/& hebetes. Verũ itaq; est naturã bonos ex bonis Neocles.
gñari appetere:attamẽ plerũq; nõ posse.nã & educatio/& cõsuetudo/& voluptas viciorũ escã & ce Temistocles.
7 tere pturbationes:ne ex bonis boni fiãt/plerũq; sũt ipedimẽto. ❡ Quid refert inter dños & liberos? Fabius Sergius
reipsa ijsdẽ sũt sed id sane differũt:q̃ dñi solũ dicunt̃ ad seruos:& tametsi oẽs qui natura dñi sũt/in- Albidus.
ter nõ dicant̃ dñi/sed ad naturã seruos inter se oẽs liberi dicunt̃.serui autẽ inter se:conserui. Vitellus.

¶De possessione/acquisitione/hominum vitis/veris diuitiis. CAP.V.



Otaliter autem de vniuersa possessione & de acquisitione intuebimur se 29
cundum antecedentem modũ:quandoquidem & seruus possessionis erat
pars.Primum igitur dubitare possit vtiq; aliquis vtrũ illa disciplina/que
ad acquirendum spectat/eadem sit facultati rei familiaris/vel pars aliqua
eius/vel ministra.& si ministra:vtrũ queadmodũ pectinaria textorie/aut
queadmodũ eraria statuarie.nõ enim eodẽ modo subministrãt: sed altera
quidẽ organa pbet altera materiã.dico aũt materiam ceu id quod subiacet ex quo aliquod
perficitur opus:ceu textori lana/statuario es.¶Q; quidẽ igitur nõ sit eadẽ rei familiaris 30
disciplina illi/que pertinet ad acquirendũ:manifestũ est.Nã huius quidẽ parare est:illius
vero vti.que eni vtitur iis que sunt in domo:nisi rei familiaris disciplina? ¶Sed vtrũ sit 31
eius pars vel alia species:dubitationẽ habet.Nã si est diligẽtis patrisfamilias videte quo
modo pecunie & possessio assint/possessio autem & pecunie multas complectũtur partes
itaq; primũ dubitatio est vtrũ agricultura ps aliqua sit illius acquirẽdi disciplie/an aliud
quoddã genus? & omnino circa alimentũ cura & acquisitio. At qui species alimentandi
multe sunt.quapropter & vite plures sunt animaliũ/& hominum.nõ enim fieri potest:vt
viuatur sine alimento quare diuersitates alimẽtorum:diuersitas fecerunt animaliũ vitas
nam ferarum quidem alie gregales sunt:alie soliuage.vt hoc vel illo modo: illis cõducit
ad victum.quoniam alie viuis animalibus:alie fructibus/alie cunctis pascuntur.quare ad
facultatem victus atq; delectum:ipsarum vitas natura distinxit Cum vero non idẽ cuiq;
dulce sit secundũ naturam/sed aliis alia:& illarum que animalia/& illarum que fructus
comedũt/vite inter se differunt.Hoc idem est in hominibus.multe eni differunt eorum
vite.nã qui pigerrimi sunt pastoralẽ vitã sequũtur:quoniã a mãsuetis aialibus sine labo-
re educatio ipsis puenit ociosis.cũq; sit necesse mutare locũ aialibus:& ipsi cogunt vna
sequi:quasi agriculturã quandã viuã colentes.Alii vero ex preda viuũt. & preda quidem
alia alii ceu alii venantes:alii piscãtes. vt q paludes & stagna & flumina & mare accolũt.
alii ab auibus & feris.Sed maxima pars hominũ a terra viuit & fructibus nõ siluestribus.
Vite igitur fermie tot sunt:quot secundum propriam & innatam habentur operationem.
Non per cõmutationem & commertia sibi preparãt alimẽtum pastoralis/agricultura/
predatoria/piscatoria/venatoria.Sunt & qui ista miscẽtes iocũde viuãt/supplentes defi-
ciẽtem vitam qua deficiens est:vt sufficientia adsit.ceu quidam pastoralem simul & pre
datoriam:alii vero agriculturam & venationem.Eodẽ modo & circa alias/vt indigẽtia
compellit:in hunc modũ degũt. ¶Talis igitur acquisitio ab ipsa natura videtur omni-
bus data:vt statim post geniturã/sic etiam ad perfectionem deductis. nam ab ipso gene
rationis initio quedã animalium coexprimunt tantũ alimenti:vt sufficiat donec possint
sibi ipsi acquirere/quod generatum est. vt quecũq; ex putredine vel ex ouis gignuntur.
Que vero pariunt viuentia:alimẽtum habent in seipsis/ad natorum educationẽ vsq; ad
tẽpus quoddã/quã lactis naturam dicimus.Quare similiter est de perfectis quoq; existi-
mandũ:plantasq; animaliũ esse gratia/& cetera animalia hominũ causa. mansueta qui-
dem pter vtilitatẽ & cibum:fera vero(etsinon omnia ad plurima illorum)propter cibũ
& alia adiuuamẽta vt & vestis & cetera instrumẽta ex illis fiant.si igit natura nichil neq;
imperfectũ faciat/neq; frustra:manifestũ est illa oia hoim gra fecisse naturã. Quapropt
& bellica scdm naturã quodãmõ acquisitiua erit.Nã & venatoria ps illius est q vti opor-
tet cõtra bestias/& cõtra eos hoies qui ad parẽdũ nati sũt/nec volũt parere.qa natura id
bellũ:iustũ existat.vna igit acquirẽdi species sm naturã pars est reifamiliaris.quã oportet
subesse iã/aut illã parare:q ea subsint quorũ est cõpatio rerũ in vita necessariorũ & vtiliũ
ad societatẽ ciuitatis & domus.¶Et vidẽt quidẽ vere diuitie ex his cõstare.Nã sufficien
Solon. tia hmõi acquisitiõis ad vitã bonã:nõ infinita est.ceu Solõ poetico more dicebat.diuitia
rũ hoi finis nõ ponit vllus. At certe ponit. vt in aliis artibus nullũ eni instrumentũ cu-
iusq artis:infinitũ est/neq; magnitudine/neq; multitudine.diuitie autẽ sunt multitudo
instrumentorũ reifamiliaris & rei publice.Q; igitur sit aliqua acquisitio secundũ naturã
patribusfamilias & gubernatoribus rei publice pter/& quã cãm:manifestum est.

⁋QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

PRoponit se determinaturū prorsus de vniuersa possessione. & de acquirēdi disciplina scdm antedictū modū: dubitando .s. & dubitationis veritatem discutiēdo. de vniuersa dicit possessione. nā de parte iam dictū est. quādoquidē seruus possessionis ps quedā sit. Et primū dubitationē ꝓponit: an acquirēdi disciplina eadē sit discipline rei familiaris / an pars eius aliqua / an ministra. Si ministra an rei familiari / instrumenta ꝑbeat / vt pectinaria textorie. an materiā / vt eraria statuarie. dico autem materiā: ceu id quod subiacet / ex quo

30 aliquod ꝑficitur opus. vt lana / textori: & es / statuario. ⁋Primā dubitationis partem diluit: nō esse .s. omnino eandē rei familiaris disciplinam & acquirendi disciplinā. nā discipline acquirēdi est parare: rei vero familiaris / partis iā / atq; paratis vti. que nā enim ijs vtitur que in domo sunt: nisi domestica /

31 reiq; familiaris disciplina? ⁋Secundā similiter dubitationis partem terminat: disciplinam acquirendi que est secundum naturā / partē esse discipline rei familiaris. & illa est que versaē circa alimentū / & alias corporis necessitates. vitasq; hominū inter se / & aliorum animaliū ab homine: alimentorum diuersitate perquirit. sic enim eas: ad alimentorū facultates & delectum / natura distinxisse videtur. Et vite hominū sunt pastoralis. eoꝝ: scilicet quia mansuetis animalibus vitam querunt. & hi peregrini esse solent / & pallātes homines. agricultura. eoꝝ: qui ex frugibus & fructibus viuūt. tertia est ꝑdatoria. que diducitur in venatoriam & piscatoriam. & nascunē aliqui qui insitum habēt / mites armentoꝝ greges pascendi appetitum: alij fruges stirpesq; & arbusta colēdi. alij ex ꝑda viuēdi. hi quidem ex siluis & saltibus / illi vero ex stagnis mariq; & fluminibus partim pastoriciam pecuariāq; vitam amāt. secundi agricultoriam. & tertij ꝑdatoriam. & tot reuera sunt hominū vite: ad quot hoies prompti natura gignunē. & he vite simplices sunt: & absq; cōmutatione ac cōmertio fiunt. sed sunt qui has vitas miscēt ac cōponunt: put vite eorum poscit indigentia. vt quidā pascuis & ꝑda viuūt. quidā agricultura & venatione. ⁋Vt facilius pateat eam acquirēdi disciplinam que est ex pastura /

32 agricultura / & preda / partē esse discipline familiaris: ostēdit hmōi acquisitionem esse secundū naturam. & naturam fecisse fruges / fructus / & animantes: tum cicures / tum feras / hominū gratia. & hoim quosdam vt hebetioris crassiorisq; sensus & intelligētie: liberorum / mentisq; acumine vigentiū gratia. Ex quo infert bellicam acquisitionem: quodam modo esse secundū naturā. vt est ea qua vtimur contra feras: & eos homines / qui nati sunt ad parendum / & parere recusant. ꝙ id bellum: natura sit iustum. ⁋Ostendit veras diuitias / ex ijs acquisitionibus constare / que sunt secundum naturam. &

33 diuitiarum terminum esse statutum / contra Solonis sententiam.

⁋ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

CVi suapte natura insitam habēt operationem. Qui enī ad aliquod aut artis aut di

34 sciplinę opus / vim insitā habuerūt: illos viuēdi modos excoluerunt. Id tamē scire est operepreciū: quasdā vitas scdm naturā esse / quasdā secundū artes / tertias vero sm disciplinas. Scdm naturā tres sunt: pecuniaria / agricultura / ꝑdatoria q̄ hoc numero tanguntur. & de qbus ꝑcipue loquiē Aristoteles. Secundū artes vite: sūt Aristoteles.
opificū. vt fabroꝝ / lignarioꝝ / architectoꝝ / edificatorum / celatoꝝ. fabrorum erarioꝝ: vt flatoꝝ / fusorum / statuarioꝝ / plastium / figuloꝝ. lanarioꝝ: vt textoꝝ / vestiarioꝝ. coriariorum sutoꝝ calceolarioꝝ / & innumeroꝝ pene talium. secundū disciplinas: grāmatici / rationales / rhetores naturales / mathematici / geometre / arithmetici / musici / astronomi / methaphysici / theologi. & maxime omnium illi qui ad aliquod artis aut discipline opus / vim insitam habuerūt: primas artes / primasq; disciplinas inuenerūt. ex quibus posteri: multas vitas / multosq; viuēdi modos / alios quidē ab ijs qui secundū naturam sunt / sibi formauerūt. qui secundū naturam sunt: omniū primi extiterunt. quibus diuina subscribit / subministratq; ꝓuidētia. qui secundū artes humane cure / humaneq; magis subiacent prouidentie / & in illis fortuna plurimum loci habet. in ijs autem viuendi modis qui secundum disciplinas: mens diuinorum emula & virtus fortuna superior gubernacula tenere debent. & vite secundum doctrinas: vltimo loco sunt repte. que vero secundū: artes. secundo loco / & maxime ee que ad perfectionem eorum que secundum naturam / sunt accommodate.

⁋De nūmularia acquisitione ꝙ preter naturā ꝙ differat a cura rei familiaris. Caput. VI.

St aliud genus acquirēdi / quod maxime vocant & merito vocari debet pe

34 cuniarium: ob id ꝙ nullus finis videtur esse diuitiarum ac acquisitionis.

E quod esse vnus & idem cum illa specie de qua supra diximus plerique tradiderunt: propter vicinitatem. sed neq; est idem: neq; ab illa valde remotum:

est enim illorum altera secundum naturā:alterum vero non secundū naturam:sed magis
secūdum peritiam & artem.de quo dicere sic exordiamur. Cuiusq; enim(que possidetur)
rei duplex est vsus.vterq; vero rei secundum se/sed nō similiter secūdum se: verum alter
pprius alter nō proprius rei.ceu calcei quidem est calceatio & venditio.vterq; enim vsus
calcei est.nā qui calceum indigenti vendit pro pecunia vel cibo:vtitur calceo qua calceus
est/sed nō secundū pprium vsum.non enim cōmutationis gratia est calceus.eodē modo
se habet:in aliis rebus/quas possidemus. est eni permutatio i omnibus/cepta quidem ab
initio ex eo q est secundum naturā:q alii plura q̄ opus sit/alii pauciora habeant homines
Ex quo manifestum est:nūmulariam non esse secundū naturam eius/que pertinet ad ac-
quirendum.quo ad enim ipsi sufficeret:necessarium erat permutationem fecisse.¶In pri 35
ma igitur societate id est in domo:manifestum est nichil opus esse illius/sed iā in maiori
existente societate.Alii enim illorum cōmuniter habebant omnia/alii separatim multa
rursus & alia:quorum secundū indigētiam necesse erat permutationem facere.quemad-
Barbari. modū adhuc faciunt barbarorum nationes multe:alia pro aliis dantes/recipientesq;.vti-
lia enim pro vtilibus tradunt: vltra enim nichil.ceu vinum pro tritico/ & ceteris talibus.
¶Huiusmodi ergo permutatio neq; preter naturā est/neq; nūmularie species vlla est: cū
sit in suplemētum indigentie secundū naturam.Ex hac tamē:illa nō ab re processit.nam 36
cū a remotioribus quereret auxiliū/importādo illa quibus indigebant/& exportando illa
quibus abundabāt:necessario nūmi introductus est vsus.nō eni facile deferri possunt sin
gula eorū:que sunt secundū naturam necessaria.Quare ad permutationes faciēdas tale
aliquid cōposuerunt inter se dare & accipere: quod vtilium quippiā existens/haberet vsū
cōmutandi facilem ad vitā.ceu ferrum/& argētum:& si quid aliud tale.primo simpliciter
diffinitū quantitate & pōdere:postmodū vero etiā signo impressum/quo a mēsura liberi
essent.nā signum positū est:ad quantitatē demonstrandā.Reperto igit nūmo/ex necessa
ria permutatione:alia species acquirendi emersit/nummularia:primo forsan simpliciter
postea per experiētiam artificiosior vnde & quomodo permutādo/plurimū faciat lucrū.
Quapropter nummularia maxime circa questum nūmorum versari videtur:& illius esse
opus posse discernere/vnde proueniat multitudo pecuniariam.diuitiarū enim & pecunia
rum effectiua est.nā & diuitias plerūq; ponunt esse multitudinem nūmorum.ex eo videli
cet q circa illam intendunt pecuniaria nūmulariaq;. ¶Cōtra vero interdum futile quid-
dā videntur nummus & lex omnino & ne quicq̄ secundum naturā. Quoniam mutatis 37
iis qui vtūtur:nullius precii aut vtilitatis est ad aliquod necessariorū. & locuples nūmis:
Midas. penuriam patietur necessarii alimēti.atqui absurdum est tales esse diuitias affirmare:qua
rum abundās quis fame perire possit.vt de Mida illo in fabulis traditur.cui propter insa-
ciabilitatē desiderii:quicquid apponebatur/fiebat aurum.¶Quāobrem querūt diuitias
alias/& aliā acquirēdi rationem. Et recte quidē.est eni alia acquirendi ratio/& diuitie se 38
cundum naturā.& hec quidem rei familiaris disciplina: illa vero nūmularia pecuniarum
effectiua/nō omnino sed per ipsarum pecuniarū cōmutationē.Et videtur circa nummū
ista versari.nā nūmus primū est & vltimū in cōmutatione.¶Et infinite sunt huiusmōi diui- 39
tie:que ab hac ratione rei augēde proficiscuntur.Vt enim medicina sanitatis in infinitū
est: & vnaqueq; ars finis in infinitum.nam quā maxime volunt illum efficere. eorū vero
que sunt ad finē: non in infinitum. finis eni extremū omnibus: sic & huius rationis au-
gende rei:nō est finis terminus. finis autē tales diuitie/& pecuniarū acquisitio.sed rei fa
miliaris:nō augende rei/est finis.nō enim hoc est rei familiaris opus.Quapropter i hac
videt necessariū:vt sit finis oīm diuitiarum.Sed cōtra video fieri.oēs enim in infinitum
augēt:qui studēt congregare nūmum.Causa vero huius est illarum ppinquitas. variatur
enim vsus eiusdem rei:cum sit vtriusq; acquisitionis.ipsius enim vsus acquisitio.sed nō
scdm idē.ac huius quidē alius finis:illius vero amplificatio.¶Quare videtur quiquisdā
hoc esse rei familiaris opus.& perseuerant existimātes oportere aut cōseruare aut augere 40
nummorum substantiam in infinitum. Causa vero est huius dispositionis: studium vi-
uendi/sed non bene viuendi.Cum ergo cupiditas in infinitum extēdatur illa quoq; que
efficiunt/infinita cupiunt.Sed qui bene viuere student:ad fruitionem corporis querunt

diuitias. vnde cum hoc quoq; in acquisitione cōsistere videatur: omnis eorum cura circa
acquirendum est. Et altera augendi species hinc processit cum enim fruitio modum exce
dat. illam querunt que hmōi excessum adimplere possit. Et si per hanc acquirendi speciē
nequeant parare: per aliam causam efficere conantur. vnaquaq; fretī potentia non secun
dum naturam. fortitudinis eni non est pecuniam parare. sed fiduciam animi: neq; rei mi
litaris aut medicine. sed illius quidem victoriam huius vero sanitatē. at illi cunctas ad pe
cuniam cōuertunt: quasi hic sit finis. ad finem vero cuncta oportet tēdere. ¶ De illa igit̃
41 acquirēdi specie que necessaria nō est. & quenam ea sit & propter quā causam ipsius vsū
nobis acqsiuimus: diximus. & de illa que necessaria ē: ꝙ altera ab illa. & disciplina rei fami
liaris. secundum naturam: circa alimentum nec infinita sicut illa. sed finē habens.

¶ SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

34 O Stendit: genus acquirendi pecuniarium / nō esse idē cū specie acquirēdi pauloante deter
minata. ꝙ hec secundū naturā sit. illud vero nō secundū naturam sed secundū peritiā &
artē potius. quia nō ex proprio vsu rei ꝓcedit: sed ex pmutatione / q̄ nō est proprius vsus.
duplex eni cuiusq; rei est vsus. vnus ꝓprius / & secūdū rei naturā / finēq; ꝓprium: vt calcei calceatio /
ferre sectio & similia. alius vero non ꝓprius / & scd̄m rei naturā. vt calcei & ferre permutatio / vendi
35 tioq;. ¶ Declarat aūt eas qui in prima societate ac in domo sunt: hāc acquirēdi speciē locū non ha
bere. non eni inter se cōmutant vir & vxor / dn̄s & seruus: & pater atq; mater cū liberis ad pecunia
riā acquisitionē. sed locū habet in maiori societate: vt pago / castello / ciuitate / gēte. vbi quidā in com
munitate viuētes oia tenēt: alia separati multa / & insuper aliqua / quoꝝ pro nature indigētia necesse
est pmutationē facere. vt adhuc faciūt multe barbarorū nationes: alia pro alijs dantes / recipienteq;.
nā vtilia ijs qui accipiūt pro ijs q̄ sibi vtilia sunt tradūt / neq; quicq̄ vltra. vt vinū pro tritico & ceteris
36 talibus. ¶ Id ostendit vbi vtilia ꝓ vtilibus ad necessitatē cōmutant̃. hmōi cōmutationē nō esse spe
ciē pecuniarie / sed pecuniariā ab ea / cōperto / ꝑcusso obsignatoq; nūero emersisse. ꝙ pecuniarie nō
sit species: hoc ideo est. ꝙ est scd̄m naturā cū sit i supplemētū indigentie naturalis & necessaria per
mutatio. pecuniaria aūt neq; scd̄m naturā / neq; necessaria. & quo pacto pecuniaria (quā & nūmula
riam etiā appellat) ex hac emerserit / primum rudis / deinde experientia artifiiosior: dilucide aperit.
37 ¶ Cōtra eos qui cōgerendis / cumulandisq; nūmis tanq̄ veris diuitijs studēt. ostendit nūmorū mul
titudinē nō esse veras diuitias: primo quia quippiā futile videt̃ nūmus / & lex q̄ estimat̃ oino / & ne
quaq̄ secundū naturā. quia mutato ꝓposito eoꝝ qui vtunt̃: nullius precij aut vtilitatis est / ad aliqd
eoꝝ q̄ necessaria sunt. quo pacto igit̃ asseremus eius coaceruatā mu titudinem / qui ad nichil prosit
veras esse diuitias? Secūdo. fieri potest vt locuples & nummis abundās: penuriā patiat̃ necessarij ali
menti. sed absurdum est tales veras esse diuitias astruere quaꝝ quis abundans / fame perire possit.
38 vt de Mida in fabulis ꝓditū est. ¶ Infert hanc ob cām / eos qui vere sapiūt alias q̄rere ne diuitias / &
aliā acquirēdi rationē eā scilicet que est scd̄m naturā. nec ab re quidē id fuerit: nā hec veras cōtinet
diuitias: & est rei familiaris disciplina. pecuniaria vero circa nummi feturam intenta est / non ꝙ per
se possit gignere multiplicareq; nummum: sed per commutationē. & vndiq; oculum defigit in num
39 mo. nā nummus primum est & vltimum in cōmutatione. ¶ Aperit in quo economices reiq; fami
liaris ratio / ab hac pecuniaria augende rei cura differat. ꝙ diuitię que a pecuniaria ꝓficiscuntur. in
immēsum contēdunt terminū nusq̄ offēdētes vt cetere artes in suo fine finē non inueniūt / ꝙ q̄ ma
xime illum efficere velint. sed ea que sunt ad finem: terminū habēt. nam finis omnium terminus &
extremum. sic pecuniarie: non est sui finis terminus. finis autem huiusmodi diuitie / & pecuniarum
acquisitio. Sed rei familiaris in non augenda re finis terminusq; est. nō eni rem semper augere fami
liaris opus atq; officium est. quare in re domestica videtur necessarium: vt omniū diuitiarum sit ter
minus. Verum ex ijs que fiunt: videmus cōtrariū euenire. nā omnes in infinitum diuitias augēt: nū
morum lucro inuigilātes. & causa huius erroris est rei familiaris acquirendi rationis / & pecuniarie
vicinitas. nam variat̃ vsus eiusdē rei: cū sit vsus eiusdē in vtraq; acquirendi ratione / domestica vide
licet ac nummularia. ad ipsum enim vsum attinet acquisitio: sed nō secūdum eundem finem. nā rei
domestice finis est nō rei augmētatio: pecuniarie vero finis augmētatio rei. ¶ Ostēdit insuper ob
40 vicinitatē harū duaꝝ acquirendi facultatum: quibusdam videri opus rei familiaris esse diuitiaꝝ ac
cumulationem. quare opes cōgerere perseuerāt: arbitrātes oportere aut cōseruare aut augere num
mos in infinitum. & causa cur ita cōgerūt: est studium viuēdi / at nō bene viuēdi. cū ergo hec irratio
nabilis cupiditas / & ingens habendi sitis in infinitū se extendat: & illi quoq; ea que diuitias efficiūt
infinita ꝑcupiunt. sed qui bene viuere studēt: ad trāquillū corporis vsum querūt / diuitias. quare cū

ijs qui habédí cupiditate cecati sunt/bene viuere in acquisitiõe collocatũ esse videaẽ: oĩns eorũ co
natus circa acquisitionẽ consumiẽ. & hinc altera acquisitiõis species: pecuniaria scilicet & non natu
ralis/ pcessit. cum eñ fruitionis & frugalis vite modũ excedant: illam acquirẽdi speciem querũt que
hmõi excessum adiplere queat. & si per pecuniariã rerũ cõmutationẽ id parare nequeãt: vnaquaq;
potẽtia & arte vtunẽ fm naturã/ad cumulãdas opes. nã fortitudinis non est pecuniã parare: sed ani
mi fiduciã. neq; rei militaris pecuniã parare: sed victoriam. neq; medicine: sed sanitatẽ. verũtamẽ il-
li cunctas has facultates/ad pecuniã conuertũt: tanq̃ pecunia sit ipse finis. ad finem vero cũcta cõ-
tendere oportet. ¶ Breuem capitis facit epilogum. 41

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

PEr cunctũ peritiem & artem. secũdum experientiã & artem. est enim peritus qui rerũ ha- 34
bet experientiã & greci εμπειρίαν και εμπειρικον dicunt nos peritiã & peritum/experien
tiã & exptum. ¶ Quemadmodũ adhuc faciunt barbarorũ nationes multe. hanc consue 35
tudinẽ adhuc esse apud Seres populos/& Garamãtas nõnulli scribunt. verũ non est no-
bis cognita regio: vbi rem pro re non cõmutent/vt triticũ pro vino & talia pro talibus/aut oĩno/aut
partim suscipiẽdo nummũ/& partim mercẽ pro merce. ¶ Hec pecuniarie species/nũmularia meri- 36
to nũcupatur: q̃ post inductũ nũmum emerserit/ q̃q; cica questum cumulationẽq; nummorũ ma-
Phidon. xime versari videaẽ. imo in hac pecuniarie specie ex nũero 38 nũmus primũ est/et vltimũ. ¶ Phidõ
Mida. Corinthius legislator Corinthiorũ: primus fertur nummũ pcussisse ac signasse/ & pondera & mensu
Herodotus. ras ad cõmutationũ equitatẽ excogitasse. ¶ Fabulã Mide regis phrygie/qui thronũ aureum in quo 37
Ouidius. ius dicere solebat(vt scribit Herodotus) delphico Apollini pro munere obtulit/narrat Ouidius. qui
cum Silenũ nutritorẽ Bachi festiue hospitio suscepisset/et restituisset Bacho.
Metamorphoseos. 11 Huic deus optanti gratum se inutile fecit
Muneris arbitrium: gaudens altore recepto.
Ille male vsurus donis/ait effice quidquid:
Corpore contigero/fuluum vertatur in aurum.
¶ Annuit optatis/nocituraq; munera soluit.
¶ Ad fruitionem corporis querunt. latini frui id volunt fere significare: quod ex frugibus volupta- 40
tem capere. & paulo latius frui: cum ex re qua vtimur/voluptate afficimur. & hinc fruitio: in vsu re-
rum oblectatio. Non igitur qui pecuniarie rei/et congerendis nũmis student: acquisitis fruũtur/quã
doquidẽ illis minime vtuntur.

¶ De acquisitiõe necessaria/medicina/nũmularia & speciebus eius. Cap. VII.

EX quo patet id quod ab initio dubitabatur: vtrum gubernatoris domus et ciui- 24
tatis sit acquirere an non/sed oporteat prius subesse. sicut enim homines nõ fa-
cit respublica/sed factos a natura suscipiens/vtitur illis: sic & alimẽtum oportet
naturã prebere aut a terra aut a mari/aut alio quopiam. sed quemadmodũ hec administrã
da sunt ad gubernatorẽ pertinet domus. Neq; enim textorie est lanas facere. sed factis vti
Questio. & discernere qualis sit bona & apta/et mala & inepta. ¶ Eniuero dubitarit vtiq; aliqs: cur
ea diligentia que ad acquirendũ pertinet pars ei familiaris sit/medicina vero non sit eius
pars. Atqui sanam esse familiã oportet: quẽadmodũ & victum habere/aut aliud quicq̃ ne-
cessariorũ. ¶ Sed cum sit vt patrisfamilias & gubernatoris de sanitate puidere: sit etiam 44
vt non/sed medici. itaq; etiam de pecuniis est vt patrisfamilias: est etiam vt nõ/sed vt lu
Dilutio. cro iseruiẽtis. ¶ Maxime vero(vt prius dictum est)natura oportet hec existere. nature eñ 45
opus est alimentũ genito prebere. nam cuiq; ex eo ex quo generatur alimẽtum relinquiẽ.
quare secũdum naturam est comparandi facultas omnibus: ex fructibus & animalibus.
¶ Cum vero & hec sit duplex vt diximus & altera nũmularia altera vero disciplina rei fa
miliaris/et hec quidem necessaria & laudabilis/ illa vero translaticia & merito improbã- 46
da/quia non secũdum naturam/sed ab hominibus acquirit: rõnabiliter habetur odio ipsa
nũmularia. quoniã a nummo ipsa facit acquisitionẽ: & non ad quod inductus est. cõmuta
tionis enim causa nũmus inductus fuit: fenus autem seipsum maius facit. vnde & nomẽ
venit: quoniã illa que pariunẽ similia gignentibus sunt. in fenore autem nũmus nummũ
parit. quare maxime preter naturã est hic acquirendi modus. ¶ Quoniã vero illa que ad
cognitionem ptinebant/determinauimus sufficienter: illa que ad vsum ptinent discutiẽ 47

da sunt. Cuncta enim hec: considerationē habent liberalem/experientiā vero necessariā.
48 ¶Sunt autem circa acquirendū partes vtiles/rerum ipsarum que acquirende sunt peritiā
habere que optime sint/& vbi & quomodo.ceu quales equi cōparandi sint.quales boues
aut pecudes/eodem modo & in ceteris animalibus.oportet enim peritum esse: que istorū
potissima & vbi & qualia.nam alia alibi potiora gignūtur.deinde agriculture/eiusq; spe
cierum.vt nudi soli & consiti:& apium & aliorum aīalium/tum naturalium/tum volati-
lium/ex quibus sit vtilitas prouentura.maxime igitur proprie acquisitionis iste sūt ptes:
49 & prime.¶Eius vero que per translationē dicitur: potissima pars est mercatura. & huius
partes tres: nauigatio/deuectio/negociatio.differunt autē hec inter se:cum alia securiora
sint/alia fructuosiora.Secunda pars est feneratio. Tertia mercēnaria/ & huiusmodi/alia
vilium artium:alia sine arte solo corpore ministrante est.Et quarta acquirendi species me
dia inter hanc & primā(habet enim partē eius que est secundū naturā:& partē eius que p
translationem dicitur)& est in iis omnibus que a terra/& ab iis que terre sunt:nō a fructi
bus/sed vtilibus.ceu silua cedua:& omni metallica. hec rursus multas complectitur par-
50 tes.nam multe sūt ex terra/metallorū species.¶De singulis horum in gn̄e dictū est nūc:
in specie vero de his dicere vtile quidē foret ad opera cōficienda: sed graue nimis in his
edocēdis persistere.Sunt enī operationes ille artificiosissime:in quibus minimum est for
tune.ille sordidissime:in quibus maxime inquinat corpus.ille seruilissime:in quibus cor
poris est vsus plurimum.ille vero ignobilissime:in quibus minimum requiritur virtutis.
51 ¶Cum vero sit a quibusdam de his scriptum/vt a Charete pario/& Apollodoro lemnio Chares. Apollodorus
de cultu agrorum tam nudorum q̃ cōsitorum/& similiter ab aliis de aliis: ea quidē(cui
cura est)precepta cōsideret.Etiam quedā a frugi patribusfamilias dicta/colligere oportet/
per que consecuti sunt diuitias:qui acquirere studuerunt.Quale est illud Thaletis milesii Thales.
(id enim consideratio quedā est:ad acquirendum) sed illi quidem attributum propter sa-
piētiam.contingereq; potest:cum sit vniuersale.cum enī obiiceretur illi philosophie stu
dium ꝓpter inopiā/quasi inutile & infructuosum:prospexisse illum ferunt per astrologiā
oliuarum vbertatem futuram.Cumq; coegisset pauxillū pecuniarū.hyeme adhuc vigen
te/emptionē olee fecisse in Mileto/& in Chio pro paruo admodū precio/ vtpote nemi- Miletus.
ne plus offerēde/arasq; dedisse.Cum(itaq; postea tempus venisset:multis subito querenti Chius.
bus vēdidisse oleum/quanti ipse voluit.ac magnā vim pecuniarum inde superlucratum:
ostēdisse amicis/perfacile esse philosophis ditari/si vellent.sed hoc nō est illis cure. Tha
les igitur:in hunc modū dicitur/scientiam suā ostendisse.Est autē(quemadmodum dixi-
mus)vniuersalis hic querēdi modus:si quis possit sibi soli venditionē comparare. quapro
pter ciuitates quedam hunc faciunt questū/cum indigēt pecuniis. venditionem enī sibi
solis reseruant.In Sicilia quidā cum apud eum pecunia reposita esset:quicquid erat ferri/
ex ferrariis emit.postea vero mercatoribus illuc accedētibus vēdebat solus: non magnū
excessum precii faciēs/sed tamen ita vt pro quinquaginta talentis/cētum cōficeret.hoc
itaq; sentiens Dionysius/pecunias quidē illi iussit efferre: sed amplius syracusis morari Dionysius
vetuit.vt qui questus reperisset ipsius rebus inutiles. Iste vidit aliquid tale: quale Thales
52 viderat/atq; hoc idem.vterq; enim sibi soli venditionem comparauit.¶Vtile etiā est vi
dere hec in republica.nā ciuitates pecuniis indigent/& hm̄oi questibus: quēadmodū do-
mus/sed & magis.quāobrem in republica:quidam huic soli parti intendunt.

¶SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.



Ertiam partem dubitationis ad numerū 29 morte/ diluit. necessariā videlicet ac-
42 quirendi facultatē ministrare gubernatori domus/similr̄ & gubernatori ciuitatis/
materiamq; subesse oportere.ceu lanam textore.nam vt homines nō facit respu
blica/ sed factos a natura suscipiens illis vtitur:sic rei familiari oportet naturā ali-
mentū prebere/aut a terra/aut a mari/aut ab aliquo alio/quod vt materia subsit at
q; subiaceat. sed quo pacto hec administrāda sit:administratiōis domus/ reiq; fa-
miliaris disciplinam pertinet. nā & textoria/lanas non facit sed eius est factis vti/& discernere qua-
lis sit bona & apta/& qualis sit mala atq; inepta. ¶Alteram sugillat dubitationē.cur necessaria acq-
rendi facultas/pars est domestice discipline reiq; familiaris:medicina vero eius non sit pars/ & pla

ne videtur oportere:medicinã partem illius eſſe.nam ſanam oportet eſſe familiã/vt & victum habe
re/aut aliud quicq̃ eorum que ſunt neceſſaria equo igitur iure medicina pars erit domeſtice: pinde 44
atq; neceſſariorũ acquirendoꝝ diſciplina. ¶ Diluit ꝙ quodãmodo ad economũ ſpectat de ſanita
te ꝓuidere:vt patrẽfamilias/et gubernatorẽ domus.et quodã modo non ſpectat:vt ſcilicet artẽ me
dendi callentẽ/ſed ad medicũ.quare etiam economi eſt de pecunijs curam habere: eſt etiã vt non.
nam eius eſt curare vt patriſfamilias:non eſt autẽ eius curã habere vt auari/illiſq; inſeruiẽtis. ¶ Cu 45
ius pecunie economus curã habere debeat:oſtendit.illius ꝓfecto quam oportet natura ſubeſſe nõ
nũmi.nam nature opus ac officiũ eſt alimentũ ei quod ex ea gignitur prebere. cuiq; enim ex eo ex
quo ortũ ducit.alimentũ ꝓuidetur. Et infert acquirẽdi facultatẽ:ex fructibus & anialibus/cuiq; eſſe
ꝭm naturam. ¶ Acquirẽdi facultatẽ pecuniariã/nũmulariãq; accuſat/damnat execratur: neceſſariã 46
autẽ que eſt rei domeſtice diſciplina cõmẽdat/& laudibus effert. hanc quidẽ laudat ꝙ neceſſaria/
ꝙ reuera rei familiaris diſciplina atq; ideo iure laudabilis/ꝙ ſecũdum naturã & non ex hoibus/ſed
ex ijs que natura ad eos vſus ſubminiſtrat acqrat.illam vero culpat/& odio predicat dignam:ꝙ nõ
neceſſaria/ꝙ nõ reuera domeſtica diſciplina/ſed trãſlaticia & adulterina/ & ideo iprobãda & illau
dabilis/ ꝙ nõ ſecũdum naturã & ex ijs que natura parat acquirat/ſed ex hoibus/& iccirco hoies eã
merito oderint/ꝙ a nũmo acquiſitionẽ facit/eius vſum puertens.nam naturalis cõmutatiõis grã in
ductus fuit nũmus:non autẽ ad fenus/& nummoꝝ quandã feturam.fenus eñ ſeipſum maius facit
ſeq; multiplicat.vnde & fenoris nomen venit:quia fetus ſimiles gignẽtibus ſunt in fenore autẽ nũ
mus nũmum parit.quare maxime preter naturã eſt hic acquirendi modus:vt & ꝑter naturã/& mõ
ſtro ſimile videt/vt nũmus nummũ pariat. ¶ Oſtendit poſteaq̃ de acquirẽdi diſciplina/que dome 47
ſtica ſit & que non monſtratũ eſt ſufficiẽter:ea que vſum/ vtilitatẽq; rei familiari afferunt diſcutien
da eſſe.nam hec vniuerſa conſiderationẽ cõtinent homine libero dignam/& experiẽtiam neceſſa
riam. ¶ Enumerat ea que rei familiari vtilia ſunt/& quorum oportet bonum economum experien
tiam habere. ea enim ſunt equi/boues/pecudes/apes/& cetera id genus animalia/ ſeu terreſtia/ſeu
natalitia/ſiue volatilia/ex quibus rei familiari ſit vtilitas prouentura.deinde agricultara/& agricultu
re ſpecies/vt nudi ſoli & conſiti. nam economi cõmode partes ſunt/ vtileq; officium: earum rerum
que acquirende ſunt/experientiã habere que optime ſunt/& vbi/et quo modo. ceu quales cõparã
di equi optimi/quales optimi boues/aut pecudes/& ita in cęteris animalibus atq; rebus/que acqui
rẽde ſunt/& vbi/& quo modo.nam alia alibi potiora gignũtur.& que dicte ſunt:proprijſſime acqui
ſitionis atq; naturalis partes ſunt/primeq; & precipue. ¶ Enumerat idẽtidem modos & ſpecies ac 49
quiſitionis nõ proprie/non ſecundum naturam ſed tranſlatione: quam pecuniariã ac nũmulariam
nominauimus.prima & precipua eius ſpecies eſt mercatura. cuius tres partes ſunt nauigatio/ one
ratia vectio/& ſtataria negociatio:que inter ſe differunt:ꝙ he ſecuriores ſint/illa vero & ſi minus ſe
cura copioſiorem tamẽ lucelli fructum reddere ſolet.Secunda ſpecies eſt:feneratio. Tertia:merce
naria.& huius quedam ſpecies eſt villium ſeruiliumq; artiũ.alia vero:ſine arte ſolo corpore miniſtrã
te lucrum comparat.Quarta ſpecies eſt in ijs omnibus que a terra ſunt/ & que a terra gignuntur/in
fructifera quidem vtilia tamẽ.vt ſilua cedua/& omnis metallica.& metallica rurſus multa iam com
plectitur membra.nã multe ſunt e terra metallorum ſpecies. ¶ Se excuſat de ſpecialiori harum reꝝ 50
determinatione.de vnoquoq; autem hoꝝ generaliter dictum nunc eſt:particulariter autem de his
accurate dicere/vtile quidẽ ad conficienda opera/ſed oneroſum nimis in his edocendis/ nobis ope
ram cõſumere.ſunt artium opificorumq; operationes ille artificioſiſſime:in quibus minimũ eſt for
tune.ille ſordidiſſime:in quibus maxime inquinantur corpora.ille ſeruiliſſime:in quibus eſt corpo
ris plurimus vſus.ille vero ignobiliſſime:in quibus minimum requiritur virtutis. ¶ Tametſi ſpecia 51
lia de ijs quę ad neceſſariam rei familiaris acquiſitionem ſpectant/& tãto minus de ijs que ſpectãt
ad tranſlaticiam & non neceſſariam/hic minime ſint determinanda: citat tamen Charetem pariũ/
& Apollodorum lemnium qui de cultu agrorum tam nudorum q̃ conſitorum ſcripſerunt.vt ij qui
bus cura fuerit:eorum precepta legant.& admonet ea que a frugi patribuſfamilias dicta ſunt(per q̃
conſecuti ſunt diuitias:qui acquirere ſtuderunt)eſſe colligenda.quale eſt id quod de Thalete mile
ſio recenſent.cuius narrationem:dilucide littera continet.& quale fecit quidam Syracuſis:qui cum
vili precio eſſet/ferrum omne a ferranjs emit:& rurſum mercatoribus vendẽs lucrum multiplicauit.
quem Dionyſius ſyracuſanus expulit.vtpote qui queſtum faceret:ſuis molitionibus non conueniẽ
tem. ¶ Adijcit.ſibi ſoli venditionem reſeruare:vtile magis/magiſq; licere ciuitati/ q̃ cuiq̃ priuato.nã 52
ciuitates:pecunijs indigent & huiuſmodi queſtu/& magis quidem q̃ domus:& hac quoq; de cau
ſa:quidem ſolent in republica/illi ſoli parti(rerum videlicet aliquarum/ ſibi quidem ſolis reſeruate)
venditioni inuigilare.

❡ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

SIcut homines non facit respublica. Quid respublica sit:numero 25 tertij cognoscetur &
42 28 . est enim ordiatio ciuitatis/et cum circa alios tum maxime circa eum magistratū qui
in ciuitate summus est.sic etiam res familiaris:ordinatio domus est circa seruos & libe-
ros/& maxime circa patres matresq; familias.❡Fenus autem & seipm maius facit.vnde & nomen
56 venit Fenus grece τοκοσ απο του τεκειν quod parere significat. vnde & apud latinos etiam fenus/
non imerito noiatur quasi fetus.est enim nūmi fetus & in fenore & vsura: nūmus nummū parit/qd
contra naturā est.vnde feneratores (qui & danistæ et vsurarij)nomen sibi repererūt. ❡Ceu quales
47 equi comparādi sint/quales boues/aut pecudes.de equis: Virgilij georgicon. Virgilius de equis.

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur/et mollia crura reponit.
Primus et ire viam/& fluuios tranare minaces
Audet & ignoto sese committere ponto.
Nec varios horret strepitus.illi ardua ceruix
Argutumq; caput:breuis aluus/obesaq; terga
Luxuriatq; thoris animosum pectus.honesti
Spadices/glauciq;:color deterrimus albis/
Et giluo.tum si qua sonum procul arma dedere/
Stare loco nescit:micat auribus & tremit artus/
Collectumq; premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina:cauatq;
Tellurem/solido grauiter sonat vngula cornu. De bobus. De bobus.
Forma bouis cui turpe caput/cui plurima ceruix/
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus/omnia magna/
Pes etiam & camuris hirte sub cornibus aures
At neq; displiceat masculis insignis et albo/
At iuga detrectans/interdumq; aspera cornu
Et facies tauro propior/queq; ardua tota/
Et gradiens ima verrit vestigia cauda. De ouibus & capris. De ouibus et capris.
Continuoq; greges villis lege mollibus albos.
Illustrum autem(q̄uis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato
Reijce:ne maculis infuscet vellera pullis.

Et qui amplius precepta pecuarie vite/agriculture & predatorie agnoscere volunt:legant Catonem Cato.
Columellam/Palladium/Xenophontem.❡Nudum solum:quod sine arboribus & stirpibus & fru- Columella
ticibus est.Consitū vero:quod fruticeta/arbusta/arboresue continet. ❡De apibus:ex quarto geor- Palladius.
gicorum Virgilij/Plinio & supioribus authoribus agnosces abunde.❡Vbi vero potiora nascantur: Xenophon.
a negociatoribus secūdum regiones est discendū.nam vt insignis canit Poeta. Virgilius.

Hic segetes illic veniunt felicius vue
Arborei fetus alibi:atq; iniussa virescunt
Gramina.
India mittit ebur:molles sua tura sabei.
At Calybes nudi/ferrum:virosaq; pontus
Castorea/eliadum palmas epiros equarum.
49 Continuo has leges/eternaq; federa certis:
50 Imposuit natura locis.❡Feneratio/fenus/vsura.❡In quibus minimū est fortune.Artium quedam
ad corpus vt cerdonica/lanifica/olearia:doliaria/cuparia/vinaria & similes/& earū plereq; sordide/
corpusq; artificum inquinātes:plereq; fortunas locorū sequentes.alie vero ad mentem:vt artes pin
gendi/& statuarie/& plastice/que symmetrias & ꝓportiones suas seruant. quibus & scribēdi artes Chares.
adiungimus:que sic disciplinis/vt vomeres/trule/dentalia/aratra/subseruiūt agricolis.& sūmatim q̄ Apollodorus.
plus intelligētie & mentis requirunt:minus fortune habere intelligūtur (externa enim:fortunas nū- M.cato. Virgi
cupamus)& he artificiosissime artiū/maximeq; & precipue dicūtur.nec ab re quidē:cum mens plu lius. Saserna.

eius opus est illius qui simpliciter precipit ac presidet:ratio autē precipit atq; presidet)ali
orū vero vnusquisq; quantū sibi competit. Quare patet virtutem moralē esse omniū su
7 pradictorum. ❡ Nec eadem tēperantia mulieris & viri/neq; fortitudo neq; iusticia: vt So
crates putabat.sed hec quidē iubens fortitudo: illa vero obediēs.eodem modo & in aliis. Socrates.
Patet autem id magis particulariter cōsiderātibus. nam qui vniuersaliter dicunt/q̄ ani
mā bene se habere virtus est/aut recte agere aut aliquid tale:seipsos decipiunt.multo enī
melius dicunt/qui enumerāt virtutes:quemadmodū Gorgias/q̄ qui ita diffiniunt. qua Gorgias.
propter oportet sicut poeta de muliere dixit/ita cēsere in omībus:mulieri decus affert ta Menande,
citurnitas/sed nō idem viro.cum vero puer sit imperfectus: patet q̄ virtus huius non ipsi
ad seipsum est:sed ad perfectum & ducem. similiter & serui ad dominū. posuimus autem
seruum ad necessaria esse vtilem. Quapropter patet ipsum virtute indigere parua & tā
58 ta/vt neq; propter intēperantiā neq; propter timiditatē in operibus deficiat. ❡ Dubitabit
vero aliquis(si verum est quod nunc diximus)vtrum artifices oporteat habere virtutem
59 Nam sepe propter intēperantiā deficiunt in operibus. ❡ An hoc longe differt: nā seruus
quidē adheret nobis cōmunione vite:ille autem remotior est. & tantū sibi competit vir
tutis/quātū seruitutis.vilis enim artifex determinatā habet quādam seruitutē. Et seruus
61 est secūdum naturam;sed nemo sutor neq; alius opifex. ❡ Patet ergo q̄ huiusmodi quidē
virtutis causam esse oporteat dominū seruo:nō eum qui doctrinam habet in operibus do
minicā.quapropter non bene dicunt:qui seruos spoliant ratiōe/dicentes precepto vti dū
taxat.admonēdi sunt enim magis serui q̄ pueri. Et de his in hunc modum determinatū
62 sit. ❡ De viri autem & mulieris filiorūq; & patris virtute/& cōuersatiōe adinuicē/quid
recte vel contra & quomodo oportet hoc quidē facere/ab illo autem abstinere: in iis qui
de re publica necesse est ītueri. Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars/illa autem pars
domus/partis autem virtus ad totum respicere debeat:necessariū est respiciētes ad rēpu
blicā filios vxoresq; instruere/si quid refert ad rectā institutionē reipublice pueros & mu
lieres esse bene institutas.enīuero referat necessariū est.nam mulieres media pars sunt li
berorum.ex pueris autem sumunt qui rempublicā gubernant. ❡ At vero cum de his deter
minatū sit/de reliquis autem in aliis sit dicendum/omissis iis que nunc agitant/tanq̄ fi
nem habētibus:alio assumpto prīcipio differamus. & primū cōsideremus que tradita sūt
de optimo ciuitatis statu.

❡ OCTAVI CAPITIS COMMENTARIVS.

63 TRes esse rei domestice partes/dn̄m et seruum/maritū & vxorem/patrem & liberos/hoc
est dominicā cōiugalem & paternā:ex capite tertio & nūero 13 cognitum est. & de dn̄o
et seruo/& adiecta quarta rei familiaris parte acquisitione scilicet necessaria/& de trans
laticia que illi assimilatur:a tertio capite hactenus est discussum.hic autem de re dome
stica coniugali & paterna exequitur: ostendens eandem vxori & filijs preesse non tanq̄ seruis/sed
tanq̄ vtrisq; liberis attamē.nō eodem īperij modo:sed vxori ciuiliter similitudine quadā/& filijs re
gie.q̄ autem vir vxori presit:non id iniuria fuerit. nam masculus q̄ femina natura prestātior est/ni
si interdū aliter preter naturā contigerit. merito igitur vir vxori preest.at quia inter partes domus/
nulle magis q̄ vir & vxor equalitati propinquant: huiusmodi principatus ciuili similior esse videtur.
differt tamen quia in ciuilibus principatibus sepe nūero cōmutatur is qui presidet/et is qui subest/
ita vt vicissim vterq; principatū gerat & vicissim subijciatur.nā equales natura esse volūt/nec quic
q̄ differre.id autem inter virū & vxorem nō fit.nam vir semper presidet.& semper natura differt/na
turaq; prestātior est.quod etiam hoc cognoscitur indicio quia in ciuilibus cū vicissim alter preest & al
ter subest: differentiā etiam vicissim habet & habitu & sermonibus et honoribus vt & Amasis de
pelui dixit.at masculus ad feminā semp & habitu & sermōe et honore simili mō natura se habet. Amasis.
semp igitur illi preesse debet. ❡ Q̄ autem filijs presit:quid mirū? nam antiquius & perfectius.iu
niore & imperfecto prestantius igitur pater filijs presit. ❡ Sed q̄ imperio regio patet. Primo.quia qd ge
nuit/quodq; per amicitiā & etatem preest:idipsum est idē/quod quedā species imperij regij.quare
Homerus probe de Ioue canit hominū pater atq; deorum/ sic appellans omniū regem. atqui pater sic
liberis imperat.regiū igitur est quoquopacto huiusmodi imperiū. ❡ Secundo quia natura regē ex
cellere oportet/genere autem esse eūdem.quod quidē accidit seniori ad iuniorem & parenti ad li
94 beros.preest igit imperio quoquomodo regio. ❡ Ex his infert discipline domestice esse/ipsam ma

gis intentā eſſe circa homies q̄ circa inanimatoꝝ poſſeſſiones/ & magis circa virtutes hoim/ q̄ circa
virtutes poſſeſſionū/ quas diuitias appellamus. & iteꝝ magis circa eoꝝ mores qui liberi ſunt q̄ qui
domi ſeruilem vitam degunt. quare ſi que poſſidemus curamus vt q̄ optima ſint: tāto magis id cu
rare debemus/ vt familiam habeamus q̄ optimā. & ſi nobis cure eſt vt bonos habeamus ſeruos: mul
to magis cordi eſſe debet/ ſic et vxorem & liberos virtutibus excolere/ vt eos efficiamus q̄ probiſſi-
mos. ¶ Huius gratia ꝙ in calce precedētis capitis dictum eſt diſcipline domeſtice eſſe circa homi 55
nū virtutes qui domi ſunt/ ipſam magis intentā eſſe oportere q̄ circa virtutes poſſeſſionū: dubitatio
nes mouet. Primo. Vtrū preter corporis obſequia/ ſerui ſit virtus quedā alia preſtātior/ vt temperā-
tia/ fortitudo/ iuſticia/ aut quis alius huiuſmodi ſtudioſorū habituū: an ꝓrſus nulla? et vtraq; ex par-
te: id ambiguitatē affert. nam ſi ſit aliqua: excellētiores erant ſerui q̄ domini. ſin nulla: abſurdum id
quoq; videbitur/ cū ſerui hoies ſint/ et rationis cōpotes. ¶ Secūdo. Vtrum mulieris & pueri ſint vir-
tutes. & oporteat mulierē temperantē eſſe/ fortemq; ac iuſtam. et vtrum intēperantia & tēpantia
circa puerū locum habeāt: an non. ¶ Tertio. Vtrum eius qui natura iperat/ & illius qui natura ſub-
eſt/ eadem ſit virtus: an alia. ¶ Quarto. Si oportet vtroſq; & impantem et parentē virtutis eſſe par
ticipes: cur hūc quidem oportet penitus parere/ illum vero imparē? Non eni poſſunt eoꝝ virtutes
ſecundū magis & minus differre nam impare & parere/ ſpecie differunt: nō ſecūdum magis & mi-
nus. ſin autē alterum oportet habere virtutē/ alterum vero non: admirabile id quidē fuerit. nam ſi
imperans tēperatus non erit/ & iuſtus quomō probe impabit? ſin vero is cui imperabiꝰ: quomodo
ne parebit? intēpatus enim & timidus nichil faciet vt oportet. ¶ Hic diluit prepoſitas queſtiōes.
et dñi & ſerui/ & mulieris et pueri eſſe oportere virtutes: ſed differentes. quia dñi ſunt virtutes/ ipſo 56
perfecte cōſultante atq; deliberāte: ſerui virtutes ſunt/ non ipſo ſed dño deliberante. nam ſeruo ad
ea que agit: deliberandi non adeſt facultas. et mulieris ſunt ex deliberatione quidē: ſed abrogatar
per ſeq; inualida. pueri vero ex deliberatione: ſed impfecta. ſitq; iſtorū omniū ſunt moris virtutes:
quantū cuiq; competit. Et harum exempla in animi parte rationali ad ſenſualē reperit. ¶ Id oſtē-
dit. tametſi dñs tēpatus ſit & fortis et iuſtus/ & ſeruus idētidem/ etiam & mulier tēperata/ fortiſq; 57
et iuſta et ita de pueris has tamē tēpantias/ fortitudines & iuſticias non eſſe eaſdē/ ceu ſentiebat
Socrates. ſed viri virtutes principes ſunt: mulieris autē ſubminiſtre. ſerui non ad ſe virtus eſt: ſed ad
dominū. ſimili quoq; pacto/ pueri (cū impfectus ſit) non ipſi ad ſe: ſed ad ducem virtus eſt referen-
da. et ſeruus: parua virtute indiget (vtpote qui ad neceſſaria vtilis ſit) & tanta/ vt neq; propter intē-
perantiā/ neq; propter timiditatē in operibus que illi iniūgūtur/ deficiat atq; oberret. ¶ Queſtionē
de artificibus mouet. An ſi verum eſt oportere ſeruos virtutē habere: oporteat et artifices virtutem 58
habere. & videtur. nam & artifices ſerui eſſe videntur. et propter intēperantiā vt et illi: pſepe in ſuis
operibus deficere oberrareq;. ¶ Diluit. longe ad rem familiarem referre an ſeruus/ an artifex virtu-
te ſit preditus. Primo. Quia ſeruus adhereret iugiter cōmunione vite/ artifex autē non. ſed a cō- 59
munionis neceſſitudine eſt remotior. Secundo. Quia tantū artifici competit virtutis: quantū ſerui
tutis. non enim omnino ſeruus vilis ſordiduſq; artifex/ ſed determinatā quādam habet ſeruitutem.
Tertio. Quia ſeruus eſt ſecundū naturam: artifex autem non. nemo eni: aut ſutor/ aut alius quiuis
artifex natura. ¶ Quia ſerui virtus non ipſi ad ſe eſt/ ſed ad dominū: infert iccirco eiuſmodi virtutis
cauſam eſſe oportere dñm ſeruo/ non autem alium quēlibet/ qui doctrinā haberet ad dominos per 60
tinentē. quare non probe dicunt qui ſeruos ratione priuāt/ et dicentes precepto vti dūtaxat. nā ad-
monēdi ſunt ſerui: & magis quidē q̄ pueri. ¶ Cur autem ad Politicoꝝ libros (id de republica) opor
teat intueri de viri & mulieris filiorūq; & patris virtute/ et mutua inter ſe cōuerſatione/ quid bene/ 6
quid perperā/ quomodo oporteat vnum facere/ & ab altero abſtinere: cauſam ſubdit. quia cū omnis
domus ciuitatis ſit pars: vir autem & mulier/ pater & liberi partes domus: partes igitur erunt ciuita-
tis. et cum partis virtus ad totum reſpicere debeat: neceſſariū profecto eſt ad rempublicā reſpicien
tes/ filios/ vxoreſq; inſtituere/ ſi quid refert momentūq; habet ad rectam reipublice inſtitutionem/
pueros & mulieres eſſe bene iſtitutas. atqui referat neceſſariū eſt. nam mulieres: dimidia pars ſunt
eorum qui liberam vitam degunt. ex pueris autem economi fiunt: et qui rempublicā tandem ſint
gubernaturi. quare ad Politicoꝝ libros: hec expedit conſideratio. ¶ De propenſiore predicto-
rū determinatione ſe excuſat: & ad reliqua in ſequētibus libris determināda tranſit et primū ad ea
que tradita ſunt a Platone & Socrate de re publica.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

VT Amasis inquit de pedumlotote.sic habet Aristotelis littera.ὥσπερ καὶ Ἄμασις εἶπε τὸν
53 περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον podanicteros interpretatus est Leonardus pedũlotore.ego amagis egy
dixissem pelui/aut pelluuio.ποδανιπτὴρ enim peluis est/ & vas in quo pedes lauãtur: qđ ptiorꝫ rex.
latine pelluuiũ dicit/sicut maluuiũ peluis in qua lauant manus. Et ex Herodoto cogno- Leonardus.
scitur historia.Amasin inqt qui Aprie extincto regnauit:inter initia/Egyptij contẽpsere/nec vllius Herodotus
sane momẽti duxere.vt qui plebeius fuisset:nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis solertia non Apries.
asperitate pduxit.erat enim illi peluis aurea/in qua tam ipse q̃ oẽs/continue semp pedes abluebãt.
hanc ille confregit/ex eaq; demonis statuã fecit:& in apositissimo vrbis loco statuit. Egyptij simu-
chrum adeuntes:summope sunt venerati. Id Amasis fieri e popularibus edoctus: cõuocatis Egy-
ptijs/ aperit ex illa pelui in quam prius Egyptij euomere/meire/ et in qua pedes abluere consueuis-
sent:factum esse simulachrũ/qđ tunc tantope venerarent.itaq; se aiebat pinde atq; peluim esse fa-
ctum.qui si añ hac fuisset plebeius/ in p̃sentiarũ tamen rex esset.& icciręo iubere: vt sibi honor ha-
beret atq; reuerẽtia.& hunc in modũ ad se traxit Egiptios:vt equũ cẽserent illi esse serulendũ. hec Socrates.
54 Herodotus.ex quo intelligit:quidnã hic velit Aristoteles.¶Nec eadẽ modestia mulieris & viri.de
fortitudine/tẽperãria/iusticia/ & prudẽtia:differit Socrates in quarto de republica.quas totius ciuita
tis dicit easdẽ esse:neq; eas distinguit viri & mulieris.sicut neq; in qnto distinguit disciplinas virorꝫ
et mulierũ:sed easdẽ esse vult.inqt enĩ eedẽ sint discipline in musica/gymnasica/ & artibus bellicis
virorꝫ & mulierũ/tam in custodibus q̃ auxiliarijs & opificibus.¶Qui enumerãt virtutes queãdmo
dum Gorgias.dyalogus est apud Platonẽ qui inscribit Menon vbi Socrates disputat de virtute cõ Gorgias.
tra Menonẽ auditorẽ Gorgie.qui vbi quid virtus sit postulat assignare: virtutes multas enũerat ex Plato.
sentẽtia Gorgie.dic o Menon(inquit Socrates)per deos obsecro quid esse virtutẽ existimes/ dic in Socrates
q̃ nec inuideas/vt fortunati cuiusdẽ mẽdacij redarguar siquidẽ tu et Gorgias id cognoscere videa- Menon.
mini/ cum tñ ego nemini vnq̃ hoc scienti occurrisse p̃dixerim cui Menon. At o Socrates nequaq̃
difficile est id dicere.& primo quidẽ si libet que viri sit virtus. hec plane est ad ciuiliũ rerũ admini-
strationẽ sufficiẽtem esse/hisq; tractandis amicos iuuare inimicos ledere/necnõ diligẽter cauere ne
quid ipse tale aliqñ patiatur.Qđ si vlterius que sit mulieris virtus nosse reqris:neq; id arduum erit,
est enĩ mulieris virtus:domũ recte gubernare/dũ custodit domestica viroq; obedit. alia quoq; vir-
tus est pueri/feminq; & masculi/ & viri iam etate maturi.necnõ liberi si velis & alia serui/atq; alie p
multe virtutes existũt.quare aut nobis deest:quid de virtutis diffinitiõe dicamus.hec Menon. vbi
virtutes enumerat viri/mulieris/pueri/femine/masculi/adulti/liberi/serui.quas Socrates easdem pu
tat:vt eãdem sanitatẽ/et robur/viri & mulieris/liberi/et serui/femine & masculi. Et rursus.Menõ iu- Menander.
sticiã virtutẽ esse fatet/at non tantũ verũetiam & alias virtutes fortitudinẽ/tẽpantiã/sapientiã/ma Diopithes
gnificentiã.et cum querit quid virtus sit virtutes enumerat & nõ quid sed quot virtutes potius re- Egesistrata.
spondet.vñ a Socrate redarguit vt hec oĩa etiam facile intueri licet dyalogon p̃currẽtibus.¶Sicut
poeta de muliere dixit. Menãdri Atheniẽsis Diopitis & Egisistrate filij/isignis Comediarꝫ scripto
ris hec fert sentẽtia γυναιξὶ πᾶσαις κόσμον ἡ σιγὴ φέρει:quã & hic Aristoteles affert. Verũ cum Ari
stoteles authores citabit:aliene cure diligẽtieq; sepius relinquemus/ vt ex authoribus qui velint re-
quirant:nam nostrũ institutũ est:que Aristoteles ex te & sentẽtia dicit apire/non autẽ omniũ aliorꝫ
quorꝫ meminit aut dicta aut gesta enodare. id enim nimiũ/et supra vires fuerit:et a cõmentatoris
officio non minus alienum.

¶PRIMI POLITICORVM ARISTOTELIS. FINIS.

¶SECVNDVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶De optima republica Socratis/differente multitudine/equalitate/suffi
1 cientia. Cap. I

QVoniam proposuimus cõsiderationem facere de ciuili societate/ que sit Socrates pri-
1 optima omniũ iis qui possunt viuere maxime ad votum: oportet quoq; ma respubli-
alias considerare respublicas/quibus vtũtur ciuitates alique earum/que ca.
bene legibus institute videntur.et si alique sint alie ab aliquibus scripte/
que bene se habere videãtur:vt recta istitutio vtilitasq; appareat. ¶Nec
2 putetur esse ad ostentationẽ & superfluitatẽ:querere quippiã aliud preter
illas. verum quia ille nõ bene se habent: ideo hunc discipline laborem a nobis esse susce-
ptum.¶Incipiendũ est autem ab eo quod est secundũ naturã:huius cõfederationis prin-
3 cipiũ.Necessariũ est quidẽ aut oĩa esse cõmunia inter ciues om̃es/aut nulla/aut quedã &
quedã nõ.Enĩuero nulla esse cõmunia:ĩpossibile cõstat esse. cũ ciuitas sit cõmunio quedã.

Ac primo necesse est locũ esse cõmunẽ. nam locus equalitas est vnius ciuitatis, ciues autem socii vnius ciuitatis. Sed vtrum melius fuerit in bene instituenda republica queciiq; recipere cõmunionẽ possunt, ea omnia esse cõmunia: an quedam cõmunia esse, quedam nõ esse, melius? nam fieri posset: vt filii & vxores et res que possidẽtur: cõmunes essent ciuibus adiuicem queadmodũ in Platonis republica. Ibi enim Socrates inquit, oportere cõmunes esse filios & mulieres, et facultates. id vero vtrum prestat ita fieri vt nũc fit: an secundũ legem illam in republica scriptam? ℭ Continet porro & alias difficultates ꝑmultas: istarũ mulierũ omnibus cõmunio. ℭ Et id propter quod censuit hanc legem esse ferẽdam: nõ videtur cõsequi ex rationibus. ℭ Preterea ad finem quem inquit oportere ciuitati existere (vt nunc quidem dictum est) impossibile. Quomodo autem distinguere oportet: nichil ab eo determinatũ est. dico autem, vt ꝙ vna videlicet sit ciuitas tota: tãq̃ id sit maxime optimũ. suscipit enim hanc suppositionẽ Socrates. ℭ Atqui cõstat, ꝙ ea si procedat atq; vna fiat magis: ciuitas non erit. est enim ciuitas multitudo quedam secũdum naturã: que dum fit vna magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. vnam enim magis domũ censemus esse q̃ ciuitatem & hominẽ vnum q̃ domum. Quare etiam si quis ꝓfã posset hoc facere: tamen non esset faciũdum. quia ꝑimit ciuitatẽ. ℭ Nec solum ex multitudine hominũ constat ciuitas: verũetiam ex eorum multitudine, qui specie differunt. non fit enim ciuitas ex similibus. aliud enim ad bellum confederatio: q̃ ciuitas: illa enim quãtitate prodest, & si eadem sit specie, cum auxilii gratia suapte natura fieri nata sit huiusce confederatio: ceu si pondus amplius trahat. Differt autem & eo modo ciuitas a gente quãdo per pagos diuisa non fit multitudo: sed quemadmodũ Arcades. ℭ Ex quibus autem vnum fieri oportet, specie differunt. quapropter equale repẽsum ciuitatem cõseruat: vt in Ethicis dictum est prius: quoniã inter liberos & equales necessariũ est hoc esse. nam omnes simul magistratũ gerere impossibile est: sed aut per annum aut per aliam prefinitionẽ & tempus. atq; isto modo fit: vt omnes gerant magistratũ, ceu si mutarẽtur sutores et fabri, nec semper iidem fabri & sutores essent. cum vero melius esset ita se habere ea que sunt circa societatem ciuilem: manifestum est melius esse si iidem semp magistratũ gererent, modo id fieri posset. Sed in quibus nequit hoc fieri, propterea ꝙ omnes natura sunt equales: simul et etiã iustũ (siue bonum, siue prauũ est gerere magistratũ) vt omnes huiusmodi numeris participes fiant, & in eo imitẽtur vicissim equales, cedendo inuicẽ alios aliis, vtpote qui ex principio sint equales. nam alii regunt, alii regũtur in parte: tanq̃ si ipsi alii fiant. eodẽmodo illorum qui regũt: alii alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his ꝙ nõ recipitur sic aptam esse vnam ciuitatẽ ceu dicunt quidam. & quod maximũ esse bonum ciuitatibus dicebatur: id interimit ciuitates. atqui singulorũ bonum singula conseruat. ℭ Patet etiam alio modo, ꝙ querere nimium vnire ciuitatẽ: non est melius. Domus enim magis sufficiens est: q̃ vnus homo. ciuitas autem q̃ domus. et vult ea quidem iam esse ciuitas: cum habet sufficiẽtiam multorum societas. Si igitur magis expetẽdum est quod magis sufficiẽtiam habet: certeminus vnum eo quod est magis, expetibilius est.

Plato.
Socrates.

Vnitas ciuitatis socratica reprobatur.

Arcades.
Ethica.

Primi
8

ℭ PRIMI CAP. SECVNDI POLITICORVM COMMENTARIVS.



Cum in fine ꝑcedentis libri dixerit se velle illa discutere que de optima republica tradita sunt: ad id faciendũ insup oportere etiam alias respublicas considerare: & si que scripte sunt ab aliq̃bus: vt quid rectũ. quidq; vtile sit appareat. ℭ Se modeste excusat: & candidũ lectorẽ oratũ facit: ne putet id opus: ab eo aut supflue: aut arrogãter esse susceptũ: cũ tot de rebus publicis ante eũ scripserint. verũ quia res ille publice: que ex aliorũ scriptis nobis relicte sunt: nõ recte se hñt. iccirco nobis hũc denuo exarãde ciuilis discipline laborẽ suscepit. ℭ Proloquiũ ponit sub disiũctione tricolũ: oportere in ciuitate oĩa ciuibus oĩbus esse cõmunia: aut nulla: aut quedã cõmunia esse quedã etiã nõ: secũdum mẽbrũ nulla oĩbus ciuibus esse cõmunia tollit. Primo. ꝙ ciuitas cõmunitas quedã sit. Scdo ꝙ locus cõmunis sit oĩbus ciuibus nam locus: vnius ciuitatis est equalitas: ac eque ab oĩbus participaẽ. ciues autẽ vnius ciuitatis socij. An primũ membrũ: omnia ciuibus omnibus esse cõmunia tollendũ sit: respublica Socratis scripta a Platone facit ambiguitatẽ. verũ primũ

1
2
3

membrū tollit:oſtendēs rationes Socratis quibus cenſuit hanc legē eſſe ferendā/ et filios et mulie-
res/& facultates/ciuibus oīnibus debere eſſe cōmunes futiles eſſe & inanes. Primo. ꝙ hec mulieꝝ
cōmunio/ꝙq; oībus cōmunes exiſtant multas alias moleſtias ac difficultates cōtiner ꝗ̄ nunc ſint/
vbi ꝓprie ſunt & non cōmunes. Secūdo. quia rōnes Socratis inualide ſunt & non colligūt id quod
vult. Tertio. quia ad finem quē dixit oportere ineſſe ciuitati vt ſcilicet maxie vna ſit: hanc mulierū
cōmunionē(ceu nunc dictū eſt)efficere impoſſibile eſt. Et de vnitate ciuitatis nō ſufficientē diſtin
ctionē ac elucidationē Socrates adduxit:ſed oīa obſcuritatis nube contecta reliquit/ hac ſuppoſi-
tione non ſufficiēter(ceu dictū eſt)enucleata vtens ꝙ tota ciuitas ſit vna tanꝗ̄ id ſit omniū optimū.
relinquiť Igitur tertiū prologui/ mēbrū: quedā ſcilicet ciuibus omnibus eſſe cōmunia/ quedā vero
4 non. ⁋ Oſtendit ſuppoſitionē Socratis ciuitatē ſcilicet vnam eſſe/ciuitati eſſe optimū:inualidā eſſe.
Primo. ꝙ vnitate ſemp magis ꝓcedēte/atq; cōtinuo vna facta magis:deperit ipa ciuitas. nā ciuitas
cū cōtinuo magis magiſq; fit vna tandē fiet domus/et domus ſi ad vnitatē cōtinue magis accedat/
tandē euadet vnus homo. id autē eſt ipoſſibile. quare ſi quiſpiā efficere poſſet/vt ciuitas eſſet ma-
xime vna/in vnūq; conflata oīa:tamen id minime illi faciendū eſſet quādoquidē perimeret ciuita-
tem. ⁋ Secūdo quia non modo ex coaceruatione hominū conſtat ciuitas:ſed ex multitudine eoꝝ
qui ſpecie differunt: vt eorū qui ſeruis/qui natis/qui vxoribus/quiq; ciuitati reiq; publice preſunt/
& qui illis ſubſunt. qui ſpecie differre/ & in primo & in quarto primi libri capite poſtēſum eſt. nō efſi
ciuitas ex ſimilibus. quare tāta vnitas in ciuitate/quam vult Socrates:minime eſt requirēda. Neq;
ſimile eſt de ciuitate et de cōfederatis ad bellum. nā huiuſmodi ad bellicos vſus cōfederatio:quā-
titate prodeſt/etiā ſi eadē ſpecie ſit/cum ſuapte natura ſit auxilij gratia. quātitate quidē ꝓdeſt:ceu
quātitate maius pondus valentius eſt ad trahendū:neq; ſimile etiā de ciuitate vt de gente. nā quā-
do per pagos diuiſa non eſt multitudo/ſed quemadmodū Archades gens eſt/nō ciuitas. quare ci-
uitatē magis vnam gente/minus vero vnam bello cōfederatis eſſe oportet. ⁋ Tertio. quod ciuitatē
conſeruat/non eſt illa maxima vnitas(cū ea ex quibus oportet ciuitatē vnam effici ſpecie differāt)
ſed equalitas viciſſitudinis magiſtratus gerendi atq; parēdi vt in inſtitutionū moraliū libris prius di
ctum eſt. nā inter liberos & equales:neceſſe eſt hmōi viciſſitudinē eſſe. viciſſitudinē dico. quādoq-
dem magiſtratū ſimul oēs gerere impoſſibile eſt:ſed viciſſim vnus poſt aliū/ aut per annū/aut per
aliam temporis ꝑfinitionē. fitq; hoc pacto:vt omes gerant magiſtratū quēadmodū ſi mutarenť ſu-
tores & fabri:nec ſemp ijdem fabri eſſent/nec ſutores/ſed viciſſim nunc hi nunc illi. Cū vero melius
eſſet ita ſe habere ea que ſunt circa ciuitatē/ vt ſe res habet circa ſutores atq; fabros:lucidū eſſe po-
teſt/melius fore ſi ijdem ſemp magiſtratū gererēt/modo id poſſibile eſſet/ perīde ac melius eſt ſem
per eoſdē ſutores fabroſq; eſſe atq vbi id fieri nequit/eā ob cauſam qa natura ſūt equales:ſimul etiā
iuſtum eſt(ceu bonū ſiue malum ſit magiſtratū gerere)vt omnes huiuſmodi muneris euadāt par-
ticipes/& in eo ſubeūdo imitentur viciſſim/equales equalibus cedēdo/ vt qui ex pricipio ſint equa
les. nam hac viciſſitudine ſeruata/hi regunt hiq; regūtur viciſſim acſi alij fiant. & eodē modo eorū
qui regunt:alij alios viciſſim ſubeāt magiſtratus. ex ijs igitur cōſtat non fore aptū ſic vnam eſſe ciui
tatem/ceu Socrates & Glauco cōſentiunt. ꝙq; maximū bonum autumāt ciuitatibus:id interimere ſocrates.
ciuitates. verūtamen cuiuſq; bonū:quodq; cōſeruat. non igitur ea vnitas ciuitatis bonū:ſed ea que Glauco.
per vices repēditur equalitas. ⁋ Quarto querere nimiū vnire ciuitatē non eſſe melius: hac ratione
perpalā efficitur. nam domus magis ſufficiēs eſt ꝗ̄ vnus homo: & ciuitas magis ſufficiēs ꝗ̄ domus.
nam ex diffinitiōe tunc diciť ciuitas:cū iam pluriū ſocietas ſufficientiā eſt aſſecuta. ſi ergo magis ex
petendū qđ magis ſufficiētiam nactum eſt: ꝑfecto minus vnū/eo qđ magis vnum eſt expetibilius
eſt. nō eſt igitur ipſa maxima vnitas maximū ciuitatis bonum. Ariſtoteles.

⁋ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SECVNDI POLITICORVM. ſocrates



Rgumentū ſecundi politicorū Ariſtotelis. In hoc ſecundo diſcutiunť hec. Pri- Plato.
ma et optima reſpublica Socratis. Scda reſpublica Socratis reſpublica Phalee. Phidon.
reſpub. Hippodami. reſpu. Licurgi. reſpu. Minois. cōparatio. reſpub. Solonis/& Phaleas.
qui de rebuſpublicis ſcripſerūt. Prima reſpublica Socratis nulloꝝ. Scda Magne Hippodamus.
ſioꝝ. Phalee:Carthaginēſiū. Hippodami: Milleſioꝝ. Licurgi: Lacedemonioꝝ. Lycurgus.
Minois/Cretenſiū. Solonis: Athenieſiū. de prima repub. ſocratis vnitas ciuita- minos.
tis. Socratica cōitas mulierū et natoꝝ. cōmunitas rerū. Prima reſpublica Socra ſolon.
tis differť a 1 ad 8. ſcda ab 8 ad 12. phalee que Carthaginēſiū a 12 ad 15. Hippodami ꝗ̄ & Mileſio Draco.
rū a 15 ad 20. Licurgi & lacedemonioꝝ a 20 ad 21. Minois & cretēſium a 21 ad 25. Cōparatio cat-

Zaleucus. Charõdas. Onomacritus. Thales. Philolaus Diocles. Pittacus. Androdamas Telecleus Herodotus. Mella. Strabo. Auſes Agathyrſi. Maſſagete. Garamãtes. Antropophagi. Nicholaus. antiochenus. Nicolaite.

thaginẽſis/Laconice & Cretẽſis a 25 ad 27. Solonis & Atheniẽſiũ/et qui de rebuſpublicis ſcripſe
runt a 27 ad finẽ vſq; ſcd̃i. et ex his ordo capitũ huius ſecũdi texif. ❡ Et ſi alique ſint alie. qui de 1
rebuſpublicis aut tractauerũt aut ſcripſerũt:hoꝝ meminit Ariſtoteles/q ſubiungũtur Socrates. Pla
to. Phidon. Corinthius. Phaleas. Hippodamus. Licurgus. Minos. Solõ. Draco. Zaleuchus. Cha
rõdas. Onomacritus. Thales. Philolaus. Diocles. Pittacus. Androdamas. Telecleus. et niſi ſupfluũ
putaremus:poſſemus et noſtroꝝ & exterorũ plures alios recẽſere. ❡ Socrates inq̃t. Lex ſocratis in
quinto de republica eſt vt mulieres/nati & facultates ſint cõmunes. Nulli niſi barbari:mulieres le 5
gunf habuiſſe cõmunes/vt de Auſibus circa Tritonidẽ paludẽ/Agathyrſis/& Maſſagetis qui cõi
bus & in apto vtũf mulieribus refert Herodotus. & Mella de Garamãtibus/& ſi q ſunt tales in afri
ca mõſtripara:qui nõ vt hoĩes ſed pecudũ more cõuerſenf. oblitus etiã pene erã citare Straboñẽ q
in quarto Antropophagos carne hũana veſcẽtes/hanc conſuetudinẽ habere ſcribit/ & in ꝑpatulo
alienis vxoribus miſceri/mr̃ibus quoq; atq; ſororibus:ſed q ita gignũtur ex parentũ carnibus obſo
nia pare. & hoꝝ exemplo iſandã legẽ de cõmixtione matrũ & ſoroꝝ et eſu humanaꝝ carniũ tulit
Chryſippus. Et vt veritatẽ de lege Socratis dicamus:ſimilẽ mulierũ/natorũ & facultatũ cõionem i
ducere volebat et forte eodem ſpũ/quo & tp̃ibus apoſtoloꝝ Nicolaus Antiochenus. qui nõ vt mo
do facultatũ/ſed & mulierũ et natoꝝ eſſet cõmunitas/ſuã primus (que & iuuenis & formoſa erat) in
cõmune ꝑduxit mulierẽ. vñ ſecta orta eſt Nicolaitarũ:que inſtar Socratice reipublice/propriũ ha
bet nihil/ſed cõmunia oĩa/mulieres/natos/facultates ab ap̃lis dãnata & diuino ore deteſtata. in A
pocalypſi eñ angelũ Epheſi cõmendat deus:q cõmunitatẽ Nicolaitarũ oderit. ſed hoc habes (in
quit) quia odiſti facta Nicolaitarũ:que & ego odi. & angelũ Pergami increpat. habeo (inq̃t) aduer
ſum te pauca. quia habes illic tenẽtes doctrinã Balaam:qui docebat Balach mittere ſcandalũ corã
filijs iſrael/edere & fornicari ita habes et tu tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ. quod igif a deo reproba
tũ intelligimus:nemo defendere audeat/nemo ꝓbare. hec eñ doctrina Balaã eſt:hec Nicolaitarũ.

Socrates Reipublice 5

ſed et itelligamus eam etiã a philoſophis fuiſſe irriſam & reprobatã. ❡ Q uomõ autem diſtinguere
oportet. Socrates ciuitatẽ vnam eſſe:maximũ ciuitatis bonũ eſſe volebat. at quõ vnam:minime di
ſtinguebat. ſic eñ Socrates in quito de republica. Habemus ne vllũ ciuitatis pniciofius malũ:q̃ q
eam diuidit/et ex vna plures facit/ vel melius quicq̃ eo:qd̃ ipſam vnit/quodq; et vnã efficit/Nõ ha
bemus. Nõne voluptatis doloriſq; cõmunio vnit:qñ ciues omnes/ex earũdem rerũ acceſſu vel de
ceſſu pariter gaudẽt ac dolent/ Maxime. Horũ vero diuerſitas eam diſſoluit:qñ eiſdẽ ciuitatis & eo
rũ qui in ciuitate ſunt caſibus alij vehemẽter dolent/alij geſtiũt. Q uid ni/ Ex hoc autẽ tale quid ꝓ
uenit:qñ nõ ſimul in ciuitate hec verba vulganf meũ ſcilicet & non meũ/ac de alieno eodẽ modo
Valde. In quacũq; igitur ciuitate cõplurimi ad idem ſecũdum eadẽ hec dicũt meum:& nõ meũ ea
optime gubernaf. Prorſus. Et quecũq; q̃proxime vt vnus hõ effecta ſit. et reliq̃ua que lõgo ambi
tu verboꝝ circũducit:que/et ſequẽtia (que ariſtoteles refutat) licet ex illo quinto cõtueri. interlocu
tor hic Glauco intelligaf. Sed capita ferme/et rerũ ſummã de republica Platonis (quam primã rem
publicã Socratis ariſtoteles appellat) collegimus in primo hecatonomiarũ: quas poſt Politicoꝝ et
economicoꝝ libros ſubiũximus. vt non ſit tãtus labor huius diſcipline ſtudioſis:euoluere platonẽ.

Archades. Pythia.

❡ Sed quemadmodũ Archades. Vitam paſtoriã olim viuebant Archades/morãtes in agris ſepa 4
rati/ſepe loca demutantes et pallantes hoĩes. de quibus pythia ad Lacedemonio
Multi apud Archadiam veſcentes glande viri ſunt
Q ui te reijcient.

Idanthyrſus. Herodotus.

Et ex oratione Idanthyrſi:apud Scythas neq; oppida ſunt/neq; culti agri. author Herodothus.
❡ Q uapropter equale repẽſum ciuitatẽ cõſeruat:vt in Ethicis dictũ eſt. Ex tertio capite quiti Ethi
coꝝ cognoſcitur:cõmune iuſtũ per quod Socrates cõtineuf/equale eſſe ſed cõmuniũ diſtributiuũ:
equale ſecũdum dignitatẽ & Geometricã medietatẽ. cõmutatiuũ autẽ quo omniũ cõmutantiũ et
opificum ſocietates continẽtur/cõſeruanturq; ex quarto eiuſdem quinti ſecundũ numerũ & Arith
meticã medietatẽ eſſe equale. Et capite primo noni:equale repenſum aut ſecũdum dignitatẽ aut
numerũ:amicitias ciuileſq; ſocietates ſaluare.


❡ De republica Socratis improbatio. Cap. II.

Cõitas mulierũ reprobatur. Socrates.

E Nimuero nec ſi optimum ſit vnam q̃maxime eſſe ciuitatem: non tamen id
demonſtrari videtur ex ſermone:ſi omnes ſimul dicant meum & non meũ.
hoc enim Socrates putat eſſe ſignum ciuitatis perfecte vnite. At enim ver 5
bum oẽs duplex eſt. Si igitur tanq̃ ſinguli forſan eſſet magis ꝗd efficere
vult Socrates. ſinguli enim eũdem filium ſuum eſſe dicerent:& mulierem eandem. & de

substantia & facultatibus quibusuis eodem modo. nunc autem non ita dicunt qui cōmu-
nibus vtūtur mulieribus & filiis: sed omnes quidem/at nō vt singuli ipsorū. eodem mo
do de difficultatibus/omnes quidē: sed non vt singuli eorum. ¶Quod igitur aberratio
quedā sit in verbo oēs manifestū est. nam & vocabulū omnes et vtraq̃: & īparia et pa-
ria dicunt ꝓpter duplicitatē/& in sermonibus posita litigiosos faciunt syllogismos. qua
re hoc ipsum omnes dicere/vno quidem modo bonū est/sed nequaq̄ possibile: alio au-
tem modo nichil consentaneū. Habet ꝑterea quod dicit: nocumētum aliud. quod enim
multorū cōmune est: in eo minima adhibetur diligētia. nam de propriis maxime curant
homines. de cōmunibus autem minus/q̄ de eo q̄tum singulis competit tanq̄ enim alio
curante: ab aliis negligūtur. quēadmodū in seruilibus ministeriis. famulantes multi īter
dum deterius inseruiūt q̄ pauci. ¶Fiunt etiam vnicuiq̃ ciuium mille filii. & ipsi non vt
singulorū: sed vt cuiusuis/quiuis similiter est filius. quare omnes similiter negliget.
¶Preterea hoc modo singuli ciuium meus est dicēt de eo qui bene agit aut male (quod
cuiq̃ contigerint numero) dicent hoc modo videlicet meus est aut illius de singulis ex
mille/vel quotquot ciuitas nacta sit/et hoc dubitantes. nam incertū est cui cōtigerit ge
nuisse filium/& saluum esse genitū. Atqui vtrum prestat sic dicere meū/ita vocātes vnū
quemq̃ duorū milium/& decem miliū: an magis vt nunc in ciuitatibus meū vocant/
hic quidē filium suum/ille fratrem suum/ille nepotē/aut per aliam quandā cōiunctionē
ex cōsanguinitate vel familiaritate & affinitate illius primū/vel suorū & preterea alium
sodalem/alterum contribulē? prestat enim esse proprium nepotem: q̄ illo modo filium.
¶Quinimo nec vitari quidem potest: quin suspicentur a quibusdā fratres & filii/& pa
tres & matres. nam per similitudinē natorū ad parentes: necessariū est vt fidem de se in-
inuicē recipiant. qđ tradunt quidā qui terre ambitus describūt. esse em̄ aiunt nōnullis su
perioris Libye populis mulieres cōmunes: filios tn̄ partiri fm similitudines. Sunt eni fe- Libya suꝑior.
mine quedā etiā alioꝝ aialium ceu eque & boues: quarū ea natura est/vt simillimos ge-
nitoribus edāt fetus/vt equa illa apud Pharsaliam nūcupata iusta. ¶Preterea hmōi mole Pharsalica equa.
stias nō facile erit vitari ab iis qui eā statuūt cōmunitate: puta plagas & neces partim vo
luntarias ptim inuolūtarias/et rixas & iurgia. que nefas est comittere aduersus parētes
& propinquos: magis q̄ aduersus extraneos. Sed frequentius illa euenire necesse est/vbi
ignorāt q̄ vbi sciunt. & ea si cōtingant/a sciētibus expiationes debito mō fieri possunt:
ab ignorātibus vero ne vna quidē fieri potest. ¶Illud etiam absurdū: q̄ qui filios cōmu-
nes fecerūt: coire solū amātes vetuerūt/amare vero nō vetant/nec alios vsus quos esse
patri ad filios & fratri ad fratrē/omniū difformissimū est: cū & amare solū aliquid absur
dum sit. & non aliā ob causam coitionē illoꝝ vetuisse/nisi quia nimia voluptas sit inde
ꝓuentura: sed qđ pater/sit aut filius/aut fratres ob eā rem nihil putare referre. ¶Videtur
autē magis ꝓdesse vt agricolis cōmunes sint mulieres & filii/q̄ custodibus. minus enim
erit amicitia si cōmunes sint nati & mulieres. enimuero tales sint q̄bus impatur/oportet:
quo ipsi pareāt impio/nec res nouas in ciuitate moliant. ¶Penitus autē contrariū eue-
niat necessariū est ob hmōi legem q̄ ea sint quoꝝ causa optimas leges esse oportet/& q̄
id cuius gratia Socrates censet ita instituendū de natis & mulieribus. amicitiā eteni puta Socrates.
mus maximū esse bonum ciuitatibus. nā sic minime seditiōibus agitabūtur. ¶Sed vnā
esse ciuitatē laudat maxime Socrates: qđ & videt/& ipse ait esse amicitie opus vt in ama Socrates.
toriis sermōibus scimus dicentē Aristophanē: propter eximiā amantiū cupiditatē/appli aristophanes
cari simul/& ex duobus fieri vnū. hic ergo necessariū est ambos corruptos esse/vel vnū.
At in ciuitatibus necesse est amicitiā infirmā fluxāq̃ fieri propter hmōi cōitatē: & mini Imprudentia
me dicere meū aut filiū/patrem: aut patrē filium. ¶Vt em̄ parū dulcis multa in aqua dif Aristophanis
fusum/insensibilē facit mixturā: sic accidit eam adinuicē familiaritatē (que ab hmōi no
minibus ꝓuenit curare minime/esse necessariū in tali republica/vel patrē vt filii inter-
est/vel filiū vt interest patris/vel fratres inuicem. ¶Duo enim sunt que faciunt homies
curam habere & amare: proprium scilicet & affectio. quorū neutrū sit necesse est in hu-
iusmo di re publica. ¶Insuper translatio illa natorum ex agricolis & artificibus in custo
des/& ex his in illos: magnam continet difficultatem quemadmodū tandem fiet. & co-

tia.at vero tales/minusq; conspirātes amicitia sint ij quibus imperatur oportet: quatinus ipsi pareāt imperio/neq; noua in ciuitate machinētur.cuiusmodi sunt agricole. ¶ Decimo. Quia ob huiusmodi Socraticā legem: necessariū est contrariū eoꝝ euenire/quorum recte late leges cause esse debent & cōtrarium illius cuius gratia censet Socrates/ita de natis ac mulieribus esse instituēdum.nā amicitiam existimamus ciuitatibus maximum esse bonum quam vt visum est: aut tollit aut imminuit/ ob hmōi cōmunionis inductionem Socrates. ¶ Vndecimo. Ceterum ciuitatem vnam esse maxime laudat Socrates/quod id(inquam)vnum esse/& videtur & asserit ipe esse amicitie opus. queādmodum in amatorijs sermonibus Aristophanes ait ꝑpter scilicet nimiam amantium cupiditatem cōglutinari/& ex duobus effici vnum.sed id ꝑfecto ridiculum. quo pacto enim coalescunt. & ex duobus fitvnum:nisi aut ambo aut alter eorum corrumpatur/veꝝ ob huiusmodi cōmunitatem:necesse est in ciuitatibus amicitiam imbecillē debilemq; fieri/& minime patrē dicere meum filiū: & filiū itē minime dicere meū patrem. ¶ Duodecimo. Sed esto seniores/filios iuniores appellitnt/ & contra iuniores vocent seniores patres.id perparum valuerit.nā vt parum dulcoris multa aqua dilutum tēperaturam insensibilem facit:sic accidit in ea familiaritate/que ab huiusmodi nūcupationibus ꝑuenit/& minime curare filium eū quem vocat patrem vt deceret patrē curari/& contra qui vocatur filius/minime curari vt deceret filiū. ¶ Tertiodecimo. Duo sunt que homines inducunt & ad curādū & ad amādum: ꝑprium scilicet & affectio.atqui in hmōi Socratica republica:neutrum assit necesse est.cura igitur perpauca/atq; perpauca amicitia. ¶ Quartodecimo. Translatio natoꝝ ex agricolis & artificibus ad custodes & contra ex custodibus ad agricolas/ne nati parentes:& parentes natos agnoscāt:nō recte se habet.at difficultatem cōtinet imodicam:quopacto id fieri tandē queat. nam & dātes & trasferentes cognōscant oportet:quibus dent/& etiam quos dēt.valeant igit̄ tandē agnoscere parētes natos/natiq; parētes. ¶ Quintodecimo. Et esto per huiusmodi translationē neq; parentes neq; nati agnoscant:tanto magis tamen superius allata grauamina contingent/ rixe inquam & plage & cedes & illicite(maxime consanguineis)adamationes.nā qui alijs ciuibus deduntur: nō amplius custodes/fratres/& filios/ & patres & matres appellant/neq; rursus qui ex ijs qui custodiūt transferuntur in alios ciues:quo minus caueāt quippiam huiusmodi flagitiorum perpetrare/ ob cognationis reuerentiam. Sed de communitate natorum ac mulierum dictum sit hactenus.



¶ ANNOTATIONES AD CAP, SECVNDVM,

Nam & vocabulum omnes & vtraq;: & paria & imparia dicunt. Quomodo paria & imparia dicunt/hoc pacto.tria & tria si totam collectionem respicis: vtraq; paria.sin colle-
5 ctiōis singula. vtraq; imparia.texitur paralogismus ꝙ imparia sint paria hoc pacto.tria & tria vtraq; paria.& tria & tria vtraq; imparia imparia igitur paria & ita quattuor ternarijs monstratis:omnes dicis pares collectim & vt oēs:& oēs dicis impares singulatim &vt singuli.& simili pacto paralogismum facis: ꝙ imparia sint paria. ¶ Nam incertum est cui contigerit genuisse filium. In re illa publica Socratis incertum esset:tū ꝙ mulieres cōmunes:quas sine delectu ciues congrederētur tum ꝙ statim natis pueris extra vrbē deferunt̄ ad ouile:vt ne vnq̄ quidē matres agnoscere possint. ¶ Quinimo nec vitari,sextam rationem adducit Aristoteles. quia(vt dictum est)iubet Socrates natos pueros/statim ad gregem deferendos/ne a parentibus agnoscantur. Verum ob similitudinē natorum ad parētes:id aliquando deprehendatur necesse est. Quod ex historijs facile est deprehendere. & Plinio authore:quedam similes auo pepererunt/quedam geminos alterum sibi/ alterū patri similem/quedam semper sibi similes/quedam semper similes patri. vt etiam Homerus dicit Penelopen similem patri peperisse Telemachum.sunt & quedam que neutri similem pariunt. nā Arteon plebeus Antiocho regi Syrie similis.magno Pompeio Vibius Plebeius/ & Publicius seruitute liberatus similes. Monogenes coquus:patrem referebat Pompei.& Proconesia(authore Solino)ex duplici adulterio duos edidit/vtrumq; suo patri similem.& innumera talia. Et equa pharsalica/fetus equis qui inibant similes;semp reddebat. Causam dicerēt philosophi forsan hora conceptus/similitudinis ineuntium equorum in parte imaginatiua impressionem:& ita de liberis cum parentes referunt.sed an ita an secus sit:nichil ad presens referat. ¶ Aiunt in superiore Lybia. Lybia eadem est que africa.& dicit in Lybia superiore ꝑpter Auses vicinos Nomadibus/ & Agathyrsos: de quibus in annotatione supiore/numero 3 dictum est. ¶ A scientibus expiari debito modo possunt.certi modi expiendi apud gentiles olim erant. cum quis cōuicia/verbera/plagas/ aut necem parentibus aut propinquis intulerat:quequidem purgationes & expiationes pro ritu eorum a sacerdotibus fiebāt fallaces quidem.at nunc per exomologesin id est confessionem: & penitentiam vere fiunt scelerū expiationes & emundationes anime. ¶ Vt in amatorijs sermonibus scimus dicentem Aristopha-

Homerus.
Penelope.
Thelemachus
Arteon.
Anthiochus.
Pompeius.
Vibius.
Publicius.
Monogenes.
Proconesia.
Solin us.

Plato. Aristophanes Ouidius.

nem. Amatoriis sermonibus:id est in simposio siue conuiuio Platonis. vbi Aristophanes inducitur narrare impudentissimam(vt ita dicam)fabulam/ & merum deliramentum:de sectione hominũ ab Ioue facta:vt ex vnoquoq; duo fierent. & de insano amore commiscendi:vt rursus duo in vnũ conflentur. ceu de Salmace & hermaphrodito fabulatur/cũ dicit Ouidius. Corpora iunguntur/faciesq; inducitur illis:Vna. & reliqua. sed afferre fabulam vt Aristophani enarrata tribuitur:neq; consilium meum est:ne q; vt quis vnq̃ ad tam nefaria legenda cõtaminet oculos:consuluerim. inficiant enim talia mentem:nisi protinus oblata:tanq̃ presentanea venena refugiantur.

¶De communitate facultatum/& nonnullis incommodis rempublicam socraticã sequentibus. CAP. III.

Communitas rer̃ Socratis reprobatur.

His consequens est de rebus que possidentur considerare: quomodo sit constituendum illis/qui in optima republica versari debeant. vtrum cõmunes esse 6
debeãt/an non cõmunes. Hoc seorsum scrutandũ est(nec simul cum iis que de natis & mulieribus lege statuunt)dico autẽ circa res vtrum(& si sint nati mulieresq; separatim:quẽadmodum nunc sunt omnibus)prestet tamẽ res esse cõmunes & vsus. puta vtrũ prestet fundos esse seorsum/fructus vero in cõmune cõferre:quod apud quasdam fit gentes. vel contra/solum quidẽ cõmune esse & cõmuniter coli/fructus autẽ partiri in proprios vsus:quod etiã facere dicũtur quidam barbarorum. vel etiã fundos & fructus esse cõmunes. ¶Si ergo alii essent agricole:alius esset modus & facilior. sed cum ipsi sibi laborẽt:ea que ad possessiões attinent/plures prebebũt difficultates. nã si in fruẽdo & laborãdo non sint pares:necesse est incusationes existant contra fruẽtes quidem & consumentes multa/parum vero laborantes ab his qui minus consumunt & multum laborant. ¶Omnino autem conuictus & cõmunitas rerum humanarũ omnium/difficilis est/& maxime in talibus. Probant autem eorum qui vna peregrinant societates: quorũ plerĩq; fere inter se dissident/de paruis vilibusq; rebus offensi. Nos quoq; etiã ministris illis plurimum aduersamur:quibus maxime vtimur ad circularẽ famulatum. communes igit habere res:has & alias huiusmodi cõtinet difficultates. ¶Eo autem modo quo nũc fit si id super moribus & moderatione legũ rectarum honestetur: non parum distabit. habebit enim vtriusq;:commoda. dico autem vtriusq;: videlicet eius q̃ cõmunes sunt res/& eius q̃ proprie. oportet enim omnino vt res sint proprie:sed quodãmodo cõmunes. cure enim diuerse:incusationes adinuicem non parient. immo pficient: vtpote ad propriũ vnoquoq; sedulo incumbente. at vero ob virtutẽ erunt ad vsum(vt est in prouerbio)amicorum communia. ¶Est autem etiam nunc quibusdam in ciuitatibus in hũc modũ subscriptum:ne putetur impossibile. & precipue i iis que bene gubernant/aliqua sunt & aliqua esse possũt. propria enim vnusquisq; possidens:partim vtilia facit amicis/partim vti-

Lacedemonii

tur cõmunibus. vt in Lacedemone seruis vtuntur vicissim tanq̃(vt ita dicam)propriis:& preterea equis & canibus si forte i viis/in agris/per regionem quis indiguerit. patet igit esse melius:vt proprie sint res:sed vsu facere illas cõmunes. quẽadmodum autem hoc fiat legislatoris erit prouisio. ¶Est sane inenarrabile:q̃tum intersit ad voluptatẽ/considerare aliquid esse propriũ sui. non enim frustra quisq; ad seipsum amicitiã habet. est vero id naturale. Sed cum amator sui reprehẽditur iuste:non id reprehẽditur quia se amat/sed quia magis q̃ oportet se amat/quẽadmodum & amator pecuniarum. nam amãt omnes(vt ita dixerim)talia. attamen & largiri & opẽ ferre amicis aut hospitibus aut sodalibus dulcissimum est:quod fit si proprie sint facultates. hoc autẽ non contingit illis: qui nimis vnam efficiunt ciuitatẽ. Et pter hec duarum virtutum opera manifeste tollunt tẽperantie erga mulieres alienas(ab ea enim que aliena est:honestatis opus est se ob tẽperantiam abstinere)& liberalitatis circa res possessas. neq; enim discerni poterit liberalis:neq; liberalẽ operationẽ faciet vllam. nam i vsu earum rerum/quas ipsi possidemus liberalitatis est opus. ergo eiusmodi legis positio faciẽ habet apparẽtem atq; humana videri possit. auditor enĩ libẽter recipit/putans fore mirabilẽ quãdam amicitiam omnibus erga oẽs: psertim cum quis incommoda accusat rerum publicarum nunc prouenĩẽtia/ex eo quia non sint communes omnium facultates/ceu litigia ex contractibus/falsorum testium iudicationes/

diuitum adulationes.quorum nichil fit ꝓpter proprietatem:ſed propter improbitatem.cū
etiam res in cōmuni habētes rerūq; vtentes cōmunione: multomagis inter ſe diſſidere
videamus/q̄ eos qui ſeparatim poſſident.ſed videmus paucos qui in cōmuni res habent:
diſſidentes eſſe aduerſus multos congerētes ꝓprias facultates. ¶Inſuper equū erat refer
re:non ſolum quantis malis priuabuntur ſi cōmunitatem rerum habebunt/ſed etiā quā-
tis bonis.videtur autem omnino impoſſibilis eſſe illa vita. Cauſam vero Socrati huius
erroris putādum eſt:ſuppoſitionē nō rectam fuiſſe.oportet enim quodāmō vnā eſſe ciui-
tatē & domū:ſed nō penitus:eſt enī quo ſi ꝓcedat:nō erit ciuitas.eſt etiā quo erit quidē ꝓ
pe/vt nō ſit ciuitas/deterior ciuitas. veluti ſi quis concētum faciat vniſonū/& verſum
pedē vnum: ſed oportet cū ſit multitudo(vt prius diximus) per diſciplinam/cōmunē &
vnam efficere.& cum qui diſciplinā ſit habiturus putantē per illam ſtudioſam facere ciui
tatē:abſurdū eſt per talia quā inſtituendā putare(ac nō per mores & per philoſophiam &
per leges)veluti ea que circa poſſeſſiones ſunt in Lacedemone/& cōmeſſationes in Cre- Lacedemon.
ta quarum legiſlator cōmunionē induxit.¶Neq; id ſane ignorandū eſt:quia oportet ad Creta.
multū tēpus ac multos annos inſpicere in quibus haudquaq̄ lateat/ſi hec recte ſe habue-
rint. ferme enim omnia inuēta ſunt quidē:ſed alia nō inducta:alia ab expertis repudiata.
maxime autē id apparet:ſi quis per opera inſpiciat rempublicā ſic inſtitutā. nō aliter enī
poterit feciſſe ciuitatem:niſi ſeparet illa atq; diſtinguat/partim i cōmeſſationes/partim
in partes tribuū/partim in tribus.Quare nihil aliud cōtinget lege prouiſum eſſe:niſi vt
cuſtodes agrū non colant/quod & nunc Lacedemonii/facere tentant. ¶Modus vero to
tius reipublice/quis futurus ſit in cōmunicatione degentibus:neq; Socrates ipſe inquit: Lacedemonij
neq; dictu facile eſt.& licet ferme multitudo ciuitatis/diuerſorum ciuiū eſt multitudo:de
illis nichil determinatū eſt.an & agricolis cōmunes eſſe facultates oportet:an ꝓprias ſin
gulorum.ꝑterea vtrum mulieres & pueros proprios:an cōmunes.ſi enim eodē modo cō
munia ſunt omnia omniū:quid different iſti ab illis cuſtodibus/vel quid plus erit iis qui
ſuſtinent eorum imperium/vel quam ob cām imperium ſuſtinebāt/niſi forte machinē
tur aliquid tale quale Cretenſes. illi enim cetera omnia ſeruis permittentes/ſolum illis Cretenſes.
gymnaſia vetuerunt/& armorum poſſeſſionem.Q; ſi eo modo quo in aliis ciuitatibus
apud illos talia erunt:quis modus erit communitatis?neceſſe enim erit duas ciuitates in
vna eſſe ciuitate:& eas inter ſe cōtrarias.facit enim alios quidem/cuſtodes quaſi in mu
nitione:alios autem agricolas & artifices/& alios ciues.Litigia vero/& iudicia/ & que-
cunq; alia mala ciuitatibus prouenire inquit:omnia prouenient & iſtis.quanq̄ dicat Socra Socrates.
tes fore vt non multum legibus indigeāt/propter diſciplinam:veluti circa res vrbanas/
& circa forum/& alia huiuſmodi/legibus/tribuens ſolum diſciplinam cuſtodibus.Inſu-
per dominos facit ſuarum rerum/agricolas & tollere permittit.at multo magis veriſimi
le eſt eos fore difficiles & faſtu plenos/q̄ eos quos apud quoſdam vocant Ilotias & pene
7 ſtias & dulias.¶Enimuero ſiue neceſſaria ſint hec ſimiliter/ſiue non.nichil nunc quidē
determinatum eſt.neq; de conſequentibus que ſit eorum ciuilis adminiſtratio/& diſci-
plina/& que leges.Eſt autē neq; facile reperire/neq; parum referēs:quales hos eſſe opor-
tet ad conſeruandam cuſtodum communionē.At vero ſi mulieres facit communes/fa-
cultates vero proprias: quis curam habebit rei domeſtice/vt habent agriculture viri/q̄-
uis etiam ſint cōmunes facultates/& agricolarum mulieres? ¶Abſurdum etiam ex be-
ſtiis facere ſimilitudinē/ꝙ conueniat eadem efficere mulieres que viri:ad quas nequaq̄
cura rei domeſtice pertinet.Periculoſa eſt inſuper magiſtratuum conſtitutio: quam facit
Socrates.facit enim vt ſemper ſint iidē.ad hoc ſeditionis eſt cauſa etiam apud illos/qui Socrates.
nullam poſſidēt dignitatem.quid ergo apud bellicoſos & animoſos viros? Q; autē neceſ
ſarium ſit ipſum eoſdem ſemper magiſtratus facere:patet.non enim aliorū modo/& mo
do aliorum miſcetur animis diuinum illud aurum:ſed ſemper eiſdē. inquit autē quibuſ-
dam ſtatim a genitura aurum miſceri/quibuſdam argentum:es vero & ferrum illis/qui
& artifices futuri ſunt/& agricole.¶Preterea cuſtodibus felicitatem auferēs:totā inquit
ciuitatem facere beatam oportere legiſlatorem.at impoſſibile eſt totam beatam eſſe.ni-
ſi aut plurime/aut omnes partes/aut quedam habeant felicitatem.non enim eorumdem

est felicitas:quorum & integrum.nam ipsum contingit toti existere/& si nulli partium:
at felicitatem impossibile est.ꝙ si custodes non erunt felices:qui tandem alij?nō enim ar
tifices quidē/neq; multitudo sordidorum.Illa igitur respublica de qua Socrates locutus
est.has continet difficultates/& alias his non minores.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

VT communitatem natorum ac mulierum refutauit superiore capite Aristoteles:eque &
hic facultatum rerumq; cōmunitatem. primam questionē huiusmodi proponens. vtrū 6
si nati & mulieres separatim sint/ quemadmodum nunc sunt passim: prestet tamen atq;
melius sit rerum esse cōmunitatem/ & cōmunes rerum vsus. id est vtrum prestet fundos
ꝓprios esse/ & fructus in cōmune ferendos:an cōtra fundos cōmunes esse cōmuniterq; coli/ & fru-
ctus partiri in vsus ꝓprios/an vtrosq; & fundos & fructus esse cōmunes. ❡ Ostendit nō cōducere
vllo dictorum modorum:reꝝ/facultatum/possessionumue esse cōmunionem.Primo. Quia rerum
cōmunitas:facilior esset si alij essent agricole/& nō de cōmunitate.veꝝ cum nunc ipsi/ sibi laborē-
tes ipse si cōes erunt/ plurimas afferent difficultates.nā si ipsi & vtēdo & laborādo non fuerint pa-
res/tantūq; percipiāt/quantū laborauerint:incusationes & querele orientur ab ijs qui minus consu
ment & multū laborant/cōtra eos qui multis vtuntur cōsumūtq; multa/parum vero laborant. ❡ Se
cundo.Quia omnino cōuictus & rerum quarūcūq; humanarum cōmunitas:difficilis est vel maxi-
me talibus/quorum nōnulli multū laborāt/alij autem aut parum aut nichil.qđ manifeste declarant
eorum societates/qui vna peregrinant:quoꝝ pleriq; inter se dissident de calceolis/ minutisq; rebus
offensi.& nos etiā ministris illis plurimū succensere solemus:quibus maxime ad ancillarem famula
tum vtimur.tanto magis igitur illi ad rerum omnium cōmunionē dissidebūt:quoꝝ alij multū labo-
rabūt/& alij non.cōmunes igitur habere res. has cōtinet difficultates.❡ Tertio.Quia facultatibus
eo se modo habētibus quo nunc/ si insuper moribus & rectaꝝ legum moderatione ornētur: nō pa
rum id ab illa facultatum cōmunitate differet.nam hoꝝ vtriusq;/& ꝙ res sint cōmunes/& ꝙ pro-
prie:cōmoda retinebit.expedit nanq; omnino vt res sint proprie:sed quodāmodo cōmunes.nā cū
res erunt ꝓprie:cure diuerse/incusationes & querelas inuicē non parient/quinimo ꝓficient/ vtpote
vnoquoq; ad ꝓprium sedulo incumbēte: sed cum accesserit huiusmodi morum & rectarum legū
institutio:tunc ob virtutē erunt omnia ad vsum(vt est in adagio)amicoꝝ cōmunia. ❡ Quarto.Ne
id putetur impossibile:est etiā nūc in quibusdam ciuitatibus hoc modo subfiguratum. & ꝑcipue in
ijs que bene gubernantur:aliqua q̄ diximus insunt/& aliqua inesse possunt.nam in huiusmodi ciui-
tatibus/ ꝓpria vnusquisq; possidens: quedam facit vtilia amicis/quibusdam vero vtuntur cōmuni-
bus.ceu in Lacedemone:seruis vtuntur vicissim/ac si essent(vt ita dicā)cuiusq; ꝓprij.& ꝑterea eqs
& canibus:si forte in via/aut per regionem in agris/quispiā eguerit.patet igitur prestare res ꝓprias
esse:sed amicitia & charitate illarum vsus cōmunes facere.veꝝ quopacto id fiat: legislatoris proui
dere ꝓprium opus:atq; officium est.❡ Quinto.Dictu sane haud facile fuerit: quantū intersit ad vo-
luptatem cōsiderare quippiā esse ꝓprium sui.neq; enim frustra:quisq; ad seipsum amicitiam gerit
(est vero id naturale)quare & ad sua.Sed dices cur igitur amator sui reprehēditur? prōpta est respō
sio:quę adhibeatur.nā cū amator sui iuste reprehenditur nō id reprehēdit ꝙ se amat/sed ꝙ magis q̄ opor-
tet se amat/ quēadmodū & amator pecuniaꝝ.nā omnes (vt ita dicā) talia amant ❡ Sexto.Enim-
uero elargiri & opem ferre amicis/aut hospitibus/aut sodalibus/delectabilissimum est.id autem fit:
si ꝓprie facultates assint.non autem contingat illis qui facultatū omnium cōmunionem inducunt:
& qui nimis vnam ciuitatem efficiunt:nō expedit igitur facultates atq; res ee que possidentur: om
nibus esse cōmunes. ❡ Septimo.Preter hec que dicta sunt: qui mulierum & facultatum cōmunio-
nem inducere moliuntur/duarū virtutum opera manifeste tollere videntur /temperantie videlicet
& liberalitatis:temperantię quidem erga mulieres alienas.nam ab ea que ꝓpria non est: honesta-
tis opus est/sese ob temperantiā cōtinere.liberalitatis vero circa facultates/reiq; possessas.qui enim
fiat vt liberalis appareat/liberalemue operationem faciat vllam?nam in vsu earum rerum quas ipsi
possidemus:liberalitatis opus situm est.huiusmodi ergo legis positio facietenus est apparens / & q̄
possit humana videri.audiens autem spōtaneus alacerq; suscipit: ratus fore admirabilem quādam
amicitiam omniū ad oēs/tum maxime cū quis incōmodat accusat reꝝ pubblicaꝝ nūc ea ꝓueniē-
tia de causa/ꝙ non cōmunes sint omnium facultates. ceu litium contestationes super contractibus
ex falsis testibus iudicia/assentationes erga diuites/& id genus talia. Verum agnosci operepreciuim
est:nichil horum ꝓpter proprietatem euenire/sed ꝓpter improbitatem.cum etiam ij qui res in cō

muni habent/quiq; rerum cōmunione/vtuntur:multomagis inter se dissidere videamus/ q̄ eos qui separatim possident. videmus etiam eos qui in pauco numero sunt/res in communi habētes: disceptantes aduersus multos/ꝓprias congerentes facultates. ¶ Octauo. Equum ꝑterea erat referre nō solum quantis malis priuabunt/ si cōmunitatem reꝝ habebunt: verūetiam quantis priuabant bonis. videtur certe omnino impossibilis illa vita: & causam huius erroris /suppositionem non rectam putandum est Socrati fuisse. nam oportet quodāmodo vnam esse ciuitatem/& domum vnam: sed non penitus & maxime vnam/vt putabat Socrates. nam est quo si ꝓcedat: nō erit amplius (ceu dictum est) ciuitas est etiam quo si ꝓcedat/erit propemodum/vt non sit ciuitas/iam deterior ciuitas. veluti si quis faciat concentū vnisonum/& carmen pedem vnum. sed oportet cum sit multitudo: ꝑ mores/& rectarum legum institutionem (vt dictum iam est) cōmunem & vnam efficere. eum porro qui moderande ciuitatis disciplinā sit accepturus/& arbitrātem per eam ciuitatem fore studiosam: absurdum est per talia quedam qualia sunt ea que circa possessiones sunt in Lacedemone/& commessationes in Creta (quaꝝ legislator communionē induxit) arbitrati ciuitatem dirigendam/ac nō potius per mores/per philosophiam (& per leges. ¶ Nouo. Quia id minime latere debet/ ad rectā gubernande ciuitatis disciplinam: oportere inspicere ad longinquum tempus & plurimos ānos/in quibus nequaq̄ lateat recte ne se habuerint an secus. nā ferme omnia sunt adinuenta: sed quędam non inducta/alia vero a peritis refutata. quam quidē rem Socratem minime fecisse cōstat. quod vel maxime apparet: si quis per opera huiusmodi constitutam rempublicam inspiciat. non enim poterit Socrates ciuitatem cōstituere: nisi separet illa atq; distinguat/hec in commessationes/ ista in fratrueles/illa vero in tribus. quare si inspicitur: continget nihil aliud Socratica lege ꝓuisum esse/nisi vt custodes agrum non colant. quod & nunc facere tentant Lacedemonij. ¶ Decimo. Quia quis modus futurus sit totius ciuitatis/illis quidem in omnium rerum communicatione degētibus: neq; Socrates dixit/neq; dictu facile est. & omisit q̄plurima. nam tametsi ciuitatis ferme multitudo diuersorum ciuium sit multitudo de illis ab eo nichil discussum est. vtrum scilicet agricolis communes esse oportet facultates/an cuiq; eorum ꝓprias: vtrum etiā agricolarum mulieres & pueros communes esse oportet/an ꝓprios: nam si eodem modo cōmunia erunt omnia agricolis omnibus: quid different hi ab illis custodibus: vel quid amplius erit ijs qui eorum tenent imperium/ vel quam ob causam eorum imperium tenebunt/ nisi forsitan aliquid tale machinentur: quale Cretenses. illi nanq; cetera omnia seruis permittebant: sola vero gymnasia illis vetabant/armorumq; possessionem. ꝙ si eo modo quo & in alijs ciuitatibus similia erunt & in Socratis republica: quis modus erit communitatis/quonāue modo erit communitas/ nam necesse iam est/duas esse ciuitates in vna ciuitate: & eas inter sese esse contrarias. nam facit alios custodes quasi in munitione: alios autem agricolas/artifices/& reliquos ciues. & reuera lites/incusationes/iudicia & quecq; alia mala alijs ciuitatibus ꝓuenire dicit Socrates: omnia & istis euenient/ tametsi dicat Socrates fore vt non multum legibus indigent propter disciplinam. legibus dico circa res vrbanas & circa forum & alia hmōi tribuens solum custodibus disciplinam. preterea dominos facit rerum suarum agricolas/ & tollere ꝑmittit. aut multo verisimilius est eos fore insolentes & elatos: magis q̄ serui quidā apud nōnullos: quos apꝑellāt ειλωτειαν πενεστειαν και δουλιαν ita a versione/pauꝑtate/& seruitute dictos. ¶ Vndecimo. quia nichil nunc determinatum cōperitur a Socrate: an que pauloante dicta sunt/ custodibus & ceteris ciuibus vt agricolis & artificibus/necessaria similiter sint an secus. neq; que consequenter eoꝝ ciuilis esset administratio. que disciplina/& que leges. neq; sane facile cōpertu est/neq; parui momenti res pondus habens: quales agricolas: artifices: reliquosq;: ciues esse oportet/vt custodum conseruet communitas. At dicet forsitan quispiam: agricolarum mulieres faciet Socrates communes/ facultates vero ꝓprias. sed tunc quis curam geret rei domestice: vt curam gerunt agriculture viri/ Et illud idem accidat etiam: si agricolarum communes sint & facultates & mulieres. ¶ Duodecimo. Quia etiam absurdum est Socratem ex bestijs sumere similitudinem: ꝙ eadem efficere conueniat mulieres que & viros decet. quādoquidem ad bestias nequaq̄ rei domestice cura attinet. ¶ Tertiodecimo. Quia insuper periculosa est magistratuum constitutio: quā Socrates facit. nam facit vt semper sint ijdem qui magistratum gerant: verum id seditionis est causa: etiam apud illos qui nulla dignitate/nullaq; prediti sunt excellentia. quid igitur erit apud bellicosos & animosos viros/ At vero ꝙ necessarium sit Socratem semper eosdem facere in magistratus administrent: perspicuum est. nam non modo horum & modo aliorum miscetur animis diuinum illud aurum: sed semper eisdē. inq̄t autem quibusdam statim ab ipso ortus exordio: aurum misceri: quibusdam argētum: es vero & ferrum ijs qui & artifices futuri sunt & agricole. ¶ Quartodecimo. Quia cum a custodibus felicitatē

auferat: vtpote a quibus aufert cōiuges ꝓprias/ ꝓpriosq; liberos & facultatum proprietatem: quæ virtutum ſunt organa: nichiloſecius dicit oportere legiſlatorem facere totam ciuitatem beatam atqui impoſſibile eſt totam ciuitatem beatam eſſe ac felicem: niſi aut omnes: aut plurime aut alique eius partes habeant felicitatem. non enim eorūdem eſt felicitas: quorum & integrum eamq; ſubiēs rationem. nam fieri poteſt vt integrum toti conueniat: cum tamē nulli cōueniat partium. quod ita de felicitate non eſt. at vero ſi cuſtodes felices non erunt: quinam tandem alij? non enim artifices: & vilis reliqua multitudo. pars igit̃ nulla beata. quare neq; tota beata. hec itaq; respublica de q̄ Socrates locutus eſt: has continet difficultates & alias his etiam non inferiores.

¶ ANNOTATIONES AD DAP. TERTIVM.

O Portet enim omnino vt res ſint ꝓprie. Q; expediat omnino res eſſe ꝓprias: ſic antique leges que a deo Moſi mandate ſunt continent. mandauit enim omnia per ſortes eſſe diſtribuenda vt libri ſacri declarant. ¶ Sed cum amator ſui reprehenditur iuſte. de amatore ſui Cap. octauo noni Ethicorum dictum eſt abūde: & quis amator ſui iure carpendus & vituperationi ſubiaceat obnoxius: & quis non. ¶ Partim in partes tribuum: partim in tribus. vbi ponitur hic partes tribuū: erat prius genera: obſcurius ſane in re verbum. verum Ariſtoteles habet φρατρίασ de qua dictione greci ἐστὶ δὲ φρατρία κυρίωσ τὸ τρίτον μέροσ τῆσ φυλῆσ. id eſt. eſt autem phratria proprie tertia pars tribus. ad quam exprimendam: cum non facile ſuccurrat vocabulum latinum: partes tribuum appoſuimus. ¶ Niſi vt cuſtodes agrum non colant. Cuſtodes appellabat Socrates: qui in re militari exercitati vrbem & regionem incolētes: & arma tenentes vrbis & regionis: deputati eſſent cuſtodię. ¶ Solum illis gymnaſia vetuerunt. Gymnaſium exercitationis locus: & in diſciplinis & in militaribus exertitijs. quomodo dicere ſolent tria Athenis fuiſſe gymnaſia: Achademiam: Lycion. Cynoſarges. ¶ Ilotias: peneſias: dulias: Lacedemonij eos quoq; regiones oppida ciuitates bello ſuperabāt: aut in deditionem accipiebāt: habebant ꝓ ſeruis. & huiuſmodi ſeruorum genus. εἵλωτασ καὶ εἱλωτείασ apppellabant. id eſt Ilotes & Ilotias. Et ſimilimodo ſuos aut ſuperatos aut deditios. Theſſali πενέστασ & Cretenſes ſuos δούλουσ appellabāt. vt & de ijs adhuc in principio capitis ſeptimi huius cognoſcetur. Plutarchus in vita Lycurgi Ilotes nominat: & alij hiſtorici (vt res eorum exigit) horum faciunt mentionem. ¶ Abſurdum eſt etiam ex be-

Socrates.

Tria Athenieſium gymnaſia.

Plutarchus.
Lycurgus.
Socrates.
Glauco.

ſtijs facere ſimilitudinem. In quinto de republica: de quo ſupra ſepe Socrates Glauconem interrogat. Vtrum inter canes gregis: cuſtodes feminas ipſas cenſemus vna eademq; cuſtodire debere: q̄ & mares & vna venari: ac cetera omnia communiter facere? an feminas quidem intus quaſi domeſticas aſſeruare: tanq̄ ad forentia opera impotentes ꝓpter ipſum catulorum partum & nutrimentū maſculos autem laborem ſubire omnemq; armēti curam gerere? Communiter his omia tribuimus Fieri ne poteſt vt animali aliquo ad eadem vtaris: niſi eadem ratione nutriueris erudierisq;? Nullomodo. Si ergo feminis ad eadem vtemur ac viris: in eiſdem erudire decet. Certe. Muſica autem & gymnaſica viros in ſuperioribus erudiuimus. Sane. Mulieribus igitur artes he ſimiliter: & res bellice tribuēde ſunt ad eademq; vti his decet. hec michi Socrates & pleriſq; alijs in locis: hanc ex beſtijs & pręſertim canibus inducit ſimilitudinem. ¶ Diuinum illud aurum. In tertio de republica Socrates de magiſtratibus differit & de illo diuino: at fabuloſo auro: circa finem inquit. eſtis vtiq; oēs in ciuitate tanq̄ fratres. ſed cum deus vos formaret: quicunq; veſtrum ad imperandum idonei nati ſunt aurum in eorum generatione ipſis admiſcuit ꝓpter quod honoratiſſimi ſunt. illis autem qui ad auxiliandum: argentum indidit. ferrum deniq; atq; es agricolis: & alijs opificibus. ¶ Non enim eorūdem eſt felicitas: quorum eſt integrum. Non eſt felicitas eandem ſubiens rationem: quā & integrum. nam integrum ſoli toti conuenit: nulli autem partiū. totum enim duntaxat integrum & nulla partium integrum. at totam ciuitatem felicem eſſe: & nullam partium eſſe felicem: impoſſibile eſt. & quod antiqua trāſlatio & ea que eſt leonardi (vbi integrum poſuimus) par habeant hoc fecit vocabuli ἄρτιον (quod gręcę habetur) duplicitas: quod nunc par nunc integrum ſignificat: integrum autem & intelligentie & analoge quadrat par vero orationem reddit haud intelligibilem.

Leonardus

¶ De republica Platonis/ que & Socratis ſecunda reſpublica dicitur. Cap. IIII.

Socratis ſcđa reſpublica.

Socrates.

8 S Erme autem ſimiliter circa leges quoq; ſe habet poſtea ſcriptas. quapropter & de illa hic reſpublice pte: cogitare parū/ melius erit. ¶ Eteni in republica de pau-
6 cis admodum determinauit Socrates: vt de mulierum & natorum communitate/ & de rebus poſſeſſis/ & de inſtitutione reſpublice. Diuiſit enim ī partes duas multitudinem habitantium: in agricolas & propulſatores belli. tertiam ex iis fecit: qui cō

sultant & deliberant: & in quibus summa reipublice consistit authoritas. agricole vero &
artifices vtrū nullius magistratus an alicuius participes sint/ & vtrū arma possidere debe
ant/ & vna pugnare an secus: de his nichil determinauit Socrates/ sed mulieres vna cen
set pugnare debere/ ac disciplinā habere eandē quā custodes. cætera vero extraneis pegit
10 sermonibus: & disciplinam custodum qualē esse illam oportet. ¶ Legum autē maxima
quidē pars leges existunt. pauca vero de republica dixit quam cū pergit cōmuniorē face
re ciuitatibus: paulatim circūagit in aliam rēpublicā. ¶ Præter communitatē enim mu
lierū & rerū possessarū: cætera eadē vtrisq; attribuit rebuspublicis. nam & disciplinā eādē
& q obstineant viuere ab operibus necessariis. Et de comessationibus eodē modo. Præ
terq̄ q in illa existimat mulierū quoq; comessationes esse debere/ atq; easdē mille habē
tiū arma: hāc vero/ quinq; miliū. supfluū ergo quiddā & facere captiosum/ & nouū & ex
ploratoriū oēs Socratis habēt sermones. sed cuncta recte forsitan difficile: qm̄ & de mul
titudine illa de qua nūc dicebat (latere id minime decet) quia babylonia aut quadā alia in
finita regione indigebit tāta multitudo/ ex qua ociosorū quinq; milia cū mulierū ac mi
nistrantium multiplici turba alantur. suppositiones quidē ad optionē faciēde: non tamen
impossibiles. ¶ Dicitur aūt debere legislatorē ad duo respicere in ferēda lege: ad regionē
& hoies: addēdum est etiā & ad vicina loca/ si oportet ciuiliter viuere ciuitatē. non solū Babylonia.
enim necessariū est ipsam talibus vti ad bellū armis/ quæ vtilia sint in sua regione: verū
etiā que in aliena. q si quis hmōi nō recipit vitā/ neq; priuatā neq; publicā ciuitatis: ni
chilominus tamē oportet terribilē esse hostibus/ nō venietibus modo in regionē/ verū
etiā abeuntibus. ¶ De modo quoq; rerū possidēdarum vidēdum est: ne forsan melius sit modice
aliter diffinire & clarius. Tātas iquit possidere oportet: vt modice viuatur. peride ac si qs modeste.
dicat vt bn̄ viuatur. verum hoc est nimis generale. & est modice viuere erūnose tamē. at
melius est dicere modice & liberaliter. separatim enī vtrūq;: alterum luxuriæ accōmoda
bitur alterum difficultati. cū soli hmōi habitus virtutes sint circa vsū facultatū nrarū (vt
patrimonio māsuete vel fortiter vti non dicimur at modice & liberaliter dicimur) eā ob
rē necessariū est circa illud istas versari virtutes. ¶ Absurdum quoq; est cū facultates ade
quauerit: de ciuiū multitudine nichil disponere/ sed indefinitā relinquere filiorum pcrea
tionē/ quasi sufficientes equatam propt sterilitates quotquot nasci cōtingat. quod videt
nunc quoq; euenire in ciuitatibus. sed opus est aliā certitudinē tūc hoc habeat circa ciui
tates q̄ nunc. nā nūc quidē nemo dubitat: ex eo q diuise sunt facultates in quātacūq; mul
titudine: tunc vero cū sint indiuise: necessariū erit adiuges nichil habere/ siue pauciores
sint multitudine siue plures. Magis aūt existimauerit quis oportere determinatū esse mo
dū pcreandorū filiorum q̄ facultatū: vt nūero quodā & nō plures q̄ determinatū sit pcreā
tur. & numerus diffiniēdus est/ respectu habito ad fortunas si contingat decedere aliquos Phidon.
natorum: & ad defectū procreādi cæterorum. ¶ Prætermittere aūt id vt in plerisq; ciuita
tibus: necesse est egestatis causa sit ciuibus. egestas vero seditiōes & maleficia parit. itaq;
Phidon corinthius/ vnus ex vetustissimis legūlatoribus: familias cēsuit equales pmane
re debere/ & ciuiū multitudinē/ q̄uis forte distributiones prius habuissent oēs inequales
secundum magnitudinē. at in his legibus cōtrarium est. Verū de his quēadmodū statuē
dum putemus melius se habere: postea erit dicendū. ¶ Omissa sunt etiam in his legibus
ea que ad magistratus pertinēt: quēadmodum differant præsides a subiectis. Inquit enim
oportere quēadmodum ex alio/ lane filum ducitur q̄ lini. sic & eos qui præsunt/ se habe
re debere ad eos qui subsunt. ¶ Cum vero totā substantiā augeri dixerit vsq; ad quincu
plū: quare hoc vtiq; nō erit in regione vsq; ad aliquid? ¶ Videdū est etiā ne edificiorū di
uisio nō prosit ad rē familiarem. duas enim cuiq; domos attribuit separatim diuidens. at
difficile est duas habitare domos. ¶ Tota vero constitutio apparet esse neq; popularis sta
tus/ neq; paucorum potētia: sed horum media quā vocant rēpublicam. est enim ex iis qui
arma ferunt. si igitur vt cōmunissimā omniū aliarū ciuitatum hanc constituit rempubli
cam: recte forsitan dixit. sin vt optimam post primam rempublicam: non recte. ¶ Forsan
11 enim Lacedemoniorum rempublicam quis magis probabit (vel aliam quandam/ ma
gis optimatium. sunt qui dicant optimam rempublicam ex omni genere gubernationū

admixtam esse debere:atq; ob id Lacedemoniorum laudant rempublicam.constare qui-
dem illam ex paucorum potentia/itē ex vno principe/populariq; statu affirmāt:dicentes
regnum vnius esse gubernationē/senatū vero paucorū potentiam/ephoros autē statum
popularē/quoniā ephori ipsi e populo sumuntur. alii ephoriam quidē tyrānidē putāt: sed
populariter regi per cōmessationes/& aliū quotidianum victum.Sed i his legibus dictū
est optimam rēpublicam ex populari statu cōstare debere ac tyrānide:quas aut non repo-
nat quis omnino inter species rerumpublicarum/aut determinas omnium esse fateatur.
melius ergo dicunt:qui plures commiscent:nam que ex pluribus constat respublica:me-
lior est.¶Deinde nichil videtur habere ex vnius gubernatione/sed ex paucorum poten-
tia ac populari statu.verum ad paucorum potētiam inclinare magis.quod patet ex magi-
stratuum creatione.nam ꝙ ex delectis sortitio fiat:cōmune est vtriq;.sed ꝙ necesse sit di-
tiores concionem habere/& magistratus creare/vel aliud quippiam huiusmodi publi-
corum negociorum facere/alios vero preteriri:id paucorum potētie est. Insuper conari
vt plures ex diuitibus ad dignitates sumantur/& ad maximas quidem ex maximo cēsu:
paucorum potentie est/& consiliariorum delectio.deliguntur enim cuncti ex necessitate
sed ex primo censu:postea totidē ex secundo/postea ex tertio. verū non omnibus neces-
se erat iis qui ex tertio vel quarto. ex quarto autē & quartis/solis necesse est primis & se-
cundis.postea ex his equalem a singulis cēsibus numerum esse monstrandū inquit. erūt
itaq; plures & potentiores qui ex maximo censu sumuntur.quare necesse non est. quod
igitur ex populari statu ac vnius principatu non cōstabit huiusmodi respublica ex his pa-
tet:atq; ex iis que postea dicturi sumus cum de ea specie reipublice tractabimus.¶Habet
etiā circa magistratuum creationē ꝙ ex delectis deligi possint:quippiam periculosum.nā
si aliqui conspirare velint etiam mediocri numero:semper secundum horū voluntatem
fiet electio.In legibus igitur res illa publica/ita se habet.

¶QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

POsteaq̄ mōstrauit rempublicam Socratis(que decem libris apud Platonem/qui de re
publica inscribuntur:comprehenditur)infirmam esse & inualidam/& plurima contine 8
re incommoda:subinde monstrare intēdit/eā insufficientem: quam Plato in quinto de
legibus scripsit.quę non minus intelligitur fuisse de mente Socratis. verum quę impro-
bata est prima & optima a Platone censetur & Socrate:de qua vero futurus paulopost
sermo est/ secunda respublica appellatur. Adijcit igitur cōsimilia fere circa leges/ quas
postea Plato scripsit:contineri.quare cōmodius videtur hic parūper illius reipublice consideratio-
ni insistere.¶Narrat Socratem de paucis admodum determinasse:vt de mulierum & natorū com
munitate/ciuiū facultatibus/& institutione sue reipublice.instituit enim eā multitudinē habitantiū: 9
in duas partes secādo in agricolas scilicet & ꝓpulsatores:tertiam ex ꝓpulsatoribus cōflat quę con-
sulteret & deliberet & in qua summa sit reipublice authoritas atq; ciuitatis dominium.at vero vtrū
agricole & artifices nullius magistratus/an alicuius participes sint/& an arma possidere debeāt/ an-
secus nihil determinauit Socrates.sed id censuit:mulieres vna cum custodibus debere pugnare:&
disciplinam eandem quam & custodes habere debere.cętera satis extraneis/parumq; accommoda
tis/oppleuit sermonibus:& quę nā esse debeat custodū disciplina.¶Narrat insuper de ea republica
quam Plato scripsit in legibus:eamq; in plerisq; deficere coarguit.¶Primo.Quia librorum legum 10
maxima pars leges existunt & pauca de republica illic differit.sed cum vult rempublicam cōmunio
rem q̄ deceat ciuitates/facere:in quādam nouā alienam circūagit rempublicā.¶Secūdo.Quia cę-
tera eadē vtriq; reipublice insunt:preter cōmunitatē mulierum & facultatū/quę in prima & in secū-
da aliter disponuntur.nam vtriq; disciplina eadem est ꝙq; ciues custodesq; vrbis a necessarijs ope
ribus/ceu opificijs & agricultura abstineāt/& de cōmessationibus eodem modo. verumtamē in pri
ma republica:existimat mulierū cōuiuia esse debere/& rempublicam eandem.qui arma teneāt: mil
le possidere in secunda vero:ponit quinq; milia eorū/qui arma possideant:superfluum igitur quid-
dam versutum nouum/& exploratorium habent omnes Socratis sermones.atq; ꝙ recte cuncta se
habeant:id forsan difficile.quia minime latere decet pro dicta multitudine/opus esse aut babylonia
aut alia quadam intermina regione.qua tanta multitudo nutriatur:quinq; millium inquam ocioso-
rum/cum mulierum ac famulantium alia longe ingentiore caterua.suppositiones enim & si ad vo-

tum ſint faciende:non tamen faciende impoſſibiles. Tertio. Quia dicit legiſlatorem in lege ferēda
ad duo reſpicere:ad regionem videlicet & homines: verum adcēdum etiam eſt & ad vicina loca:
ſi debeat ciuitas vitam degere ciuilem.nam non ſolum neceſſarium eſt ipſam talibus ad bellum vti
armoꝝ prēſidijs: quę ſua in regione ſunt vtilia verū etiam & quę in aliena: Et q̄uis nulla ciuili vita
viuerēt:aut ꝓpria poſſidēdo aut rerum cōmunionē tenēdo:nichilominus oportet ſe terribiles ꝑbe-
re hoſtibus:nō ſolū in regionē venientibus:verūetiā & abeūtibus. ❡ Quarto. Quia non ſans aperte
circa poſſeſſiones eſt definitū.nā inquit tantas eſſe oportere:vt modice viuat:ꝑinde ac ſi quis dicat
vt bn̄ viuat.id enim nimis gn̄aliter dictū eſt.nā modice tēperateq; viuere eſt:erūnoſe tamē.verum
ſatius eſt vt dicatur:modice & liberaliter ſimul nam ſi ſeparatim dicas vt viuatur liberaliter.id luxui
accōmodabit.ſi vt modice:& id quoq; penurie calamitoſeq; vite. Cęterū cū ſoli habitus hi/virtutes
ſint circa vſum noſtraꝝ facultatū (nā patrimonio māſuete aut fortiter vti nō dicimur:at modice li-
beraliterq; dicimur) iccirco neceſſariū eſt circa patrimoniū/ noſtrarūq; facultatūq; vſū has virtutes
verſari/expediteq; tātas opes poſſidere vt & tēperate & liberaliter viuatur. ❡ Quinto. Quia abſur
dū eſt cū in ſecūda republica/Socrates ciuiū facultates adequet:de ciuiū multitudine nō diſpone-
re/ſed indefinitā relinquere filioꝝ ꝓcreationē/ quaſi ſufficiēter equatā ꝓpter ſterilitates quotquot
naſci cōtigerit/quia id videat̄ nunc in ciuitatibus cōtingere.veꝝ oportet tunc & nūc aliā circa ciui
tates habere certitudinē. nā nūc nulla ſuborit̄ ambiguitas.quia nō equant̄: ſed partiunt̄ facultates
in quantacūq; multitudine.tūc vero cū facultates equate ſunt & indiuiſe:neceſſe eſt eos q adiungē
tur/nichil habere ſiue pauci ſiue nūero multi ſint.veꝝ operepreciū magis quiſpiā dixerit/ oportere
determinatum eſſe modū procreandoꝝ filioꝝ q̄ facultatū:vt numero quodā & nō plures q̄ defini
tū ſit ꝓcreentur. & numerum illū definire:ratione habita ad fortunas/ ad decedētes/ ſi quos nato-
rū decedere cōtingat/ & ad alioꝝ ſterilitates.id ſane ꝑtermittere (vt i pleriſq; ciuitatibus) vt egeſta-
tis ciuibus cauſa ſit neceſſe eſt.egeſtas vero ſeditiones/ flagitiaq; parit. quare Phidon chorinthius
vnus ex vetuſtiſſimis legūlatoribus:familias ęquales ꝑmanere cēſuit/& equalē ciuiū multitudinem
tametſi forte deſtributas facultates/prius inequales multitudine/optinuiſſent oēs .at in ijs quas Pla
to ſcripſit legibus:cōtrarium reperitur.veꝝ de his quēadmodū ſtatuēdū melius eſſe arbitrabimur:
poſterior habēdus eſt ſermo. ❡ Sexto. Quia in illis legibus/omiſſa ſunt nōnulla:q̄ ad magiſtratus
ꝑtinent/inſufficiēter diſcuſſa.ceu quemadmodum differāt ꝑſides a ſubiectis. inquit enim oportere
quēadmodum ex alio lane filū ducit̄ q̄ lini:ſic eos qui ꝑſunt/ſe habere debere ad ſubiectos. ❡ Sep-
timo. Quia cū totam ſubſtantiam augere poſſe dixerit vſq; ad quincuplū: cur etiam & in terra vſq;
ad aliquid nō admittet̄? ❡ Octauo. Quia partitio edificioꝝ non ſatis accōmoda rei familiari videt̄
nam cuiq; duas domos ſeparatas attribuit.atqui difficile eſt duas habitare domos. ❡ Nono. Quia
neq; tota eſſe videt̄ popularis gubernatio:neq; tota paucoꝝ potēria: ſed hoꝝ media nō nihil vtri-
uſq; participans.quare ſi vt cōmuniſſimā cęterarū ciuitatū/ſuam Socrates conſtituere intēdit rēpu-
blicam recte forſitā dixerit:ſin vt optimam (ceu volebat) poſt primā id non recte. ❡ Decimo. Quia
forſan quiſpiā magis Lacedemoniorum rempublicā laudauerit:aut aliā quālibet:q̄ magis ſit opti-
matiū.enimuero ſunt qui dicant optimā rempublicā ex omni gubernationū genere intēperatā eſſe
oportere.atq; eam ob cām Lacedemoniorum laudāt rēpublicam:eamq; huiuſmodi eſſe/& conſta
re ex paucoꝝ potentia ex principatu vnius/atq; ex populari ſtatu illā aſtruūt. inquientes in repu-
blica Lacedemonioꝝ regnum vnius eſſe gubernationē/ſenatum vero paucoꝝ potentiā/& ephoriā
ſtatum eſſe popularē.qm̄ ephori deſumantur e populo alij ephororū potentiam tyrannidē eſſe pu-
tant:ſed ob cōmeſſationes & aliū quotidianum victū:populariter regi. atq; in ijs quas Plato ſcripſit
legibus:dictum eſt optimam rempublicā ex populari ſtatu conſtare debere atq; tyrānide.que om-
nino aut non ſunt reponēde inter rerū publicarum ſpecies :aut omniū deterrime ſunt cenſende.ra-
tionabilius igitur loquuntur/qui plures reſpublicas intēperant ac miſcent: vt in Lacedemonica. nā
quę ex pluribus conſtat rebuſpublicis: melior reſpublica eſt ea quę ex tyrannide & ſtatu populari.
❡ Vndecimo. Quia ſecunda res illa publica/ nichil habere videtur ex vnius gubernatione/ ſed ex
paucorum potentia ac populari ſtatu.ſed magis ad paucorum potētiam deuergere/ quam poſt illā
primam arbitratur optimam.male igitur etiam aſſerat optimam rēpublicam:ex tyrannide conſtare
atq; populari ſtatu.ꝙ vero ex paucorum potentia & ex populari ſtatu cōſtet/ſed magis inclinetur
deuergatq; ad paucorum potētiam:exploratum eſſe poteſt ex magiſtratuum creatione.nam ꝙ ex
delectis ſortitio fiat:vtriq;/& paucorum & populi potētie commune eſt.veꝝ ꝙ neceſſe ſit ditiores
contionē habere/& magiſtratus creare aut quippiam aliud huiuſmodi publicorum negociorum fa
cere/ & alios omitti: paucorum potentię eſt. & tentare vt plures ex diuitibus magiſtratus gerant/

& maximos ex maximo censu:paucorum etiam potentie est.& cōsilij electio.eliguntur eni necessa
rio ex omni censu:sed primum ex primo censu postea totidem ex secundo/ deinde ex tertio. verū
non omnibus necessarios esse dicit. tertios aut quartos.sed ex quarto censu quiq; quarto sunt loco:
necessarios esse primis & secundis/eorumq; electioni subinde ex ijs equalem a singulis cēsibus nu
merum monstrandū esse dicit.quare si ex primo censu primos eligunt quiq; ex tertio & quarto etiā
eos ex primo censu eligant:plures erunt & potentiores qui ex maximo cēsu deligūtur. quapropter
id minime necessarium ita fieri manifestum igitur ex his est: ex populari statu & vnius principatu
non constare huiusmodi rēpublicam/atq; amplius ex ijs quę postea dicturi sumus(cum de ea spe
cie reipublice tractabimus)dilucebit/sed magis constare ex populari & paucorum potētia ad pau
corum potentiam se magis inclinantem.¶ Duodecimo. Quia circa magistratuum creationem/ꝙ
videlicet ex ijs qui electi sunt eligi possint:rē cōtinet periculosam.nā si aliqui cōspirare velint/& iā in
Aristoteles pauco nūero.scđm eoꝝ voluntatē absoluetur electio.sic igitur in legibus illis:respublica se habet.

Plato. ¶ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.



Erme autem similiter circa leges.In quinto de legibus:rempublicam Socraticam(quem
paulo ante ab Aristotele reprobatam audiuimus) approbat Plato Certe inquit in hoc p̄
cipue virtutis erit terminus/quo nullus poni rectior poterit:si alicubi aut fit istud/aut vnq̄
fiet/vt cōmunes mulieres sint/ cōmunes & liberi/ communis quoq; omnis pecunia: om
niq; studio quod proprium dicitur/vndiq; e vita remotum sit.vsq;adeo vt ea etiam que sunt singu
lis propria/vt oculi aures/manus:communia fiant.vt cōmunem in vsum cernere audire & agere vi
deantur:laudentq; & vituperent eadem similiter omnes eisdemq; rebus gaudentes/eisdemq; dolē
tes ac deniq; pro viribus sub ijs legibus viuant.que vnam q̄maxime ciuitatem efficiūt. talem vtiq;
ciuitatem siue dij alicubi siue deorum filij vno plures habitent:ita viuentes eamq; seruantes omni
certe gaudio referti viuūt.hęc prima ciuitas.& hęc & tā bella de hac prima & optima(vt autumat)
Mahumetes Socratica republica scripsit Plato: vt Mahumetes illic videatur sui fingendi paradysi desumpsisse
materiam/illamq; Arabibus tradidisse & agarenis.ꝓinde hęc illi q̄ christiani libentius audiūt Neq;
hic gētes forsitan libenter audijssent Platonem.vt qui ne Iunon quidem Ioui ꝓpriam relinquebat.
¶ Cętera vero extraneis peregit sermonibus.Cum in quinto de republica dixisset:easdem fore de 9
bere disciplinas in musica/Gymnastica & ceteris artibus tam viris q̄ mulieribus:& nudas cum vetu
las tum iuuenes viris concurrere:& in palestram descendere:in bello communicare:communes om
nes communes itidem habere debere edes: de pueris coronatione osculis de honoribus vita fun
ctis decemēdis/quo pacto in Gręcos& Barbaros arma exercenda:subinde sue reipublice guberna
Plato. tores philosophos esse vult.qui ex cōtemplatione idee:euadāt consumati.& extraneis de idea om
Socrates. nia implet sermonibus: vt licet facile intueri/ quintum percurrentibus librum. quin & in sexto ea
Hospes dem continuat: & in reliquis q̄plurima miscet extranea. ¶ Omnes Socratis habēt sermones. Res 10
Clinitas. publica cuius leges ponuntur in libris de legibus Platonis:respublica Socratis secūda dicitur. Et ho
Megillus. spitem Atheniensem/qui nunc cum Clinia Cretēsi nunc vero cum Megillo Lacedemonio differit:
Aristoteles. interpretatur Aristoteles Socratem alij vero interpretari solent Platonē.verum id mihi latere nō vi
detur Aristotelem:quēnā Plato Hospitē illic intelligeret Atheniēsem.consentiebat tamen Plato in
vtraq; republica Socrati/& vtrāq; scripsit.quare & promiscue respublice Socratis/& respublice Pla
tonis atq; leges: dici solent.immo & id Aristoteles facit: nunc appellans Socratis vt hic: alias vero
Platonis vt capite vltimo huius:circa finem libri.¶ Ociosorum quinq; milia In quinto de legibus
numerum diffinit 5040:&que non approbat Aristoteles:pleraq;.In quinto habentur. In sexto de
magistratibus.In septimo de procreatione & educatione puerorum.In alijs de exercitationibus:iu
dicijs/penis:& huiusmodi:& cui cure id fuerit:recurrat ad illos libros legendos si modo non erunt
satis Hecatonomie quas ad eos(qui hos libros legent)laboribus leuandos in fine operis(vt dictum
iam est)adiecimus.adducere enim vbiq; in annotationibus Platonē: fastidiosum mihi visum est:&
non solum michi quidem colligenti:sed & lectoribus ipsis ita futurum.¶ Necessarium est adiuges. 11
Adiuges:adiecti illi qui supercrescunt atq; adduntur multitudini:que pro facultatibus sufficit ac sa
Socrates. tis est quos παραφυάδας Aristoteles appellat.¶ Sin vt optimam post primam rempublicam. Primā
Plato. rempublicam in qua rerum omniū vxorū liberorum facultatum esset cōmunitas:volebat & Socra
tes & Plato esse optimam.secundo autem loco:eam quā scripsit Plato in legibus.vt in prima anno
Polybius. tatione huius capitis dictum est.¶ Sunt autem:qui dicāt optimā rempublicam ex omni genere gu
bernationum admixtā esse.Polybius vbi Rempublicā romanorum descripsit quam suo tēpore om
nium rerumpublicarum pulcherrimam esse dicebat:& optimam:hoc ideo asserebat ꝙ ex omni gu

bernationum genere esset composita atq; cōtemperata. & eam quę a Lycurgo Lacedemonijs tra/ Licurgus
dita fuerat: similiter dicit ex omni gubernationum specie fuisse tēperatem/regno/optimate/& popu
lari gubernatione: reges enim (inquit) insolescere impediuntur, populum timentes: cui & sufficiens
in republica pars cōceditur. populus vero reges despicere non audet/senatores veritus: qui omnes
ex optimatibus delecti/sese ipsos iustos exhibiturissēt. & reliqua: que licet in sexto suarum historia/
rum perfacile intueri. ¶ Constare quidem illam ex paucorum potētia: item ex vno principe popu/
lariq; statu affirmant. Tres species rerum publicarum esse putabant: regnū quiest principatus vnius
paucorum potentiā quā & optimatē & senatū/greci autē τηντων γεροντων αρχην id est senum princi
patum appellāt/& popularē gubernationem vt etiamnū i Polybio videre possis. verum que pro ve
ritate sint rerumpublicarum species: ex quarti numero 3 agnosceiur. ¶ Ephoria is magistratus erat Polybius.
apud Lacedemonios/qui e populo creabatur/maximam quidem habens potestatem. qui vero ma
gistratum gerebat: ephorus. & plures ad magistratum gerendū assumpti: Ephori dicebātur. & epho
rus & ephori: illis respondēt qui in republica Romana tribunus & tribuniplebis dicebātur. & epho
ria tribunitie potestati respondet. sumebatur enim hic magistratus e populo/decēuiratu ob iniuriā
filie Virginij in tētatam sublato. est igitur ephorus/p̄fectus & tribunus plebis. & ephoria tribunatus
ac tribunitia plebis potestas. & hunc magistratū: regibus Lacedemonijs addit Theopōpus. ¶ Sed
in his legibus dictū est. Socrates & Plato nichil habent stabile & firmum in suis assertionibus quia Threopōpus.
quod in vno dialogo asseritur: in altero alterum & plerumq; oppositum/& opposito modo. In libris
de republica optimatum status optima respublica est. quam suam esse Socrates asserit. & quattuor
illi species degeneres subiungit: quinq; species rerumpublicarum faciēs/vnam rectam & quattuor
lapsas. in politico regnum ponit rerūpublicarū optimam: & tres asserit rerūpublicarū specias/& tres
oppositas labes. In legibus autē optimam rēpublicam/(saltem vt sua fert opinio) post illam primam
rempublicam Socraticam/ex tyrannide cōponit & populari gubernatione. ¶ Quod patet ex ma/
gistratuum creatione. dictum est Platonē in sexto de legibus/de magistratibus/& magistratuū crea
tione determinare. & proinde que de magistratibus & electione consilij ex quadruplici censu hic
affert (eo sexto lecto) nota erunt. ¶ Nā q; ex delectis sortitio fiat. Sortitio id est assumptio ad suffra
gia aut magistratus per sortes: & multi modi sortiēdi/apud priscos erant quidam fabis/quidam cal/
culis/vt numero 16 huius cognoscitur sortiebantur. Veneti hoc nostro euo sortiūtur/& ad suffragia Veneti.
& ad gerendos magistratus/nunc nominibus in vnam vrnam cōiectis/nunc aureis nunc argēteis
pilis inscriptis quibusdam/secundum quod p̄sens magistratus requirit/quibusdā vero inanibus nūc
ex vna vrna vocanť ad alteram. In quibusdam sola sortitione vtunť in quibusdam sola electione: in
quibusdā vero partim sortitione/partim suffragijs/atq; electione. de quibus legi potest/apud Sabel Sabellicus.
licum: in eo libro quem de magistratibus Venetorum reliquit.

¶ De phalee (que & Carthaginensium) republica. Cap. V. Phalee que & Carthaginēsiū respublica.

SVnt vero & alie respublice tū idiotarum tū philosophorum/& insuper in admi
12 nistratione ipsarum/versatorum: omnes etiam propinquiores sunt illis que cō/
stitute sunt/& illis secundū quas nūc reguntur/q̄ ille due. nullus enim alius neq; de
cōmunitate filiorū/neq; de mulieribus talē aliquē introduxit nouitatē: neq; etiā
de feminarum cōmessationibus/sed a necessarijs magis inchoant. ¶ Videtur autem qui
13 busdam maximum: vt de facultatibus recte constituatur. nam hic seditiones oriri cūctas
asserunt. Quamobrē Phaleas carthaginēsis ante omnia de hac parte cōstituit. iniquit enī Phaleas.
facultates ciuiū equales esse debere. hoc aūt pfacile factu esse: si statim ab ipsa cōditione
ciuitatis prouideretur. Postq̄ vero condita esset difficilius quidē/attamē satis mature ade
quari posse: si diuites/dotes dent/neq; accipiāt. pauperes aūt cōtra: accipiāt dotes/at non
tradant. Plato autem leges scribens vsq; ad aliquid censuit esse permittendū: supra autem Plato.
quincuplum earum facultatū que minime essēt: nemini licere ciuium possidere/vt prius
diximus. ¶ Sed oportet ne id quidē latere legislatores (quod certe nunc latet) q; qui facul/
14 tatibus modū imponūt: debēt etiā filiarum numero modū imponere. nam si excedat filio
rum numerus facultatū multitudinem: necessarium erit legem abrogare, & sine illa abro
gatione: improba lex erit/vt que ex diuitibus pauperes faciat. labor enim est. ne tales sint
nouitatum actores. ppter quam sane cām valet aliquid in republica: facultatū exequatio
& veterum aliqui videtur cognouisse: vt Solon lege cōstituit. & apud alios lege caueť: vt Solon.
nō q̄tum quisq; velit/sed q̄tum lex permittit: agri possideant. eadem quoq; ratione pro/

Locri. prias facultates alienare leges vetāt. vt est apud Locros lege cautum: ne quis patrimoniū alienare possit, nisi euidentē calamitatem ostenderit superuenisse. preterea vt antique he reditates conseruentur. Quod sublatum apud Leucada valde popularem eorum ciuitatē

Leucas. effecit. non enim amplius euenit: ex taxatione cēsus ad magistratum assumi. ¶ Sed possibile est equalitatem quidē facultatum cōstitui: verum illas, aut ita amplas esse vt delitiari liceat, aut ita exiguas, vt tenuiter victum agant. patet igit̃ q̄ nō sufficiat facultates equatas fuisse a legislatore: sed mediū coniectandū esse. ¶ Præterea si quis mediocres statuat omnibus facultates: nulla vtilitas est. magis enim cupiditates adequāde sunt q̄ substātie.

Phaleas. hoc autē fieri non potest: nisi sufficiēter disciplina ciuitatibus adhibita sit p leges. ¶ Sed forsan responderet Phaleas hoc ipsum se dicere. Cēset enim horū duorū equalitatem ciuitatibus inesse debere, rerū possessarū scilicet & discipline. Sed que tādē hec disciplina sit, exprimēdum fuit. & vnā eandē esse: nichil prodest. nam fieri potest, vt sit vna, eademq̧ disciplina. verum eiuscemodi per quam cupidi fiāt pecuniarum, aut honoris, aut vtrorūq̧. ¶ Insuper seditiones oriunt̃: non solū propt̃ facultatū, verū etiā ob honorū inequalitates & id diuersum i vtroq̧. nā multitudo quidē grauiter fert possessionum inequalitatem: p̄stantes autē viri inequalitatē honorū. vnde illud ortum est: honori incūbit tam inanis q̄ bonus. ¶ Nō solum vero homines ꝓpter necessaria iniuriant̃, quorū remediū putāt adequationē facultatum, ne spolient alios propt̃ frigus aut propt̃ famē: verum etiam vt gaudeant, neq̧ cōcupiscant. nā si maiorē habēt necessariorum cupiditatem: ob huiusmodi cupiditatis medelam, iniurias inferunt. Non ergo ob hanc solum: verum etiā si cōcupiscāt vt sine molestia voluptate fruentur. Quod igitur horum trium remedium est: his quidē exiguum patrimonium & opificium, illis autē teperantia: tertiū vero si qui velit per se delectari, non aliunde q̄ a philosophia querant remediū. nam cetera quidē hominibus sunt necessaria. ¶ Cum iniurias inferāt plurimum propt̃ superflua, non propt̃ necessaria: puta tyrannidē inuadunt, non vt frigus repellant (quapropt̃ honor maximus habetur non ei,

Phaleas. qui furē occiderit: sed ei qui tyrannū) phaleas itaq̧ paruis duntaxat iniuriis hac sua reipublice cōstitutione occurrit. ¶ Præterea multa statuere pergit, per que ad seipsos recte instituti erunt: sed oportebat quoq̧ ad finitimos, ac peregrinos omnes, vt puta necesse est constitutā esse rempublicam ad bellicum robur: de quo ille nichil dixit. ¶ Eodem modo de facultatibus. tantas enim esse oportet: vt non solum ad ciuium vsus, verū etiam ad pericula externa sufficiant. quare nec ita magnas esse decet: vt finitimi potētiores concupiscant, quibus resisti non possit. nec rursus ita paruas: vt cum paribus & similibus bellum nequeant sustinere. ille vero nichil determinauit. Oportet autē neq̧ id latere: quantas facultates habere conducat forte recta determinatio fuerit: tantas esse debere vt lucrum superātibus bello ob excessum afferre non possint, sed ita sint qua si nihil super acquirant.

Eubolus. quale Eubolus cōsiderare iussit Autophradatem cū Atarnea obsidere vellet. vt cogitaret

Autophradates. q̄to tēpore circa expugnationē eius loci detineretur, ac existimaret illius tēporis iacturam. velle enim pro minori precio iā tunc Atarnea relinquere. que cū dixisset: Autophradatē in suam sententiā traxit, & obsidionē pretermittere fecit. ¶ Habet igitur vtilitatem

Atarnes. exequatio facultatum, inter ciues, ne inde seditiones oriātur: verum (vt ita dixerim) nō admodū magnā. nam & prestātiores conqueri possint: quasi ipsi plus habere debeant. ex quo fit: vt ipsi sepe insurgant ac seditiones concitēt. ¶ Præterea improbitas hoīm insatiabilis est. & primo quidē sufficere dicunt pauca: vt duo era minuta solum. mox vero vbi illa sunt consecuti, plura appetunt semper quousq̧ in infinitum ꝓcedant. infinita est enī cupiditatis natura: ad cuius expletionem plurimi viuūt. horum igitur principium est magis q̄ tales facultates equare: vt boni quidem & equi suapte natura viri (plusq̄ sibi competat) habere non querant. improbi autem, & si querant habere non possint. hoc autem fit: si pauciores sint, nec iniuriam patiant̃. ¶ Nec vero in hac ipsa exequatione facultatum: recte est ab eo dispositum. nam fundos & agros exequat solum. sed sunt seruorum quoq̧ armentorumq̧ & pecuniarum diuitie, & apparatus ingens earum rerum, quā supellectilem vocitamus: an igitur omniū horum exequatio querenda est, vel moderatio quedā mediocris, an cuncta omittenda? ¶ Videtur etiam ex ipsarum legum positione: ciuita-

tem exiguam constituere. siquidem artifices omnes / publici erũt nec multitudinẽ auge
bunt ciuitatis. sed certe publicos esse eos qui publica faciunt opera oportet: quẽadmodũ
Epidamni / & quemadmodũ Diophantus quandoq; Athenis cõstituit. De Phaleẽ igitur
republica / fere ex iis deprehẽdi potest: si quid ab eo bene sit dictum / aut non bene.

Epidamnum. Diophantus. Athene.

¶ QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

12 OStendit alias esse respublicas / tum illitteratorꝫ / tum in sapientie studio versatorũ / atq;
etiã qui ciuiliter vixerunt: et vniuersitas quidẽ iis que constitute sunt / & s̃m quas nũc
degunt viciniores q̃ due ille sint de quibus supior habitus est sermo. nam nullus alio-
rum / neq; de filiorꝫ cõmunitate / neq; de cõmunitate mulierũ: talem aliquã introduxit
nouitatẽ. neq; etiam de feminarũ comessatiõibus: sed ab iis que magis necessaria sunt inchoant.
13 ¶ Transit ad illas alias respublicas enucleãdas: et primũ ad Carthaginẽsem / quam posuit Phaleas
narrans quo pacto quibusdã videtur maximũ esse: vt de facultatibus / iisq; que possident rebus / re-
cte statuatur: nam hinc vniuersas seditiones (nisi recte ꝓuisum sit) oriri arbitratur. eam quoq; ob
causam Phaleas Carthaginẽsis ante omnia de hac re disposuit. inquit enim facultates ciuiũ / equas
esse debere. hoc autem pfacile factu esse: si statim ab ipso ciuitatis exordio / & q̃ primũ conditur pro
uideaṫ. simulatq; cõdita erit difficilius quidẽ: attamẽ tempestiue fatis / si diuites. dotes dent / neq; ac
cipiant. pauperes aũt contra: accipiant quidẽ / & non tradãt dotes. at Plato in legibus quas scripsit:
vsq; ad aliquid censuit diuites accipere dotes sed nullis licere supra quintuplũ minimi census / ea-
rũq; facultatũ que minime essent possidere / ceu prius dictum est. ¶ Ostendit Phalee ordinationẽ
14 circa facultatũ equationẽ / non fuisse sufficientẽ. Primo. nam vt plurime minime latere decet legisla
tores (q̃d adhuc ꝑfecto latet) eos qui facultatibus nõdum imponũt / debere etiã in eorum numero
imponere modũ. nam si nũerus filiorꝫ facultatũ quantitatẽ excedat: necessariũ erit abrogare legẽ /
irritamq; facere. & sine illa abrogatione lex erit iproba: vt pote que ex diuitibus paupes efficiat. vix
enim fiet: ne tales nouitatũ sint actores / seditiosiue fiant. Et qua de causa vtilitatẽ aliquam in ciuita
tis administratiõe habet facultatũ adequatio: veterũ etiam nõnulli cognouisse videnṫ / vt Solon / q
ea de re legem sanxit. Et apud alios etiã lege cauetur: vt non quantũ quisq; velit / sed quantũ lex p-
mittit / agri possideat. idẽtidem & proprias facultates venditioni exponere / leges vetant: vt est apud
Locros lege cautũ / ne quis vendat / nisi ingentẽ aduerse fortune calamitatẽ accidisse monstrauerit.
preterea & lege cautũ est: vt antique hereditates cõseruenṫ. quod sublatũ apud Leucada: valde po
pularẽ reddidit eorũ ciuitatem. nã non amplius euenit Leucadiis: a determiatis censibus / ad magi
stratus subuehi ¶ Secũdo. Quia possibile est / facultatũ equalitatẽ construi: verum eas esse ita am-
plas / vt deliciari & ad luxum viuere liceat / aut ita tenues & modicas / vt inopia & pauperie / vita la-
boret. perspicuũ igitur est / non sufficere facultates a legislatore equatas esse: verũ medium cõiecta
re oportet. ¶ Tertio. Quia tametsi legislator mediocres ciuibus oĩbus statuat facultates: neq; hoc
quidẽ vtile satis sit. nã magis cupiditates q̃ substãtie / facultatesq; equãde. quod sane fieri nunq̃ pos-
sit / nisi sufficiẽter ciuitatibus disciplina sit per leges adhibita. debet igiṫ legislator: huiusmodi legum
disciplina prius atq; accuratius ciues imbuere / q̃ facultates atq; opes equare. ¶ Quarto. Esto dicat
Phaleas hoc ipsum se dicere: arbitrari enim horũ duorum facultatũ videlicet & discipline equali-
tatẽ ciuitatibus inesse oportere. verũ id non sat est: sed que tandẽ hec esset disciplina dicẽdum fuit.
At dicit Phaleas: ciuiũ vnam & eãdem scientiã esse oportere. Verum id dicere nichil iuuat. nam fie
ri potest vt omniũ ciuium: vna / eademq; sit disciplina: sed que sit eiusmodi / per quã cupidi fiant pe
cuniarũ / aut honoris / aut vtrorũq;. ¶ Quinto. Quia seditiões oriũtur insuper non solũ ꝑpter facul
tatũ / verum etiã & ꝑpter honorũ inequalitates / cõtrario autem modo circa vtraq;. nam multitudo
grauiter fert facultatũ inequalitatẽ / prestãtes autem viri: inequalitatẽ honorũ. vnde opus habeãt ho
nore: sed hoc quidẽ Plebeus & inelegans / ille vero ꝓbitate prestans. debuit igitur Phaleas & de ho
norũ equãdi ratione determinasse. ¶ Sexto. Quia nõ solum hoĩes propter necessaria / que a faculta
tibus ꝓueniũt iniuriãtur / quorũquidẽ malorũ remediũ esse putant facultatũ adequationẽ ne alios
spolient propter frigus aut famẽ: verum etiã vt gaudeant / neq; cõcupiscentia molestẽtur / iniuria la-
cessunt. nã si maiore torquenṫ necessariorũ cupiditate: propter illius medelã iniurias irrogant. & cer
te nõ propter hanc solũ: sed et si non necessariorꝫ molesta est cõcupiscẽtia / etiam cõtumelianṫ / vt si
ne molestia & voluptate fruanṫ. debuit igitur Phaleas: non modo de facultatũ adequatiõe / sed con
cupiscentiarꝫ remediis ꝓuidisse. Sed queres q̃d igitur horũ trium concupiscentiũ videlicet necessa
ria cõcupiscentiũ non necessaria / & volentiũ sine molestia voluptate frui / remediũ est? Primis fa-

notatiōibus quarti capitis/quarti ethicorum:vbi de modestia tractatur.

¶De Hippodami & Milesiorum republica.Cap. VI.

15 H yppodamus autem Euriphōtis/Milesius:qui & ciuitatū diuisiones iuenit/ Hippodami &
& Pireum incidit:cum esset quoq; in cetera vita morosior propter glorie cu Milesio℞ res-
piditatem/vsq; adeo vt quibusdam videret vite esse superflue/capillo℞ pro publica.
lixitate & ornatu sumptuoso/preterea vestitu frugali quidem/sed admo- Euryphon.
dum calido nō in hyeme solum/verūetiam in estate.studiosus autem de omni natura es-
se volens:primus omniū qui non in republica versati essent/aggressus est aliquid dicere
16 de optimo ciuitatis statu.¶Constituit autem ciuitatē multitudine quidem decem milliū
virorum:in tres diuisam partes. faciebat enim vnam partē artifices/alteram agricolas/
tertiam propulsatores belli atq; arma tenentes. ¶Diuisit quoq; regionem in tres partes:
vt esset pars vna sacra/alia publica/tertia priuata. Vnde cultus fieret diis:sacra.vnde ve-
ro belli propulsatores alerentur.publica.que autem agricolarum foret:priuata. ¶Legum
quoq; tres esse species solum putabat:de quibus vero iudicia fierent/totidem esse nume-
ro/iniuriam/damnū/cedem. ¶Lege quoq; statuebat vnum iudiciariū forum principa-
le:ad quod omnia que male iudicata viderentur reuocarent. idq; constituebat ex senibus
quibusdam delectis.¶Sentētias vero in iudiciis non calculis ferendas esse censebat: sed
vnumquēq; iudicem tabellam afferre/in qua scriberet (si condēnaret simpliciter) sentē-
tiam.sin absolueret:simpliciter/vacuam.sin partim condēnaret/partim absolueret: idip-
sum definiret.nam vt nunc quidem fit/non recte prouisum a lege existimabat: quia co-
gantur homies peierare/ aut hoc aut illud iudicantes. ¶Ferebat quoq; legem: de iis qui
vtile quidpiam ciuitati reperissent/ vt honoribus afficerētur. ¶Filios autem eorum qui
pro patria bellando occubuissent:ex publico alendos esse.quasi id nōdum apud alios fuis-
set lege prouisum.nam est Athenis ea lex nunc:& in aliis quibusdam ciuitatibus. ¶Ma Athenæ.
gistratuū vero omniū electiōes populo attribuit. Populum autē faciebat:illa tria genera
ciuium. qui vero delecti essent:eos reipublice curam habere debere/et peregrinorū & pu
pillorum.Plurima igitur ac maxime digna memoratu in Hippodami constitutione: ista
sunt. ¶Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuium. Nam & artifices/& agricole/ Reprobatio.
17 & qui arma tenent:omnes in reipublice cōmunione versantur.verū agricole quidem ar-
ma non habent/artifices autem neq; arma neq; agros.quare quodam modo eorū serui fi
unt qui habent arma. Participes igitur esse omniū honorū impossibile est.quandoquidē
necessarium sit ex iis qui habent arma constitui belli duces/& custodes ciuium/ & prin-
cipalissimos(vt ita dixerim)magistratus.q̄ si participes nō sunt reipublice:quomodo bo
no animo esse poterūt in republica? ¶Eninuero potētiores oportet esse illos qui arma te
nent ambabus partibus:id autem non facile est/nisi multitudine exuperent.q̄ si hoc erit:
quid opus est alios participes esse reipublice/& suffragia magistratuū habere? ¶Preter-
ea. agricole quid vtilitatis afferunt ciuitati? artifices autem esse necessariū est. nam om-
nis ciuitas artificibus indiget:& possunt proficere ex artibus/quemadmodū in aliis ciui
tatibus.sed agricole si hn̄tibus arma/victū parant:merito essent pars aliqua ciuitatis. at il
lic priuatim habent agros/priuatimq; colunt. ¶Preterea.publicos agros ex quibus ꝑpul
satores belli victum habere oportet/si ipsi iidem colant/ non esset ab agricola aliud pro-
pulsator belli:quod legislator esse vult.sin alii quidem ab agricolis & ꝑpulsatoribus:quar-
tum erit membrū ciuitatis nullius particeps/sed alienum a republica. Q; si quis dicat eos
dem agricolas/& proprios colere & publicos agros: tunc fructuum multitudo non suffi-
ceret/ ex quibus singuli binis domibus habeant ministrare. deinde q̄obrem non statim
ex eisdem agris pro sua sorte sibi alimenta sumant/& propulsatoribus exhibeant. hec sa
ne om̄ia magnam cōtinent turbationem.¶Nec de iudicio quoq; recte se habet lex: que
iudicare dignum ducit separatim lite simpliciter scripta: ita vt ex iudice fiat arbiter. hoc
enim in arbitrio iure/& pluribus/recipitur (nam cōferunt inter se de sententia ferenda)
sed in iudiciis non recipitur.imo legum latores plerique contra statuūt: ne iudices inter se
colloquātur.¶Deinde quomodo non erit litigiosa sententia: cum iudex debere quidem
arbitrabitur/non tantū autem quantū petitor.nam si petitor viginti minas postulabit:iu

dicum autem vnus decem minas iudicet/aut hic quidem plus/alius quinq;/alius quattu
or/& hoc modo videlicet partiātur/ & alii in totum condēnent/ alii in nichilū: quis erit
modus sententiarū cōcordandarū. ¶ Preterea nemo peierare cogit simpliciter condēnā-
tem vel absoluentē/siquidem simpliciter accusatio scripta est iuste.non enim cum absol-
uit/nichil debere iudicat:sed viginti minas/non debere. At ille iam peierat qui cum pu-
tet viginti minas non deberi:tamen condēnat. ¶ De eo autem ꝙ inuenientibus aliquid cō
modū ciuitati/ honores aliqui tribuendi sint: non est tutum lege cauere. sed bono vultu
talia audienda sunt solum.cōtinet enim calūnias/& motū forsan reipublice. ¶ Et incidit
in aliam questionē & cōsiderationē aliam.nā dubitant nōnulli:vtrū dānosum sit vel vti-
le ciuitatibus leges patrias mutare/si sit alia melior.quapropter nō est facile dicto statim
assentiri:siquidē non cōducit mutare.fieri autem potest: vt inducat aut aliquarū legum/
aut reipublice dissolutio/tanq̄ cōmune bonum. ¶ Sed cum in hanc mentionē incideri- 18
mus:etiam pauca de eo perstringēda sunt melius.habet enim(vt diximus)dubitationē:&
melius videri potest/vt mutationē recipiant. nam in aliis quidem sentētiis hoc prodest.
ceu si medicina ab institutis patriis mutetur: & gymnastica/& alie artes atq; facultates.
quarū cum vna sit ponenda ciuilis disciplina:patet in ea quoq; eādem rationē esse tenen-
dam. ¶ Probari autem hoc dicet aliquis:& in ipsis rebus.antique enim leges nimium ru
des erant & barbare. armati siquidem ferro/incedebant greci:& vxores emebant inuicē.
Greci. & quotcunq; vetusta iura alicubi extant:penitus rudia sunt. ceu apud Cumas de cede lex
Cume. est:si accusator multos testes inducat ex agnatis propriis:reum esse cedis/contra quem ꝓ
batur. ¶ Q uerūt autem omnino nō partium:sed bonum omnes. Putandūq; est priscos
illos homines/ siue ex terra geniti fuerint/ siue ex corruptione aliqua seruati/ similiter
fuisse ignaros & imprudētes/ceu de terra natis dicitur.quare absurdum fuerit in eorū opi
niōibus persistere velle. ¶ Preterea neq; leges scripte meliores sunt:si sint immutabiles.
vt enim circa artes alias : sic etiam circa ciuilem institutionē impossibile est singula ex-
acte scriptis comprehēdere.nam necesse est vt generaliter scribātur. at actiones circa sin
gula existunt.ex his ergo videtur & quasdam leges/& quādoq; esse mutandas. ¶ Alio au
tem modo cōsiderātibus:cauēdum videtur esse maxime.nam cum id fuerit:vtilitatis qui
dem accessio parua fit.assuescere vero facile leges mutāre:improbandū. ¶ Constat vero
errata quedam esse tolerāda & legum latorū & magistratuū. non enim tantum proderit
qui corrigere perget:quantū nocebit assuefactio superioribus non parendi. ¶ Mendax &
de artibus exēplum.neq; enim simile est mutare artem atq; legem.nam lex nullam vim
habet ad suadendū:nisi ex more.mos autem non fit nisi tēporis longitudine.quare faci-
le mutare leges ex presentibus in alias nouas:infirmam facere est vim legis. ¶ Preterea
si mutande sunt leges:vtrum omnes & in omni republica/an non? & vtrum a quocunq;
an a quibusdam? ¶ In his enim magna est differentia. quapropter nunc quidem omitta- 19
mus consideratione hanc.nam aliorum est temporum.

¶ SEXTI CAP.COMMENTARIVS.


Instituta Hippodami. Visnam & qualis Hippodamus/qui de optima republica scripsit/fuerit:narrat. fu 15
it eni Milesius Euriphontis filius/ laudis & glorie appetitor/& in ocio vitā egitta
fori strepitu & negocio semotus. ¶ Paucisq; & strictim: reipublice Hippodami
1 cōstitutionem institutis nouē comprehēdit. Primū. Hippodamus ciuitatē/decē 16
millia virorū cōtinere voluit:quā in tres partes diuisit artifices/agricolas & ꝓpul
satores belli qui arma tenerent. ¶ Secūdum. Regionem diuisit in tres partes/sa-
2 cram/publicā/priuatam.sacram vocabat:vnde cultus dijs fieret.publicam: vnde belli ꝓpulsatores
alerentur.priuatā:que esset agricolarū. ¶ Tertiū. Hippodamus tres dūtaxat legum species esse cen
3 suit:de iniuria videlicet/de damno/& de cede.& totidem esse:de quibus iudicia fierent. ¶ Q uartū.
4 Lege sancijt vnum iudiciarū forū precipuū:ad quod(si quid male iudicatū videretur)prouocaret/
5 idq; voluit esse ex senibus qbusdā delectis. ¶ Q uintū. Sentētias in iudicio nō calculis esse ferēdas
voluit:sed quēq; iudicū tabellā afferre:in qua scriberet sententiā si simpliciter condēnaret.sin absol-
ueret simpliciter:afferret vacuam.si vero partim cōdemnaret & partim absolueret: idipsum defini-
ret.nam vt nūc fit:non recte putabat lege cautū fuisse/ ꝙ cogātur homines peierare aut simpliciter

condẽnantes/aut absoluẽtes simpliciter ¶ Sextum. Legem tulit: vt ij qui quippiã ciuitati vtile com 6
perissẽt/honoribus afficerent. ¶ Septimũ. Aliam tulit legem: filios eorum qui pro patria in bello oc 7
cubuissent/ere publico esse alendos. sed id ante apud alios: lege erat ꝓuisum: nam ea lex: Athenis/
et plerisq; alijs ciuitatibus adhuc perdurat. ¶ Octauum. Omniũ magistratuũ electiones populo at 8
tribuit. populũ autem vocat: quem tria genera ciuium/artificũ scilicet/agricolarũ & propulsatoꝝ cõ
stituunt. ¶ Nonum. Eos qui in magistratũ delecti essent: voluit curam reipublice habere debere/ 9
& peregrinorũ atq; pupillorũ. hec sunt que maxime memoratu/scituq; digna sunt: in cõstitutione
17 reipublice Hippodami. ¶ Ostendit constitutionẽ reipublice Hippodami: non satis rõnabiliter sta
bilitam. Primo. Quia quis iure dubitauerit: de partitione ciuium/quam facit Hippodamus in artifi
ces/agricolas/& tenentes arma/quos omnes muniũ reipublice participes esse vult. sed agricole ar
ma nõ habent: artifices vero neq; arma neq; agros. quare & agricole et artifices: quodã modo ser
ui fient eorum qui arma tenẽt. qui igitur fieri possit: vt omniũ honorum participes sint? id profecto
impossibile. & maxime quidem cũ necessariũ sit ex ijs qui arma tenent/constitui belli duces/& cu
stodes ciuiũ: & maxime precipuos (vt ita dixerim) magistratus. ꝙ si participes nõ sint omniũ reipu
blice munerũ: quomodo bono animo esse poterũt in republica? ¶ Secundo. Quia in ea republica
potẽtiores esse oportet/reliquis duabus partibus eos qui arma tenẽt/cum magistratuũ summa pe
nes eos esset/& reprimendarũ seditionũ & aliarum iniuriarũ potestas. atqui id nõ facile est: nisi mul
ti existant. ꝙ si multitudine sunt sufficienti. quid opus iam alios munerũ reipublice esse participes/
& suffragia magistratuũ habere? ¶ Tertio. Quid preterea agricole/sue ciuitati vtilitatis afferunt?
artifices autem necessarij/illi sunt. nam omnis ciuitas: artificibus indiget. & potest sua ciuitas sensim
ex artificibus ꝑficere/ceu in alijs ciuitatibus fieri videmus. at non sic est de agricolis. nam illic agri
cole priuatim habent agros/priuatimq; colũt. verũ si agricole victum pararent habẽtibus arma: me
rito pars aliqua ciuitatis statuerent. ¶ Quarto. Quia publicis insuper agris erit opus: ex quibus pro
pulsatores ipsos/armaq; tenẽtes/victum habere oporteat. quos si ipsi ijdem colant: non erit propul
sator belli & agricola aliud. quod legislator esse vult. sin alij ab agricolis & a ꝓpulsatoribus/ publicos
agros illos colãt: quartũ inducetur ciuitati mẽbrum/nullius particeps/ sed a sua republica alienum.
At vero si dicat eosdem agricolas/proprios & publicos colere agros: tunc fructuũ multitudo nõ suf
ficiat/ex quibus singuli binis domibus habeant subministrare. preterea cuius gratia ꝓpulsatoribus
belli ministrabũt ex terra/& ijs que sue sunt sortis: & non potius sibijpsis alimenta sument? hec sane
omnia magnã cõtinent difficultatem. ¶ Quinto. Quia lex ab eo de iudicio lata: non recte se habe
re videt. que dignum existimat separatim iudicare lite simpliciter scripta. & iudicem fieri arbitrũ. id
enim in arbitrio iudicio fit/& pluribus cõmittitur (nam plures illi inter se conferunt de sentẽtia feren
da) sed in publicis iudicijs id non admittit. immo legũlatores pleriq; contra statuũt ne iudices inter
se colloquãtur. ¶ Sexto. Quia hec circa iudicia ordinatio: sententiã facit cõuersam/& nulla fultam
cõcordia. verbi causa si iudices arbitrabũtur non tantũ reum debere/quantũ exigit petitor. nã si pe
titor viginti minas exiget/& iudicum vnus decem minas iudicet. & alius quinq; et alius quattuor/
& hoc pacto particulatim/et alij in totum cõdemnent/alij in nichilum. quis erit tãdem sententiarũ
cõciliandarũ modus? ¶ Septimo Quia id preterea nõ recte se habet ꝙ censet nunc peierare iudi
ces aut cõdẽnantes simpliciter/aut simpliciter absoluẽtes: nam nemo peierare cogit/simpliciter aut
condẽnantẽ aut absoluentẽ: si accusatio simpliciter iuste scripta est. vt verbi causa ꝙ debeat vigin
ti minas. quod si non: neq; etiam peierat. nam cum absoluit: neutiq̃ nichil debere iudicat/sed vigin
ti minas nõ debere. verum ille iam peierat/qui cum putet viginti minas non deberi/ tamen condẽ
nat. ¶ Octauo. Quia nõ est tutum eam legem ponere/quam posuit Hippodamus: de ijs qui quip
piam vtile inueniũt ciuitati/vt honore aliquo afficiant sed huiusmodi legibus: oculis dũtaxat est an
nuendũ. nam ita facere cõtinet calumnias/& mutationẽ forsitan reipublice. ¶ Nono. Quia ex illa
lege ꝙ ciuitati quippiã vtile reperientes honore afficiãtur: alia grauis irrepit dubitatio. vtrum vide
licet dãnosum ne sit an vtile ciuitatibus leges patrias mutare/si alia quepiam melior cõperiatur atq;
vtilior. quare haud quaq̃ facile est ilico dicte legi assensum ꝓbere: si non cõducit patrias leges mu
tare. nam fieri potest: vt inducatur aliquarũ legum/aut reipublice dissolutio/tanq̃ cõmune bonum:
18 ¶ Cum ratione illius legis Hippodami de rerum inuẽtoribus/iciderit Aristoteles in illam questio
nem: an obsit an prosit ciuitatibus leges patrias mutare/si meliores inueniãtur/discutit exactius illã
ad vtramq; partẽ et primũ melius/cõducibiliusq; esse: vt mutationẽ recipiant. Primo. Quia in alijs
scientijs: prodest melioribus inuẽtis/priora tollere vt medicinã/gymnasticã/ & alias facultates om
nes/ab institutis patrijs demutari: melioribus inuẽtis. cum igitur huiusmodi facultatũ/disciplina ci

uilis vna ſit:conſtat inuenta meliore/ratione/iureq; eodem eſſe mutandã. ¶ Secundo. Quia id ex-
perientia preteritarũ rerum monſtrat. nam antique leges nimiũ rudes erant. vt grecos incedere ar-
matos/& vxores emere inuicẽ. & quotquot vetuſta iura alicubi reperiũtur rudia ſunt omnino: vt ea
lex que apud Cumas de cede: ſi accuſator plures teſtes iducat ex agnatis proprijs/reum eſſe cedis
is qui accuſatur. et iã leges ille & inſtituta mutata ſunt. iuuat igitur patrias leges mutare: ſi meliores
inueniãtur. ¶ Tertio. Quia omnes oino querũt non patriũ: ſed bonum. & putandũ eſt priſcos illos
homines ſiue ex terra geniti fuerint ſiue ex corruptione aliqua ſaluati: ſimili modo rudes fuiſſe & i
prudentes/ceu de terrigenis dicitur. quare abſurdum fuiſſet: in eorum opiniõibus perſtitiſſe. & nũc
quoq; abſurdũ/vbi meliora reperta erũt: in rudioribus/deterioribuſq; perſiſtere velle. ¶ Quarto.
Quia non iccirco leges ſcripte meliores erunt ſi ſint imutabiles. nam vt in alijs artibus: ſic & in ciui
li inſtitutiõe impoſſibile eſt cuncta exacte ſcriptis comprehẽdere. quãdoquidẽ neceſſe eſt: vt gene
rali cõprehenſione ſcribãtur. at actiones circa ſingula verſantur. Ex his igitur videri poteſt: quaſdã
patrias leges/etiam quãdoq; eſſe mutandas. ¶ Differit ad partem alterã. cauẽdum eſſe vel maxime
patrias leges mutare. Primo. Quia cũ fiet huiuſmodi mutatio: parua fieri ſolet vtilitatis acceſſio. &
etiam aſſueſcere facile leges mutare: improbũ eſſe videtur. ¶ Secundo. Quia manifeſtũ eſt: errata
quedam & legumlatorũ & magiſtratuũ eſſe toleranda. nam qui corrigere perget: non tantũ prode
rit/quantũ ciuitati oberit ſupioribus non parendi aſſuefactio. quare etiã patrie leges tolerãde erunt/
non corrigẽde/aut mutande. ¶ Tertio. Quia captioſum & fallax eſt: de artibus ſupra adductũ exẽ-
plum. nã ſimile nõ eſt artem mutare/& mutare legẽ. quia lex nullã vim habet: quo ſtabilis ſit & ſua-
ſa ſufficiẽter/niſi ex cõſuetudine. cõſuetudo vero nõ niſi longo tẽporis paratur interuallo. quare qui
prompti ſunt mutare leges ex pſentibus in alias nouas. infirmã vim legis faciunt. ¶ Quarto. Quia ſi
mutande ſunt leges: vtrum omes/& in omni republica an non/& vtrum a quocũq;/an a quibuſdã/
hec difficultatẽ ingerunt. ſatius igitur videtur: ipſas non eſſe mutandas. ¶ Se excuſat de vlteriori 19
queſtionis determinatiõe. quia in his reuera ad partẽ vtramq; adductis rationibus: magna contro-
uerſia eſt. quare ſatius videtur: hanc impreſentiarũ miſſam facere cõſideratione. nam in aliud tem
pus: eius diſcuſſio eſt reſeruanda.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

Moſes. Vtandũ eſt priſcos illos homines: ſiue ex terra geniti fuerint. de prima hominũ gene- 18
ratione ſcriptorũ antiquiſſimus Moſes. formauit iquit dominus deus hominẽ de limo
Ouidius. terre: & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vite. & hec hiſtoria ſacra & vera eſt. ex qua
videtur mutuatus terũ geneſim Ouidius. poſtq̃ (inquit)

Ceſſerunt nitidis habitande piſcibus vnde/
Terra feras cepit/volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal mentiſq; capacius alte
Deerat adhuc/& quod dominari in cetera poſſet
Natus homo eſt. ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.
Siue recens tellus/ſeductaq; nuper ab alto
Ethere: cognati retinebat ſemina celi
Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis:
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Sic modo que fuerat/rudis & ſine imagine tellus:
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.

¶ De Lacedemoniorum republica. Cap. VII.

Lycurgi & Lacedemoniorũ reſpublica.



E Lacedemoniorũ autem republica/& Cretenſiũ/fere autem & de aliorũ 20
rebuſpublicis: duo ſunt cõſideranda. vnũ ſi quid recte an nõ recte ad opti
mam cõſtitutionem lege ſit ordinatum. alterũ ſi quid ad ſuppoſitionẽ &
modum ſubcõtrarie ipſis ſuppoſite reipublice. Q igitur neceſſariũ eſt in
bene cõſtituenda republica/ neceſſariorũ adeſſe facultatem: omnes faten
tur. ſed quemadmodũ id futurum ſit: non facile eſt comprehẽdere. nam &
Theſſali. peneſtie Theſſalorũ/frequenter inſurrexerũt. ſimiliter autem & Ilotes Lacedemoniorũ.
Lacedemonij. nam in caſibus eorum aduerſis nunq̃ inſidiari deſtiterunt. Verum apud Cretenſes nihil
Cretenſes. adhuc tale accidit. Cauſa forſan eſt. quia vicine ciuitates/q̃uis inuicem bellum gerant: ta
men aduerſus nullam rebello coadiuuant. quoniã id non cõducit: quando & ipſas poſſeſ-

siones habent domibus eorum finitimas. at Lacedemoniorũ finitimi omnes inimici erant: Argiui Mesenii & Arcades. nam & Thessalis ab initio rebellarũt: dum cum finitimis Acheis & cum Perrebis & Magnesiis gererent bellum. ℂ Videtur autem etsi nihil aliud: attamen hoc ipsum esse cura perdifficile quemadmodũ cum eis sit conuersandum. nam si remisse erga illos te geras: insolescunt illi quidem ac se pares dominãtibus existimant. sin aspere tractentur: insidiantur atq; odio habent. patet igitur: non reperire optimũ modum eos quibus ista contingunt erga subiectos. ℂ Preterea remissio in mulieres: & ad propositum reipublice nocet & ad cõcordiam ciuitatis. Vt enim domus partes sunt vir & vxor. ita propemodũ & ciuitatem bifariam diuidi censendum est in virorum multitudinẽ ac mulierum. quocirca in quacunq; republica male prouisum est circa mulieres: in ea putãdum est medietatẽ ciuitatis lege esse male ordinatã. quod ibi contingit. volens enim legislator totam ciuitatem esse duram ac laborum patientẽ: in viris quidem id fecisse constat in mulieribus autem omisisse. Viuũt enim molliter ac in omnẽ licentiã dissolute. Quare necessariũ in tali republica diuitias haberi in precio: multomagis q̃ si a mulieribus abstinerent. quod accidit plerisq; militaribus bellicosisq; generationibus preter Celtas & si qui alii coitum masculorũ palam receperunt. Videtur autẽ qui primus fabulatus est: non irrationabiliter venerem marti coniunxisse. nam omnes huiusmodi homines proni videntur ad eam que masculorũ aut ad eam que mulierum cõuersationẽ. Quapropter apud Lacedemonios hoc fuit. Multaq; in eorũ principatu a mulieribus administrabatur. Etenim quid refert vtrum mulieres ipse gubernent: an eos qui gubernant a mulieribus gubernari: idem enim accidit. Cumq; audacia ad nullum obsequiũ vtilis sit nisi forte ad bellũ: maxime nociue etiam ad hoc ipsum Laconũ mulieres erant. patefecerũt hoc in Thebanorũ aduentu. non enim magis vtiles prestiterũt se q̃ aliarum ciuitatũ mulieres: & turbam inferebant magis q̃ hostes. Ab initio igitur rationabiliter contigisse Lacedemoniis videtur in mulieres indulgẽtia. nam propter militiã multum temporis domo abfuerant: aduersus Argiuos deinde aduersus Arcadas & Mesenios bellum inferentes: exercẽtes enim seipsos: legumlatori prestabant assuefactos propter militarem vitam. multas enim cõtinet virtutis partes. Mulieres autem fertur Lycurgus deducere conatus ad leges: at vbi repugnabant abstinuisse tandem. Cause igitur factorũ he sunt. quare manifestum q; & huius peccati. Sed nos non id cõsideremus cui venia danda sit vel nõ danda: sed rectum ne sit an non rectum. que autẽ circa mulieres nõ bene se habent: videntur (vt diximus ante) non solum indecentiã quandã facere in republica sed impellere quoq; ad cupiditatem pecunie. ℂ Post certe illa que nunc dicta sunt: inequalitatem rerum possessarum quispiã illis increpare possit. nam eorum quibusdam hoc euenit: vt magnam nimium opulentiam haberent: aliis vero vt penitus exiguam. quapropter ad paucos deuenerunt agri. hoc autem ex eo accidit: quia male fuerat lege prouisum. emere enim aut vendere quod habeas: ordinauit nõ esse honestum & recte id quidem. sed donare ac testamẽto relinquere concessit: atq; idem accidat necesse est per hunc modum & illum. nam sunt mulierum fere ex quinq; partibus totius regionis due: multis heredibus institutis. Et ob traditionem dotum magnarũ. atqui melius erat aut nullam aut paruam aut mediocrem esse constitutam. nunc autẽ licet donare ex testamento cuicunq; libuerit: etiam si nullo instituto herede decesserit ipse cuicunq; voluerit dat. Ex quo factum est vt regio sufficiens mille & quingentos equites alere peditum autem triginta milia: ne mille quidem totos habeat. probarunt autem opera ipsa: praue apud illos in hac parte fuisse prouisum. nam ne vna plaga suscepta: ciuitas ea corruit ob hominum paucitatem.

ℂ Aiunt etiam per tempora primorum regum: nouos homines permultos ciuitate donatos ob numerũ ciuium (qui bello diminuti multo tempore fuerant) adaugendum. & aiunt fuisse quandoq; spartiatis decem milia. ac tamen siue sint ista vera siue non sint: melius est per adequationem possessionum implere hominibus ciuitatem. ℂ Contraria etiam quodam modo est huic prouisioni: lex illa circa prolis procreationem. ℂ Volens enim legislator quãplurimos fore spartiatas: induxit ciues ad multitudinem procreandam. Est enim illis lex: qui tres genuerit filios cum etsi immunẽ a custodia. qui vero quat-

Lacedemonij. Argiui. Mesenij. Arcades. Thessali. Achei. Perrebi. Magnesij. Celte. Thebani. Argiui. Archades. Mesenij. Lycurgus. Spartiate id est Lacedemonij.

tuor: immunē esse ab omnibus. atqui patet: ꝙ si multi gignant in regione sic distributa-
Ephori qui & tribuni plebis. necessariū multos fieri paupes. ¶ Eniuero & que circa ephoros cōstituta sunt: prauę se ha-
bent. Hic enim magistratus maximarū apud illos rerum potestatē habet. sumūtur autem
ad eum ex plebe omnes. quare sepe contingit homies valde pauperes in hac potestate cō-
Andrij. stitui: qui propter egestatem venales fiunt. ostenderūt & sepe prius- & nunc in andriia. cor
rupti enim pecunia quidam: quātum in se fuit totam rempublicā euerterunt. & pter eius
magistratus nimiam potestatē ac tyrannidi parem: etiam reges ipsos populares fieri com
pulerūt. vt in hac quoqꝫ parte respublica lederetur. nam popularis status: ex optimate resul
tauit. Continet tamen rempublicā magistratus ipse. acquiescit enim plebs ex eo. quia ma
ximi magistratus capax est. quare siue per legislatorem- siue per fortunā hoc euenit: con-
ducibiliter se rebus habet. Oportet enim rempublicā (que duratura sit) velle: vt omnes ciui
tatis partes cōstent atqꝫ in statu suo permaneant. reges ergo propter honorē suum ita se ha
bebunt. prestātes autem viri propter senatū. nam ea dignitas virtutis est premiū. plebs au-
tem propter ephoriam. nam constituit ex omnibus. Sed oportebat hunc magistratū sumi
quidem ex omnibus: non tamen per hunc modum- per quem nunc fit. est enim nimium
puerile. preterea & iudicandi de rebus magnis potestatem habent homines vtcunqꝫ. itaqꝫ
melius esset non secūdum propriam mentem eos iudicare: sed secūdum litteras & leges.
¶ Est etiam ephororum viuendi modus: nequaꝗ conueniens proposito ciuitatis. nā epho
ri quidem molliter viuunt: in ceteris autem tanta asperitas est vite- vt nequeant homies
illam perferre- sed clam transgredientes legem corporis voluptatibus fruūtur. ¶ Senato-
rū quoqꝫ potestas non recte apud illos constituta est. nam si sint viri equi & boni ac suffi-
cienter ad virtutem eruditi: dicet forsan aliquis ciuitati cōducere. attamen ꝙ per omnē vi
tam magnis de rebus discernendi potestatē habeant: periculosum est. est enim vt corpo-
ris: sic etiam mentis senectus. per hunc autem modum eruditis: vt & legislator ipse diffi-
dat tanꝗ non bonis viris- nequaꝗ tutum. ¶ Videtur autem ii qui in hac potestate consti-
tuti sunt: dona largiendi gratificandiqꝫ ex cōmunibus permultā facultatem habere. qua-
propter melius erat eos non esse absqꝫ vlla correctione. nunc autem sunt. ¶ Videtur au-
tem ephororum magistratus omnes alios magistratus corrigere. hoc autem ephorie ni-
mium certe pmissum est munus. & non per hunc modum dicimus correctiōes effici opor
tere. ¶ Insuper creatio ipsa senatorum quam per suffragia faciunt: perlenis est. ac ipsum
petere magistratum qui eligendus sit: non recte se habet. oportet enim & volentem & nō
volentem ad magistratū assumere: si dignus sit eo magistratu. nunc autem idem facere
in hoc videtur legislator: quod & in alia republica. ambitiosos enim faciens ciues. illis viti
tur ad senatorū delectum. nemo enim magistratū petit: nisi honoris sit affectator. attamē
pleraqꝫ eorumqꝫ que homines iniuste faciunt: per ambitionē & auariciam cōmittunt.
¶ De regia vero potestate vtrum melius sit eam in ciuitatibus existere: nec ne: alia fuerit
disputatio. Verūtamen melius (non vt nunc quidem) sed pro vita cuiusqꝫ regis iudicare.
¶ Qꝫ autem ne ipse legislator credit posse se facere bonos & honestos: manifestum est.
Phiditia. diffidit enim: quasi non sint ad sufficiētiam boni viri. Itaqꝫ legatos simul mittebant ini
micos ac salutem ciuitatis esse putabant- seditiones regum. ¶ Non bene etiam circa co
Cretenses. messationes- que illi phiditia nominant: lege constitutum est ab initio. Oportebat enim
Lacedemonij magis ex publico esse conuētum: quemadmodū in Creta. sed apud Lacedemonios vnus-
quisqꝫ conferre habet: & si sint quidam longe pauperrimi- qui huiusmodi sumptum ne-
queant sufferre: ex quo fit vt legumlatori contra eueniat ꝗ ipse voluerit. voluit enim ciui
tatem facere popularem per comessationes: fit autem minime popularis ex tali legis pro-
uisione. nam non facile est pauperibus: comessationum esse participes. more enim patrio
sic apud eos definitur: vt qui comessationum particeps esse nequeat- is ad reipublice gu-
bernationem non admittantur. ¶ Legem vero que est circa prefectos classis: & alii qui-
dam improbarunt. & recte quidem improbarunt. est enim seditionis causa: nam cum re-
Plato. ges sint belli duces: prefectura illa perpetua- fere alterum est regnum. ¶ Et simili pacto
suppositionem legislatoris: quis reprehendere possit. quod & Plato in suis legibus repre-

hendit.ad partem enim virtutis:tota ordinatio illarū legum contendit/scilicet bellicā.hec autem vtilis ad victoriam obtinendā.itaq; saluabātur bellum gerentes: peribant vero vbi rerum potiebantur.quoniā nec ocium agere: neq; quicq̄ aliud exercere sciebant prestabilius q̄ rem militarem. ¶ Illud quoq; erratum non sane minus. nam putabant bona illa que ad bellum pertinēt:ex virtute magis q̄ ex vicio fieri.& in hoc quidem recte. sed q̄ hec potiora q̄ virtutem ipsam putant:in hoc non recte. ¶ Male etiā circa pecunias publicas apud spartiatas constitutū est. quia nec in publico habent quicq̄: & magna bella gerere coacti/pecunias egre cōferunt.nam quia spartiatarū est plurimū agri:non scrutātur inuicem quā tum quis conferre possit & euenit legislatori.contra q̄ cōmodum est.nam publice inopiā: priuatim amicitiā induxit.De Lacedemoniorū igitur republica in tātum dictum sit.nam hec sunt:que maxime quis reprehendat.

¶ SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

O Stendit in precedēti capite Milesiorum rempublicam ab Hippodamo non irreprehensibiliter fuisse ordinatā: illud idem ostendit de republica Lacedemoniorū/ proponens in republica Lacedemoniorū & Cretensium/ & reliquis/fere duo esse pquirenda.primum si quid recte an non recte in illis sit ordinatū. secūdum si quid subaduersef ad propositam intentionē & modum reipublice/ quam ipsi intēdunt. Primo igitur apud Lacedemonē nō scite ordinatum esse videtur:e vicinis vrbibus/vbi cōpugnarent aut rebellarent suis magistratibus/dedititios accipere in seruitutem & cliētelam quos Illotas vocabāt. nam certum est omniū consensu/ oportere in bene constituta republica necessariorū adesse facultatem.sed quo pacto id tandem faciēdum sit: haudquaq̄ cognitu facile.non enim eiusmodi extraneorum in clientelā susceptio:eorū est/que reipublice necessaria sunt. nam & penestie thessalorū/frequenter insurrexerūt/& simili modo illotes Lacedemoniorum/in casibus eorum aduersis insidiari persistunt. Verum apud Cretenses nichil adhuc tale accidit.causa forsan est: opposita ordinatio.nam tamensi vicine vrbes inter se bella gerunt:abstinent tamen/vt cum nulla earum aduersus aliam cōpugnent/neq; admittant in cliētelam.quoniā contra eos pugnare non cōducit: quibus possessiōes et agros habent finitimos.at contra Lacedemonijs euenit.nam omēs finitimi/ Argiui/Mesenij/ Arcades:Lacedemonijs fuerunt inimici/ postq̄ & ipsi a Thessalis/eorumq; principatibus defecerunt/ dum cum finitimis Acheis/perrebis & Magnesijs gererent bellum/quos Lacedemonij contra eos bello iuuerunt. ¶ Secundo. ¶ Qui admittunt in suam clientelā huiusmodi inter se diffides:aut suis magistratibus rebelles:et si nichil aliud/attamē id pdifficilem curam affert/quonāpacto cum eis cōuersandū sit.nam si remisse erga illos te geras:insolescunt/& seipsos dominātibus.pares existimant. sin aspere tractētur:insidiātur & odiunt.patet igitur eos qui hec erga ilotiam/suosq; subditos patiūtur:non reperisse optimū reipublice modum. ¶ Tertio. Quia in republica Lacedemoniorū:remissio in mulieres & ad propositū reipublice nocet/ & ad ciuitatis decorum atq; cōdecentiam.nam vt domus partes sunt vir & vxor:ita statim censendū est ciuitatem diuidi in virorū multitudinē ac mulierū.quare in quacunq; republica male circa mulieres prouisum est:in ea putandū est/ciuitatis medietatē legibus male esse dispensatā.quod in illa republica factitatū cōperitur. volens enim legislator totam ciuitatē duram & laborū patiētem efficere:in viris quidē id effecisse cōstat/in mulieribus autem omisisse.nā molliter viuunt/ & in omnē licentiam atq; vite luxum dissolute.quare necessariū est in tali republica diuitias haberi in precio:multo etiam magis q̄ si mulieribus non essent obnoxij. et mulieribus quidem deditos esse atq; obnoxios: omnibus ferme militaribus/ bellicosisq; generatiōibus accidit/preterq̄ celtis. & si qui alij masculorū infandam venerem palam receperūt. videtur qui primus fabulatus est:non irratiōabiliter venerem marti cōiunxisse.nam omnes huiusmodi homines proni sunt ad venerea/illisq; dediti.quare & apud Lacedemonios idem fuit: multaq; in eorum principatu a mulieribus ministrātur. eniuero quid refert vtrū mulieres ipse gubernent: an eos qui gubernātia mulieribus gubernari/idem profecto accidit.Et cum temeritas ad nichil/ nisi forte ad bellum vtilis sit:maxime etiam nociue ad hoc ipsum fuerunt lacedemonice mulieres.quod patefecerūt in Thebanorum agressu.nam non magis vtiles se prestitere: q̄ aliarum ciuitatū mulieres/ et tumultum turbationē inferebant/magisq̄ hostes. Et ab initio forte non irrationabiliter contigisse videtur Lacedemoniorū mulieribus:huiusmodi vite licentia.nam longo temporis interuallo domo viri abfuerant/nunc aduersus argiuos/subinde aduersus arcadas & Mesenios bellum inferentes.ex ercētes enim seipsos:legū latori se prestabant assuefactos propter militiā.vita namq; militaris:/mul

tas cõtinet virtutis partes. Et fertur Lycurgus conatus deducere mulieres ad suas leges: verũ vbi re
luctabant/abstinuisse tãdem. cause igitur cur in luxum/moliciemq; & huiusmodi vite licentiã inci-
derunt Laconice mulieres: he sunt. quare (vt manifestum est) et peccati earum. Sed nos non id con
sideremus cui venia danda aut non dãda: sed rectum ne sit an nõ rectum. que vero circa mulieres
non recte se habent: vidẽtur (ceu dictum est prius) non solum indecentiã quandã/indecorũq; & in-
cõcinnitatẽ facere in republica. sed ad cupiditatẽ quoq; impellere pecunie. ¶ Quarto. Quia quis-
piam iure carpere possit inequalitatẽ possessionum. nam hinc effectum est: vt eorum aliqui magnã
nimiũ facultatũ opulẽtiam haberẽt/alij vero penitus exiguam. quare ad paucos eorum deuenerũt
agri. et hoc certe accidit illis ea de causa: quia male lege ꝓpulsum fuerat. quoniã legislator legem tu-
lit/emere ab altero aut vendere quod habeas nõ esse licitũ/& id quidem recte: sed donare ac testa
mento relinquere cõcessit. Verum idem accidat necesse est. per hunc donãdi/testandiq; modũ/ ac
per emptionẽ venditionemq; propriarũ facultatum. nam mulieres ferme due sunt partes e quinq;
partibus totius regionis: quarum multe constitute sunt heredes. ¶ Quinto. Respublica Lacedemo
niorũ: ob dotes argui reprehendiq; potest. nam magnarũ dotum annuit traditionem. atqui melius
erat aut paruam/aut nullam/aut mediocrẽ esse institutam. nũc etiam licet donare ex testamẽto cui
cũq; libuerit: & q̄uis nullo instituto herede decesserit ipse qui e vita migrat/cuicũq; voluerit dat. ex
quo factum est vt regio sufficiens mille et quingentos equites alere/peditũ autem tria milia: ne mil-
le quidẽ totos habeat. probauit autem rerum euẽtus: praue apud illos hac in parte fuisse prouisum:
nam ne vnã quidem plagam sufferre potuit ciuitas: sed dissipata est ob hominũ paucitatem. Aiunt
etiam per tẽpora primorũ regum nouos homines ꝑmultos ciuitate donatos: ob numerũ ciuium ad
augendũ/propter eos qui (plurimo tẽpore durante bello) diminuti fuerant. feruntq; fuisse quãdoq;
Lacedemoniorũ decem milia. attamen siue hec vera sint/siue non: melius est per equationẽ facul-
tatum/implere hominibus ciuitatẽ. ¶ Sexto. Quia circa liberorũ procreationẽ/non recte videtur le
ge prouisum. nam facultatũ equationi aduersatur. volens enim legislator q̄plurimos fore Lacede-
monios: induxit ciues ad ꝓcreande multitudinis studium. nam illis lex est: qui tres genuerit filios/
eum immunẽ esse a ciuitatis custodia. qui quattuor immunẽ esse ab omĩbus. atqui perspicuũ est si
q̄plurimi gignãtur in regiõe sic distributa: necessariũ fore multos fieri pauperes. ¶ Septimo. Quia
circa ephororũ presidumq; magistratũ: in republica Lacedemoniorũ/non recte prouisum est: nam
is magistratus maximarũ apud illos rerum potestatẽ habet: et e populo omnes assumũtur ephori.
quare sepenumero cõtingit homines valde pauperes/in hac potestate constitui. qui propter ege-
statem: venales fiunt. ostenderũt id sepe prius/& nunc in andrijs. corrupti enĩ quidam pecunia: quã
tum in se fuit/totam rempublicã Lacedemonioꝝ euerterunt. et ꝓpter nimiã huius magistratus po
testatẽ/ac tyrannidi parem: reges ipsi se cogebant/fauore populũ tractare ita vt in hoc lederetur res
publica. nam ex optimorũ gubernatione: popularis status inductus est. At dices: continet hic ma-
gistratus rempublicã. nam populus reipublice acquiescit: quia maximi magistratus est capax. qua-
re siue legislatoris prudentia siue fortuna id acciderit: cõducibiliter sese rebus habet. nam oportet
rempublicã que duratura sit. velle vt omnes ciuitatis partes cõstent/suoq; in statu ꝑmaneant. ergo
propter honorẽ ita se habebunt: probitate autem perditi viri/propter senatum (nam ea dignitas vir
tutis est premium) populus autem propter ephoriam. nam cõstituitur ex omnibus. Ad id responde
mus/oportere quidem hunc magistratũ sumi ex omnibus: non tamen per hunc modũ/ per quem
nunc fit. est enim nimiũ puerile. preterea iudicandi de rebus magis habent homines qualescũq; po
testatem. verum satius esset: non secũdum ꝓpriam mentem/sed secundũ litteras & leges iudicare.
¶ Octauo. Quia Ephoroꝝ viuendi forma: subaduersatur proposito ciuitatis. nam Ephori laxe/re
misseq; viuentes/etatẽ transigũt: in ceteris autẽ tanta est vite asperitas/vt nequeãt homines illam ꝑ
ferre sed clam legẽ transgrediẽtes: corporis genio voluptatibusq; indulget. ¶ Nono. Neq; apud La
cedemonios: senatorũ potestas recte est instituta. nam si sint viri equi & boni/ ac sufficiẽter ad vir-
tutẽ eruditi: annuat forsan aliquis ciuitati cõducere. attamen ꝙ per omnẽ vitã magnis de rebus hãc
decernẽdi potestatẽ habeant/periculosum est: est enim vt corporis: sic etiã prudentie senectus. hoc
modo autem institutis/ vt & legislator ipse diffidere possit tanq̄ non bonis viris/ nequaq̄ tutum illi
videri debuit per totã vitam illis annuere magistratus administrationẽ. ¶ Decimo. Quia hec pote
stas facultatẽ permultã habet dona elargiendi/ gratificandiq; ex cõmunibus bonis. Ideo satius vi-
detur: vt correctioni/reddẽdeq; rationi subiecta esset/neq; essent ipsi magistratũ hunc gerentes si-
ne correctione. nunc autem sunt. ¶ Vndecimo. Quia magistratus Ephororũ: videtur omnes alios
magistratus corrigere. & i hoc certe nimiũ ephorie ꝑtãn ꝑmissum est munus/neq; hoc mõ dicimus

correctiones fieri oportere repetũdas esse rati͂oes. ❡ Duodecimo. Quia creatio ipsa senatorũ quã per suffragia faciunt: admodũ leuis est quoq; magistratũ petat qui eligendus sit non recte se habet. nã oportet & volentem & non volẽtem (modo eo magistratu idoneus sit) ad magistratũ assumere. nunc autẽ legislator hoc statuendo: idem facere videt quod & in alia republica. ambitiosos enim honorisq; cupidos ciues reddens: eis vtitur ad senatorũ delectum. nam nemo magistratũ petit: nisi sit honoris affectator. sed certe q̃ plurima eorũ que homines iniuste pp̃etrãt: per ambitionẽ & auariciã cõmittunt. ❡ Tertiodecimo. Quia non recte circa regiam potestatẽ diffinitum esse videt. iudicant enim solũ per tempus. at satius (non vt nunc quidẽ) per totam cuiusq; regis vitam iudicare. verum de regia potestate conducibilius sit ne in ciuitatibus existere: an secus alia sit disceptatio. ❡ Quartodecimo. Quia ex ordinatione legislatoris constat: eum nõ credidisse se posse facere honestos probosq; ciues. nam diffidit quasi non sint ad sufficientiã boni viri. quocirca censuit vt cum res efflagitaret: legatos sibi vna mitterẽt inimicos: ac salutẽ ciuitatis esse putaret seditiones regum. ❡ Quintodecimo. Neq; comessationes (que Phiditia nũcupant) recte sunt ab initio lege ordinate. nam magis oportebat huiusmodi conuentũ ex publico esse: quemadmodũ in Creta. Verum apud Lacedemonios vnusquisq; conferre habet: tametsi quidam sunt longe pauperrimi: et qui huiusmodi sumptũ nequeant pferre. quare euenit contrariũ legislatori: atq; ipse volebat. volebat enim per huiusmodi comessatiões ciuitatẽ efficere popularẽ. at ex tali legis puisione: minime euadit popularis. nam nõ facile est paupibus comessationũ esse participes. quandoquidẽ more patrio sic apud eos diffinitur: vt qui comessationũ particeps esse nequeat: is ad reipublice administrationẽ non admittatur. ❡ Sextodecimo. Quia eam legem que est circa pfectos classis: & aliorum nõnulli iam improbauerũt. nec ab re quidem. est enim seditionis causa. nam cum reges belli sint duces: prefectura illa ppetua fere alterum est regnũ. ❡ Septimodecimo. Simili modo quis reprehẽdere queat legislatoris suppositionẽ atq; propositum: quod & Plato in legibus facit. nam ad partem virtutis tota Lacedemoniorũ legum ordinatio cõtendit: ad bellicam videlicet. hec autem ad comparandã victoriam dũtaxat vtilis est. quare saluabant Lacedemonij belligerantes. at vbi rerum erãt potiti: peribãt. quoniã nec ocium agere: neq; quicq̃ aliud prestabilius q̃ rem militarẽ exercere sciebant. ❡ Duodeuicesimo. Quia id erratum non sane minus est: q arbitrentur ea bona que ad bellum ptinent: ex virtute magis q̃ ex vicio fieri. & esto in hoc arbitrẽtur recte: sed q hec ipsa virtute potiora sint: in hoc nõ recte putant. ❡ Vndeuicesimo. Male etiam apud Lacedemonios circa pecunias dispẽsatum est. quia neq; in publico habent quicq̃: & vbi magna bella gerere coguntur: egre pecunias erogant. nã quia Lacedemoniorũ est plurimum terre: non explorãt inuicem: quantũ quis contribuere possit & accidit legislatori contrariũ eius: quod reipublice cõducit. nam publice inopiã priuatim auariciã induxit. Et hec de republica Lacedemoniorũ: que quis maxime reprehendere queat.

❡ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM.



E Lacedemoniorũ autem republica. Lacedemoniorũ respublica tribuitur Lycurgo. Vetuit tamen illam scribi. nam fertur vna legum Lycurgi (quas rhetras appellant) hec fuisse: legibus scriptis nõ vtendum. suspicãtur enim id tulisse Lycurgum: vt omnia futura instituta sua esse viderẽtur: sicq; leges sue nunq̃ interiture. quas si scripto reliquisset facile fuisset internoscere: que postea ad formationẽ reipublice adiecta essent: non fuisse Lycurgi. ❡ Viuunt enim molliter ac in omnẽ licentiã dissolute. de licentia mulierum Lacedemoniarũ: ex ijs que Xenophon scribit de republica Lacedemoniorũ cognoscere licet. scribit enim Lycurgum noluisse mulieres Lacedemonicas educari vt ceteras: non domi clausas esse: non lanificia tractare: & reliqua aliarũ in alijs ciuitatibus mulierũ opera: sed huiusmodi voluit eas que serue essent agere. mulieres autem ipsas in certamen descendere: cõcurrere viris: & nudas exercere palestras. neq; cõgressionem earum militibus inhibuit vbi cõcupite forent dũmodo id clanculũ & in occulto patrarẽt: et multa longe stultiora. & cum Plutarchus ad maiorẽ Lycurgi commendationem de molitudine Lacedemoniarũ taxare voluisset Aristotelem quasi non recte illas accusasset: statim ferme quasi sui oblitus inducit quẽdam interrogantem quãdam Lacenã: cur mulieres Lacedemonie sole viris suis dominarẽtur: respondisse autẽ quia sole viros parerẽt. quo subiũcto: earũ & petulantiã: & licentiã cõfirmat. ❡ Preter Celtas: Celtas gallos interpretantur. et cõsimile de gallis Clemens in recognitiõibus petri habet. & gallia celtica contineri dif finit limitibus suis Rhodano Garona & Secana fluminibus: longissime nunc ab hoc infando vitio abhorrẽs. qđ si vspiã forte cõtingit: qđ prarũ cognoscit: statim tã sceleratũ tã imane facinus vlcisci

Xenophon. Lycurgus.

Plutarchus. Lycurgus. Aristoteles.

Galli celtici Aristoteles.

Lycurgus. Agis. Cleomenes. Lysander. Agesilaus. Aristides Alcibiades. Cimon. Demosthenes Euagoras. Pericles. Nitias. Phocion. Solon. Pelopida. Epaminũdas Hannibal. Eristeus. Agis. Archestratus. Charillus. Lycurgus.

tur/vindecibus flãmis.q̃ si aliquando infecta hoc fiorrendovicio notatur/cũ forte diu litaret/et infer no Ioui:postq̃ Christum agnouit misericordiã cõsecuta/tantũ Facinus & quicquid tale eẽt vel maxime exhorruit/nomẽ etiam tam infame non ferens. Christus igitur (cui gratie debẽtur) omnem gẽtem a tam infãda peste liberet. Patefecerũt hoc in Thebanorũ aduentu. Quia hi politicorũ libri rebus gestis que ex historiis cognoscũtur scatent/& si ex vnaq; quippiam q̃uis exiguũ in mediũ inferretur/maior moles succresceret q̃ ipsum sit Politicorũ opus:iccirco nõ est cõsilium cum de Thebanis/ Atheniẽsibus/ Lacedemonijs & huiusmodi inumeris res gestas paucis ad suum ꝓpositum tangit Aristoteles/et quod sane ad politicam intelligentiã sufficit/& satis esse duxit: historias illas adducere. quod eni superaddereẽ ad curiositatẽ magis/et superfluũ q̃ intelligentie necessariũ. verum qui forte erunt curiosiores/cum Lacedemoniorꝝ res memorãdas citat:legant Plutarchi Lycurgũ/ Agidem/Cleomenẽ/Lysandrũ: Agesilaum. cum Atheniensiũ: Aristidem/ Alcibiadem/Cimonem/Demosthenem/ Euagorã/periclem/ Nitiam/Phocionem/ Solonem. cum Thebanorũ: Pelopidem/ et Epaminũdam. cum Carthaginensiũ Hãnibalem. & ita cum reliquorũ:alios secundũ regiones & loca. ℂ Etiam reges ipsos fieri populares cõpulerunt. duo apud Lacedemonios erant reges:et illi in bellica expeditione omnẽ habebant authoritatẽ. itaq; Lacedemoniorꝝ rex:impator belli. quod ex numero 91 quinti:amplius intelliges. ℂ Aiunt etiam per tẽpora primorũ regum. primi reges Lacedemoniorꝝ: Euristheus/ Archestratus fuisse legunẽ. hi enim tẽpora Charilli siue Leoboti & Lycurgi precesserũt. ℂ Est enim vt corporis sic etiam mentis senectus. Non hic senectam secũdum substantiã intellige (mens enim essentia/substantiaq; immortalis) sed secundũ prudentie habitũ. nam senium/rerum memoriã delet/obliuiososq; reddit: & ad agenda cõsideranda reddit impotes. bene igitur ea ex parte: mentis quedã & perspiciẽtie senecta intelligitur. Et grece hẽ και Διανοιας γηρας: vbi dianœas non proprie mẽtem:sed sententiã & cogitationẽ significat. loco cuius pro subiecta materia in littere elucidatione posuimus prudentiã. nam sunt qui ex hoc loco conẽtur/ad impiorum sectam traducere Aristotelẽ:quasi hominũ mentes & animas senserit cũ corpore interituras. verũ talium et consuetudinẽ & cõtentionẽ. salubre est cognoscere:semp esse deuitandas. ℂ Circa comessationes que Philitia. phiditia quasi Phiditia ab amicitia volunt greci huiusmodi conuiuia esse dicta. ℂ Non facile est pauperibus. authore plutarcho quisq; μεΔιμνους id est modios/quinq; inferebat. ℂ Male circa pecunias publicas. In vita Lycurgi continetur:quo pacto vulgares artes & pecuniarum studium tanq̃ non necessariũ prohibuerit/qꝙ; seruilis esset opificum & parantiũ pecunias occupatio. verum & nũmum ferreum statuit pene inutilem:magno quidem pondere/& minimo valore. vbi enim primũ (inquit Plutarchus) nũmum omnẽ aureum & argenteũ irritum reddidisset:ferreo solo vtendũ imperauit. fecitq; vt ex vasto pondere & magnitudine valeret parum:ita vt nummus decem minarũ instar:magno domi penu indigeret/inuentisq; ad vehendum.

Nummus ferreus.

ℂ De republica Cretensium. Cap. VIII.

Minois & cretensiũ respublica. Lycurgus. Charillus. Lyctij qui & cretenses. Minos. Peloponesus que et isula pelopis. Triopium. Rhodus. Sicilia. Camerina. Phiditia. Andria.



Cretensium vero respublica:huic finitima est. Habet autem pauca nõ dete- 21
rius quidem:sed plurima minus nitide. eniuero videtur & ferẽ Lacedemoniorũ respublica:in plurimis imitata Cretensem. vetusta autem pleraq; rudiora sunt nouis. Ferunt enim Lycurgum post dimissam Charilli regis tutelam:cum longo tempore peregrinareẽ in Creta/tunc plurimũ temporis fuisse diuersatũ propter cognationem. erant enim Lyctii Lacedemoniorꝝ coloni. susceperãt autem ii qui in eam coloniam venerant instituta legum: que tunc in antiquis habitatoribus obtinuerãt. quapropter & nunc accole eodem modo illis legibus vtũtur:quomodo eas Minos constituit primus. Videtur autem hec insula ad principatũ grecie nata/ac preclare sita. cuncto namq; iminet mari. cum fere greci omnes/circum mare sint positi. abest enim/hinc modicũ a Peloponeso: illinc vero ab Asia/a loco qui circa triopium & Rhodũ. quare imperiũ maris obtinuit Minos:ac insularũ alias subegit/alias vero dudum incultas habitari fecit. tãdem siciliã aggressus/circa Camerinam defunctus est. ℂ Habet autem cõuenientiã Cretica istitutio cum laconicã. nam agriculturã exercet apud hos quidẽ ilotes: apud illos vero perieci id est accole. Et comessationes sunt apud vtrosq;. & antiquitus nuncupabant Lacedemonii hec non Phiditia/sed Andria: quemadmodum Cretenses. ex quo palam est:inde prouenisse. Insuper autem & reipublice institutio. Ephori namq; eandem vim habent:quam in Creta ii qui cosmi appellanẽ. nisi q̃ Ephori nũero

quincꝫ sunt:cosmi autē decem. Senatores autem:pares sunt senatoribus/quos vocāt Cre
tes cōsilium. Regia autem potestas fuit primo apud Cretas:postea illam sustulerūt/impe
rio in bello ad cosmos translato. Concio autē omnibus cōmunis est:sed aliam nullā ha
23 bet authoritatē/q̄ ea cōprobandi quæ a senatoribus & cosmis fuerint añ decreta. ¶ Quæ
igitur de comessationibus cōstituta sūt:melius se apud Cretas q̄ apud Lacedemonios ha
bet. nam apud Lacedemonios vnusquisqꝫ certum quid in singula capita taxatum soluit:
quod nisi faciat a republica lex repellit/vt prius diximus. at in creta comunius est. ex cun
ctis enim qui oriuntur fructibus & armētis/ex publicis & iis alationibus quas ferūt acco
le:diuisio fit. vt pars vna ad duorū cultū & ad publica onera/pars ad comessationes depute
tur. atqꝫ ita fit. vt ex publico educētur oēs:& mulieres/& pueri/atqꝫ viri. ad tēperantiā aūt
cibi/quasi vtilis sit. multa legislator philosophatus est. & de mulierū diuortiis/de carū cō
gressione ad viros:ne superfluā pariant multitudinē etiam ꝓspexit. qđ vtrū praue an nō
praue cōstitutū sit aliud erit cōsiderādi tēpus. sed ꝙ circa comessationes melius ꝓuisū sit
24 apđ Cretas q̄ apud Lacedemonios:manifestū est. ¶ Ac circa cosmos deterius q̄ circa epho
ros quod enim mali habet ephororum magistratus:id est & in illis. Sumuntur eni quiuis
sed quod in his prodest reipublice/illic non est. nā hic quia ex omnibus assumptio est: par
ticeps populus amplissimi magistratus/vult manere republicam:illic autem nō ex omni
bus sumūtur cosmi:sed ex quibusdam familiis/& senatores ex iis/qui iam cosmi fuerūt.
¶ De quibus idē dici potest. quod de iis qui apud Lacedemonios fiūt. nā esse liberum ma
gistratum atqꝫ perpetuum maius est munus/q̄ dignitas eorum mereat. & non secundum
legē scriptam iudicare/sed secūdū quod sibi videtur:periculosum est. Quiescere autem
plebē non participantē:nullum signū est bene cōstitute ciuitatis. ¶ Nec quicq̄ susceptio
nis fit cosmis: quemadmodum Ephoris habeantqꝫ per insulam longe contendentibus.
Medicina vero quam huic delictio adhibent/ridicula est: nec ciuilis/sed potentatus. se
penumero eni aut college illorū/aut priuati homines insurgentes p seditionem cosmos
expellunt. ¶ Licet autem cosmis se ipsos magistratu abdicare. enimuero hæc omnia præ
stabat lege fieri/q̄ pro hoim voluntate. nō enim secura est regula. ¶ Omniū vero deterri
mum:potētium a cosmatu depositio. quam sepe cōcitant. cū nō sentētias dare volūt. qua
etiā ratione manifestū est:habere illā institutionē aliquid reipublice:sed non esse rēpubli
cam/at potētatū magis. cōsueuerūt aūt cōcitata plebe & amicis:ad vnius arbitrium rem
cōficere/seditionesqꝫ & prelia inter se miscere. at vero id quid differt ab eo: quod tādem
ea ciuitas non sit/dissoluta ciuili societate? ¶ Est autē periculosius hic reipublice status:
siqui velint/possintqꝫ inuadere. sed (vt supra diximus) seruatur propť locū. procul enim ad
uenas expulit. quapropť accole manent cretēsibus: verum Ilotes per sepe a Lacedemoniis
defecere. non enim erat in creta externorum vllus principatus. sed nuprime bellum pere
grinum irrupit in illam insulam:quod patefecit imbecilitatem legū suarum. De hac igi
tur republica:hec dixisse sufficiat.

¶ OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

21 HIc de re publica Cretensium. Narrat Cretensem rēpublicam habere pauca non deterio
ra quidem:sed plurima minus delucide q̄ Lacedemonica. nā videtur & ita inuulgat fa
ma:rempublicam Lacedemoniorum in plurimis imitatā esse eam/ quę est Cretensium.
modo pleraqꝫ vetustiora rudiora sūt/& minus elaborate tradita nouis. & quō Lycurgus leges quas
imitaretur:quoquopacto a Cretensibus accepit. dilucida est & aperta in littera narratio. ¶ Conue
22 nientia Laconice reipublice & Cretensis. ꝙqꝫ Cretensis antiquior sit/vtpote ad cuius imitationem
Lycurgus Lacedemonicā formauerit. littera apertam continet narrationem. ¶ Melius ordinatum
23 fuisse circa comessationes in republica Cretensium q̄ Lacedemoniorum:ꝙ illic publicarum opum
pars ad comessationes deputaretur/hic vero non ex cōmunibus sed ꝓpriis cōuiuant. ¶ Apud cre
24 tenses deterius esse lege prouisum circa cosmos & consilium/q̄ apud Lacedemonios circa Epho
ros & senatum. primo ꝙ apud Lacedemonios Ephori ex omni populo eligantur:quod continet
saluatqꝫ rēpublicam. illic vero ex certis familiis/& ꝙ ex illis qui fuerunt cosmi/ eligitur consilium. sic
autem:apud Lacedemonios non fit. ¶ Secundo. Quia ea q̄ de ephoris adducta sunt in superiori
capite incōmoda. de cosmis afferri possunt. nā liberum correctioni repetendisqꝫ rationibus nō sub
iacentē/& perpetuum esse magistratum:maius est munus q̄ cosmorum mereatur dignitas. & secū

dum arbitrium iudicare/& non secundũ legẽ scriptam/vt cosmi faciunt:nequaq̃ est tutum.& si populus quiescit neq; insurgens seditiones mouet quis huius dignitatis minime sit particeps:id nullũ est signum bñ institute ciuitatis ❡Tertio.Quia a cosmis respublica nullam sumit vtilitatem:vt ab ephoris.nã cosmi per insulam longe a contẽdentibus diuagant.Et medicina quã huic delicto adhibẽt:ridicula est/& paucorũ potẽtie.quia videlicet(nisi per insulam diuagẽtur)sepenumero cõp rincipantium aliqui/aut quidã conspirantes:seditiones excitant/ac expellũt cosmos.❡Quarto.Quia licet cosmis seipsos magistratu abdicare.verũ hęc omnia lege fieri pręstabat.q̃ pro hominum voluntate.nõ enim secura est regula:hominũ voluntas.❡Quinto.Quia omnium deterrima turbatio ipsorum potentum a cosmatus dignitate depositio/quę sępe cõcitatur/quoties sententias ferre nolunt.vñ manifestum esse potest:Cretẽsium institutionem habere aliquid reipublice:sed non esse rẽpublicam:sed paucorum potentiam magis atq; dynastiam.consueuerunt autẽ(cum quis a cosmatu deponitur)cõcitata plebe & amicis:ad vnius arbitriũ/ceu monarche/ rẽ cõficere/seditionesq; & p̃lia inter se miscere.at vero quid hoc tandem differt ab eo:vt ea ciuitas nõ sit dissoluta ciuili societate atq; concordia?❡Sexto.Quia hic status reipublice periculosus est: si qui velit possintq; inuadere Sed(vt superius dictum est)cõseruatur propter loci aptitudinem/optimumq; situm.aduenas enim procul excludit.quapropter accole immanẽt:neq; vnq̃ deficiunt a cretensibus.verum ilotes: persepe a Lacedemonijs defecere.neq; enim Cretes exteris principare soli erant:vt Lacedemonij Ilotibus.Sed nuperrime bellum peregrinum(quod in Cretam irrupit)patefecit imbecilitatem legũ suarum sed de republica Crete nisi:hęc dixisse sufficiat.

Dynastia potentatus.

❡ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

FEruut enim Lycurgum.Sic Herodotus de Lycurgo.ferunt Lacedemonij Lycurgum cũ
esset tutor & patruus Leoboti Spartiatarum regis:Creta hęc attulisse.si quidem compri 21
mum tutor factus est:omnia iura immutauit.deditq; operam ne quis ea p̃teriret.deinde
quę ad bellum pertinerent/iusiurandũ/conuentus/comessationes: super hęc instituit tri
bunos plebis/ephoros/ac senatores.❡Nũcupabãt Lacedemonij hęc non phiditia:sed Andria.cõ 22
uiuia sua Cretenses non αποτισ φιλιασ αλλαμη των ανδρων.id est a viris nuncupabant:q̃ soli viri
illis interessent comessationibus.❡Quam in creta ij qui cosmi appellantur.Cosmus id est ornamẽ
tum:magistratus quidam apud Cretas ex plebe creatus qui ephorie Lacedemonice/& tribunicie
potestati Romane respondebat.

❡De superiorum rerumpublicarum cõparatione. Cap. VIII.

Comparatio Tres respublice: Cretensis/ Lacedemonica & Carthaginensis.

VIdetur autem Carthaginensium respublica bene constituta:multaq; habere p̃ter
alias/quedam vero maxime similia Lacedemonijs.tres enĩ iste respublice quo 25
dãmodo inter se p̃xime sunt:multumq; distant ab alijs/cretica dico:& laconica
& earum tertia carthaginẽsium/multaq; apud illos prouisa sunt recte. Signum
autẽ reipublice bñ institute est:q̃ populus manet in institutione reipublice: neq; seditio
nem vllã(quod dictu dignũ sit)vnq̃ fecit/neq; tyrannum. Continet similia autẽ Lacede
moniorũ reipublice.comessationes quidem sodalitiorum/phiditijs.centum autẽ & quat
tuor virorum potestas/ephoris.preterq̃ q̃ non deterior.nam illi ex quibuscũq; sunt:hanc
autem potestatem suscipiunt optimates.Reges vero & senatus:cõueniũt Lacedemonio
rum regibus & senibus. melius autem/q̃ reges nõ secundum genus/neq; id temere: sed
siquid prestantius est eorum qui eliguntur/q̃ quod affinitas afferat/aut etas.nam qui ma
gnam habent potestatem:si ipsi nullius precij sint/multum nocent: nocueruntq; iam La
cedemoniorum ciuitati.❡Plurima igitur eorũ que reprehendi solent propt' transgressio
nem:cõmunia sunt omnibus antedictis.❡Sed quãtum ad intẽtionem optimatũ attinet 26
& reipublice:quedam ad popularem statum magis declinant/quedam ad paucorum po
tẽtiam.nam referendi quidẽ ad populum aut non referẽdi aliqua: reges vna cum senatu
domini sunt/si omnes concordent.si non cõcordent.dominus ipsorum populus est.que
cunq; aũt retulerint magistratus nõ approbandi modo sentẽtias que magistratibus visę
sint/potestas permissa est populo/verum etiam pro arbitrio constituendi prouidendiq;/
& cuius cõtradicere relatis eorum licet:quod non est in alijs rebuspublicis:quinqueuira
tum vero qui multarũ ac magnarum rerum potestatem habet ab illis eligi/& centumui
ratum hos eligere qui est maximus magistratus:& hos pluri tẽpore q̃ alios imperium re
tinere(nam & perfuncti magistratu:imperant:& designati ad magistratum)ad paucorũ

potẽtiam spectat. esse autem sine mercede & sine electione que forte fit/optimatium est ponendum/& si quid aliud tale: & iudicia omnia a cunctis magistratibus iudicari/& nõ ab aliis alia/vt apud Lacedemonios. ¶Transgredit̃ autẽ maxime ab optimatibus ad pau corum potentiam institutio Carthaginẽsium/secundũ quandã intelligentiã: ea ratione quam etiã multi cõprobant. non solũ enim optimos/verum etiã ditissimos censent i magistratibus esse ponẽdos: quasi impossibile sit/qui egenus existat/cum bene magistratũ gerere/& quietem agere. si igitur sumere diuitẽ paucorũ potentie est/per virtutem autẽ optimatum: ista quidẽ fuerit species tertia: per quã cõstituta est apud Carthaginẽses respu blica. creãt enim magistratus ad hec duo respiciẽtes: & p̃sertim maximos: vt reges & du ces bellorum. ¶Putãdũ est autẽ huiusmodi excessum ab optimatibus: esse errorẽ legis cõ ditoris. nã ab initio puidisse/valde necessarium fuit: vt optimi valerent quietẽ agere: nec quicq̃ indecorũ facere/nõ solũ in magistratu/sed nec etiã in vita priuata. Q̃ si inspicere oportet ad opes gratia quietis: prauum est maximos magistratus esse venales regnum & belli ducatũ: hec enĩ lex: preciosas magis facit diuitias q̃ virtutẽ ac ciuitatem totã ad studium pecuniarũ conuertit. nã quicquid apud ciuitatis principes habet̃ in precio: necessarium est & aliorum ciuiũ opinionem subsequi. vbi autẽ non maxime honoratur virtus: ibi nõ est possibile firmũ optimorum esse in republica statũ. assuescere vero ad lucra ratio nabile est vendẽdo: quãdo per largitionem adipiscuntur dignitates. absurdũ est enĩ si pau per quidẽ aliquis/verũ bone mentis lucrari velit: improbior autẽ nõ velit/cũ sumptus fecerit. quo circa oportet eos qui possunt optime gerere magistratũ: at magistratum assume re. satius quoq; fuisset/si author legis opulentiã prestãtie bonorum virorum puidisset: ac eorũ qui in magistratu forẽt/quiti pspexisset. ¶Prauum etiã videri potest/plures magistratus ab vno homine geri: quod in honore est apud Carthaginẽses. vnicũ enim ab vno optime perficitur opus: hoc aũt vt fieret: puidendũ fuit a legislatore/atq; iubendum non eundẽ tibicinẽ esse atq; sutorem. quare vbi nõ parua est ciuitas: magis ciuile est vt plures sint participes magistratuũ: magisq; populare. cõmunius enĩ vt dicimus: & melius singu la conficiuntur/atq; celerius. patet autem hoc in bellicis rebus & nauticis. in his enĩ ãbabus per omnes (vt ita dixerim) transit imperare & parere. Sed cũ ad paucorum potentiam vergat respublica: optime illud affugiunt/vt semper aliqua plebis pars ditetur ad oppida mittẽtes. per hoc enĩ arbitrãtur/ac efficiunt: statũ ciuitatis permanere. sed hoc est fortune opus. oportebat vero non per fortunã sine seditionibus esse: sed per legislatorem id fieri. nũc autẽ si aduersa fortuna quępiam incidit/& plebs a gubernatoribus secedat: nullũ est remediũ legis ad quietem adhibitum. Lacedemoniorũ igit̃/& Cretensiũ/& Carthaginẽ sium respublice/que merito insigniores habentur: in hunc modum se habent.

¶NONI CAP. COMMENTARIVS.

DE republica Carthaginensi: apertã littera continet narrationem. ¶Tametsi respu
25 blica Carthaginensium/ quedam melius constituta contineat q̃ Lacedemonica:
nõ tamẽ optima respublica est/optimeq; instituta. Primo. Quia plurima cõmunia
sunt iis/quę de republica Lacedemoniorum adducta sunt: que ratione consimili
26 reprehendi queunt. ¶Secundo. Quia quedã suppositioni/ intẽtioniq; & pposito legislatoris subaduersantur. nã quãtum ad intentionem optimatũ attinet/& reipublice: quędam ad popularẽ statum magis declinãt/ & quędam ad paucorũ potentiam. nã reges cũ senatu/nõnulla ad populum referendi aut nõ referẽdi domini sunt si omnes concordent/si non cõcordent dominus ipsorũ populus est. quecũq; autem magistratus ipsi retulerint/ non solũ nõ approbãdi sententias que magistratibus vise fuerint/populo permissa est potestas: verũ etiam p arbitrio constituẽdi prouidendiq;/& cuiuis eorũ iis que a magistratibus relata fuerint cõtradicere licet. quodquidẽ nimis populare est. & quod in ceteris rebuspublicis nõ est. at quinqueuiratũ qui multarũ ac magnarũ potestatẽ habet/ab illis eligi/ab his autẽ quinq; viris centũuiratũ qui maximus magistratus est/in quo qui magistratu fungũtur pluri tẽpore authoritatẽ retinent (nã & pfuncti magistratu imperant/& designati ad magistratum) ad paucorũ attinet potentiã. at esse sine mercede/ & sine ea quę sorte fit electione/& si quid aliud tale/& iudicia omnia a cũctis magistratus iudicari/ & nõ alia ab aliis vt apud Lacedemonios: optimatium esse ponendum est. ¶Tertio. Quia maxime

respublica Carthaginensium intelligentia quadã vt etiam multi cõprobant:trãsgreditur ab optima
te ad paucorum potentiã.nã non solũ optimos/verũ etiam ditissimos censent in magistratibus esse
ponendos:quasi sit impossibile/eum qui inopia laboret & bene magistratũ gerere/ & cõtentum ab-
stinentẽq; ab aliorum bonis viuere. quare si sumere ad magistratũ diuitẽ/paucorum potentie est/
& per virtutẽ optimatium: ista species/per quã respublica apud Carthaginenses cõstituta est:tertia
sit/neq; optimorũ status neq; paucorũ/sed ex vtrisq; nõnichil participans. nam creant magistratus
ad hec duo(virtutẽ inquã & diuitias)respiciẽtes:& presertim maximos/vt reges & imperatores/du
cesq; bellorum. ¶ Quarto. Quia videtur hic error & ab optimorum statu lapsus/ex culpa legislato
ris cõtigisse.nã a principio prouidisse valde necessariũ fuit:vt optimi sic nulla paupertie premerẽtur
quin valerẽt quietẽ agere/ nec quiq̃ indecorũ admittere/non modo in magistratu/verũ etiam ne in
vita quidẽ priuata.atqui si inspicere oportet ad opes/vt quis in magistratu quiescat/remq; non cõ-
cupiscat/neq; querat alienã:prauũ est maximos magistratus/regnũ & imperiũ diuitijs emereri/atq;
esse venales nã hec lex magis preciosas facit diuitias q̃ virtutem: ac ciuitatem totã ad studium pe-
cuniarum cõuertit.nam quidquid apud principes ciuitatis habetur in precio:necessariũ est & apd
reliquos ciues idẽ̃dem haberi in precio.vbi aũt non maxime honorat̃ virtus:ibi haud quaq̃ possi
bile est firmũ optimorum in republica esse statum.assuefacere vero ad lucra vendẽdo:rationi con-
sentaneum est eos/qui per elargitionẽ adipiscũtur dignitates.nam absurdum fuerit: si pauper qui-
dem aliquis/verum bone mentis lucrari velit/improbior autẽ non velit:cum sumptus fecerit.quare
oportet eos qui possunt optime gerere magistratũ/seu pauperes/seu diuites:ad magistratũ assume
re.& satius quoq; si legislator/prestantie bonorũ virorum opulentiam ꝓuidisset:ac eorũ(qui in ma
gistratu forent collocandi)quieti consuluisset. ¶ Quinto. Quia prauum etiam videri potest: plures
magistratus ab vno eodẽq; homine geri/quod in honore est apud Carthaginẽses.nã vnicũ ab vno
optime perficitur opus.hoc autẽ/ne fieret:ꝓuidendum fuisset. neq; iubendum eundem esse tibici-
nem:atq; sutorẽ.quare vbi non parua est ciuitas/sed immodica atq; ingens/cuiusmodi est Cartha-
go:ciuilius est vt plures sint magistratuum participes.magisq; populo accommodatum.nam com-
munius(ceu diximus)meliusq; atq; celerius:singula cõficiuntur.id eni ita esse:in bellicis/ nauticisq;
rebus liquido constat. in his enim vtrisq;: per omnes transit(vt ita dicatur)imperare & parere. Sed
forsitan dicet aliquis:cũ eorum respublica/ad paucorum potẽtiã deuergat:summopere deuitãt: ne
semper aliqua pars populi ditetur/ad oppida mittẽtes.per hoc enim efficere arbitrant̃:ac certe effi-
ciunt: paucorũ ciuitatis statum ꝑmanere.verum illi dicemus:ꝙ permaneat esse fortune opus.atqui
oportebat nõ per fortunã sine seditionibus esse:sed ꝑ legislatorem id fieri.nunc autẽ si aduersa que
dam incidat fortuna:& populus gubernatoribus(alijs ad alias vrbes:& oppida missis)deficiat: sedi
tioneq; insurgat:nullum est remediũ legis ad quietem: sedẽdamq; hmõi defectionem adhibitum.
hec de Lacedemoniorum/Cretensium/& Carthaginensium republica.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

SEd quãtum ad intentionem optimatum attinet & reipublice. Optimatũ status/& respu- 26
blica status est optimorum vbi qui presunt:virtute presunt.& qui parẽt: virtute parent.
& qui presunt studiosi/ac boni.Res autẽ publica ea est:quã vocãt censu potestatẽ.& est
laudabiliũ & mediocriũ respublica.sed de optimate & republica in q̃rto huius. ¶ Quin
queuiratum vero.Quinqueuiratus magistratus:qui a quinq; viris geritur.& centũuiratus:qui a cẽ-
tum viris.& ij magistratus & qui ab alio virorum numero denominãtur vt decẽuiratus: qui Rome
summus fuit exactis regibus:solẽt in paucorum potẽtia inueniri.& nichil prohiberet & in optimate
republica:dũmodo sola prudentia & virtute/omnia peragerentur moderamina.

¶ De republica Solonis/& institutoribus rerumpublicarum. Cap. X.

Solonis & Atheniensiũ respublica. & qui scripserũt.

EOrum autem qui de republica aliquid tradiderunt:quidã nunq̃ versari sunt in gu
bernatione ciuitatis/nc vlla quidem:sed in priuata vita ociosi vexerunt. de qui 27
bus si quid dignũ relatu fuit:de omnibus fere supra diximus.quidã autem legũ-
latores fuerũt:gubernaueruntq; hi quidẽ in proprijs ciuitatibus/illi vero in alienis. & ho
rum quidam solũmodo legũ actores fuere:quidam etiam reipublice constituende/veluti

Lycurgus.

Lycurgus & Solõ.hi enim leges & respublicas cõdidere. Lycurgus quidẽ Lacedemonijs

Atheniẽses.

(vt dictum est)Solon autem Atheniensibus. ¶ Existimãt autem quidã/Solonem legisla-
torem fuisse preclarum. nam & paucorum potentiam sustulisse: que nimis intemperans 28
erat:& plebem a seruitute liberasse: ac statum popularem in patria constituisse: optimeq;

rempublicam temperasse. nā esse consilium Ariopagi: paucorum gubernationis est. dele-
ctus vero magistratuū: optimatium. iudicia vero populare. Sed videtur Solon illa duo (cū
essent prius) nō sustulisse, consiliū Ariopagi, & magistratuū delectus: ac popularē statum
cōstituisse, ex omnibus iudicia efficiēs. Quapropt̃ quidā illi succēsent, q̄ alterum disso
luerit. cum authoritatem omnē ad iudiciū traduxerit, quod per sortitionem est. nā cū hoc
inualuit: tanq̄ tyranno gratificantes populo: in eum (qui nunc est) popularem statum, rē-
publicam tedegerunt, & consiliū Ariopagi Ephialtes inhibuit, & Pericles iudicibus ve Ephialtes,
ro salaria Pericles indixit. ac perhunc modum vnusquisq̄ eorum qui apud plebem posse Pericles.
29 voluerunt, populi vim augere perseuerarunt: donec in istam quæ nunc est populi licen- Solon.
tiam peruenit. ¶ Apparet autem hoc non tam Solonis voluntate q̄ casu euenisse. naua-
lis enim potentie aduersus Medos, cum populus causa fuisset: maiora de se sapere ce-
pit, & accepit patronos seditiosos, contra bonos & honestos ciues, qui rempublicam gu
bernabant. cum videatur quidem Solō eam (que maxime necessaria fuit) potestatem po
pulo tradidisse: vt magistratus crearet, & malefacta corrigeret. nisi enim populus hāc ha
beat potestatem: seruus erit & inimicus. At magistratus omnes cōstituit ex nobilibus &
locupletibus ex censu quingentorum modiorū, & iugerū, & tertio fine: qui equestris no
30 minatur, qd̃ autem quartū est: seruile: & ex opificibus sordidis: quibus nullum magistra- Zaleucus:
tus assequendi ius erat. ¶ Fuerunt autē legū positores Zaleucus apud Locros occidenta- Charondas.
les: & Charondas Cataniensis ciuibus suis: ceterisq̄ ciuitatibus Chalcidicis: que sunt cir- Catanienses.
ca Italiam & Siciliam. Tentant vero quidam inducere quasi Onomacritus fuerit primus Chalcidici.
legum ferēdarum peritus: hunc vero exercitatū ī Creta: cū esset Locrus. pfectum autem Onomacritus
Thaletem. per artem diuinationis eius familiarem fuisse. Thaletis autē auditorem fuisse Thales.
Lycurgum & Zaleucum. Zaleuci autem Charondam. sed qui ista dicunt: tempora nō sup Lycurgus.
putant. Fuit etiam Philolaus corinthius legūlator Thebanis. erat autem Philolaus ex fa- Zaleucus.
milia bacchiadum: amicus vero Dioclis. qui in olympiis vicit. sed vbi ille ciuitatem deser Charondas.
uit: commotus ob amorē matris Alcyones: Thebas migrauit: atq̄ ibi ambo defuncti sūt. Philolaus.
mōstranturq̄ etiam nunc illorum sepulchra: que ab inuicem facile spectant̃. sed hoc quidē Diocles.
a regione Corinthiorum conspici potest: illud vero minime potest cōspici. fabulant̃ enim
ita esse cōstituta: vt ex Dioclis quidem sepulchro non sit pspectus in Corinthium agrum
ob animi infensionem. ex Philolai autem sit pspectus. habitarunt igit̃ ob huiusmodi cau
sam apud Thebanos. Legesq̄ illis philolaus descripsit & de aliis quibusdam: & de sobole
pereāda: quas illi leges proletarias appellāt. Et hoc est precipue ab illo pusitum: vt nume-
rus hereditatū conseruet̃. Charōde autē nichil est pprium, nisi mulcte falsorum testium. Charondas.
Primus enim de his legem posuit. diligentia autem & claritate etiā elegātior q̄ ii qui nūc Philolaus.
sunt legum cōditores. Philolai pprium est: patrimoniorū disparitas. Platonis autem mu- Plato.
lierum, & natorum, & patrimoniorum cōmunitas & comessationes feminarum. & pret-
ea lex circa ebrietatem vt qui p̄sides sunt cōuiuiorum, sobrii sint: & in rebus bellicis exer
citatio, & per quā ambidextri fiant p exercitium: cum oporteat nō alterā manum vtilem Dracon.
alteram inutilem habere. Draconis quoq̄ leges sunt: sed iā cōstituta republica leges tulit.
pprium autem draconis est nichil quod sit memoria dignum: nisi rigiditas, ob magnitu Pittacus.
dinem penarum. fuit quoq̄ Pittacus legum conditor: sed non in republica versatus. Lex
est ppria illius: ebrios (si quem pulsauerint) maiori pena dānari, q̄ si sobrii fecissent. q̄ eni
plures delinquūt ebrii q̄ sobrii: non ad id respexit, quod magis esse debeat ebriis venia, Androdamas
sed ad vtilitatem. Fuit etiam Androdamas reginus legum conditor chalcidensibus qui Chalcidenses.
sunt in thracia: de homicidio, & de hereditatibus. nichil tamen huius pprīū referre quis
potest: De iis ergo rebuspublicis que principales sunt: & de iis que sunt ab aliquibus scri-
pte: in hunc modum consideratum fuisse sufficiat.

¶ DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

27 TRansit ad rempublicam Solonis, que est Atheniensium: conditionem eorum, vitamq̄
qui circa institutionem rerumpublicarum duplicem fuisse narrans: hanc priuatam & in
ocio degentium: vt Socratis: Platonis: Hippodami & similium: illorum vero vitam publi
cam & in negocio rerumq̄ publicarum administratione viuentium, vt Lycurgi, & Solo-

nis & similium.littera aperta eſt & conſpicua. ¶Non approbat eos:qui aiunt Solonē ſuſtuliſſe pau 28
corum potentiam que erat in Ariopago & magiſtratuum creationem/ quę electionem optimos &
ſecundum virtutem fiebat.Nam inſoleſcētia populi(victoria/eorum cauſa contra Medos parta)il-
lam infregit:& Ariopagum Ephialtes inhibuit/& Pericles populi authoritatem atq; potētiam ad-
auxit/quouſq; peruenuſſet Athenienſium reſpublica in eam vite licentiam quę Socratis Platoniſq;
& Ariſtotelis tēpeſtate craſſata ſeuiret.littera clara eſt.¶Quę cauſa fuerit vt reſpublica Athenien 29
ſium ad popularem ſtatum ex optimorum gubernatione demigrauerit: & quędā quę Solon ordi-
nauit vt q; populus magiſtratus eligeret/ & errata corrigeret.q̄ maxime neceſſaria eſt populo po-
teſtas:alioqui ſeruus habetur & inimicus.Conſtituit omnes magiſtratus ex nobilibus & locupleti-
bus.ex primo cenſu quingentorum medimnorum/ex ſecundo totidem iugerum/ ex tertio qui tam
finis eſſet eorum qui equum alere ſufficerent/qui equeſtris cenſus nuncupatus eſt.a quarto autem
cenſu qui erat opificum/ſeruilium atq; ſordidorum:nullum ordinauit magiſtratum eſſe ſumendum
neq; illis magiſtratus aſſequēdi ius vllum erat.narratio in littera eſt manifeſta. ¶Tertio in tranſitu
citat eos.qui rerūpublicarum curam gerentes:ciuitatibus leges poſuerunt: & ſi quid eorum eſt pro
prium.poſuerunt quidem leges/Zaleucus Locris occidentalibus. Charondas Catinienſis: ciuibus
ſuis & ciuitatibus nonnullis quę ad Carthaginenſes ſpectant/Sicilie & Italie adiacētibus.Philolaus
Thebanis.Plato Magneſijs.Dracon Athenienſibus.Pittacus Prieneis.Androdamas: Thracibus.
Philolai:ꝓprie ſunt leges proletarie/& vt numerus hereditatum ſaluetur.Charonde mulcte falſoꝝ
teſtium.Platonis:mulierum/natorum & facultatum cōmunitas & comeſſationes feminarum.Dra-
conis:rigiditas ob magnitudinem penarum.Pittaci.ebrioſos(ſi quem pulſauerint)maiori pena ple-
ctendos:q̄ ſi ſobrij pulſaſſent.Androdamātis:nichil afferunt proprium. Hęc paucis perſtricta ſint:
quia littera clara ſatis:aliena luce non videtur indiga.

¶ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM

Hippodamus Mileſius. Lycurgus. Solon. Leonardus. Melciades. Callimachus. Herodotus.



Q Vidā nunq̄ verſati ſunt in gubernatione ciuitatis:vt Hippodamus Mileſius.at Ly 27
curgus & Solon rempublicam adminiſtrarunt:& legumlatores pariter extiterunt
¶Lycurgus quidem Lacedemonijs.illud gręce non habetur:ſed loco eius id dū
taxat.& de ea quę Lacedemoniorum eſt dictum eſt.Verum id intelligentie nichil
preiudicat.diſſima igitur littera eſt:vt traduxit Leonardus.¶Nauale enim poten 29
tie aduerſus Medos.de victoria illa Athenieſium Medos bello commiſſo in Ma-
ratone ducibus Athenienſium Melciade & Callimacho:legatur ſextus Herodoti vbi cōflictus illa
ingens narratur/deuictis barbaris Medis atq; Perſis oppetijt tamen in bello Callimachus. ¶Ex
cenſu quingenēorum modorum.Illic eſt quingentorum medimnorum.verum pro medimnis:lati-
ni(vt dictum eſt)modios ponūt. magiſtratus a tribus cēſibus omnes ſumi voluiſſe aiunt Solonem.
primus cenſus erat quingentorum medimnorum:ſecūdus eorum qui equos alere poſſent ad eque
ſtrem militiam.tertij qui tricentorum medimnorum cenſum attingerent.Ceteri vero infra hos cen
ſus:ſeruiles & mercenarij:quibus nullum inire magiſtratum fas erat:ſed concionis & nonnullorum

Plato. Socrates. Plato. Draco. Solon. Demades.

aliorum publicorum:ſolum erant participes.¶Platonis autem mulierum & natorum.Quas reſpu 30
blicas precedentibus cap.Socratis appellauerat: hic eaſdem Platonis appellat.nec ab re quidem.
nam Plato & libros de republica & de legibus ſcripſit:motus dictis Socratis:qui eam ſententiā de-
fendebat.ipſe vero Plato(vt & iam dictum eſt)eadem cum Socrate ſentiebat.¶Proprium autem
Draconis eſt nichil.Draconis leges abrogauit Solon.quibus vna fere omnibus mors: pena defini-
ta erat.damnati ocio:capite mulctētur.olera aut fructus furati: vt homicide mortis ſupplicium pē-
dant quare Demades dicere ſolebat: Draconem non atramento/ſed ſanguine leges ſuas exaraſſe.
ſed hęc frequenter ſunt audita:& qui plura deſiderat legat Plutarchum.

¶SECVNDI POLITICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

❡TERTIVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

❡De ciuitate/ciue/ciuitate donatis/magistratibus/de iuste & iniuste ciuibus.Cap. I.


VI de republica considerat/que sit vnaqueqꝫ & qualis:fere prima illi consi Ciuitas.
deratio occurrit videre:quid sit ciuitas.nā ea nonunq̄ in cōtrouersiā venit:
1 cū alii dicāt a ciuitate factū:alii nō a ciuitate/sed a potētibus quibusdā/vel
a tyranno.ciuilis autum viri ac legū positoris:totum negociū versari vide-
mus circa ciuitatē.Est aūt respublica eorū qui in ciuitate degunt institutio Quid respublica.
2 quedam.❡Cum vero sit ciuitas cōpositum quiddam/quēadmodū alia to-
ta ex pluribus partibus cōsistentia:manifestū est primo de ciue esse perquirendū. nā ciuitas
est ciuiū multitudo quedā/quare & quē oporteat ciuē vocari/& quid sit ciuis.est cōsideran
dū.nam de ciue sepe cōtendit: nec eundē omnes fatent semper esse ciuē. & qui in populari
statu ciuis est:persepe in paucorū gubernatione non erit ciuis.❡Eos igit qui alio quodam
3 mō hanc appellationē sortiunt/ceu eos qui ciuitate donati sūt:omittamus. Nec habitatio
ciuē facit nam isto modo aduene & serui ciues essent/cū habitatione cōmunicēt. Nec rur-
sus hoc pacto qui fori ac iudicii ius habēt. nā hoc existit etiam illis: qui simul cōtrahunt/cū
per cōtractum forum sortiant.quamq̄ multis in locis pregrini ne id quidē perfecte habeant:
sed necesse est vt patronū accipiāt.ex quo fit vt imperfecte quodammodo sint fori/iudicio
rumqꝫ participes:sed vt pueri nondū ob etatem inscripti/& senes a muneribus publicis va-
cantes non multū simplicit ciues dicendi:sed cum adiecto illos quidē imperfectos/hos au-
tem transactos/aut quippiam aliud adiungentes.at nos querimus eum/qui simplicit ciuis
dicat:nec habeat aliquam adiunctionem que restringat & corrigat.quoniam etiam de infa
4 mibus & exulibus eodēmodo(vt supra)dubitari/& responderi potest.❡Ciuis simplicit nul
la alia re definit magis/q̄ participatione potestatis publice iudicādi atqꝫ gerendi magistra-
tus.magistratuū aūt alii sūt determinati secundū tēpus:ita vt nō liceat interdum nisi semel
eundē habere/aut p alia temporis spacia.alii sūt indeterminati:cen illius qui iudicat: & qui
cōcionat.q̄q̄ forrasse diceret aliquis:tales nō esse in magistratu cōstitutos.Atqui ridiculum
fuerit:eos qui maxime principant magistratum dicere non habere.Sed nichil referat. nam
de nomine est questio.est enim absqꝫ nomine publica potestas iudicantis decernentisqꝫ in
cocione:& nondū inditum quopacto oporteat vtrunqꝫ nomiare:sed sit definitionis gratia
indeterminatus magistratus.Ponimus autē eos esse ciues:qui huius potestatis:vna cū aliis
participes sunt.maxime igitur proprie ciuis super omnes qui ciues dicunt fere talis est.
5 ❡Nec latere nos debet:ꝙ in rebus quarum subiecta differunt specie: & aliud eorum est pri-
mum aliud secundum aliud consequēs:aut omnino nichil est(qua talia sunt)eis commune:
aut vix.respublicas autē videmus specie differre abinuicē:& alias esse posteriores alias vero Huius.
esse priores.Que enī aberrauerūt ac prolapse sunt:necesse est vt posteriores sint integris & 13
incorruptis.quomodo autem dicamus eas labi:postea patebit.quare ciuē quoqꝫ esse aliū atqꝫ
aliū necesse est secūdum differentiā rerum publicarum:Itaqꝫ ille de quo diximus:in popula-
ri quidem statu:maxime est ciuis.in aliis vero speciebus esse quidē potest:non tamē necesse
est.in quibusdā enim neqꝫ populus est neqꝫ concionis vsus:sed conuocationes habent & iu- Lacedemonij
dicia ad partē .vt apud Lacedemonios:de cōtractibus cognoscūt ii qui ephori nūcupant alii Carthaginēses
alia.de cede aūt senatus:& forsan alius magistratus de aliis ius dicit.eodēqꝫ mō apud Cartha
ginēses.de omibus quidē causis magistratus quidā cognoscūt.Sed recipit correctionē diffi-
nitio ciuis.ꝙ in aliis rebuspublicis nō est indeterminatus magistratus ille q̄ in cōciōe decer-
nit & iudicat:sed fm magistratū determinatus.horū enī aut oībus aut quibusdā: cōcessum
est & deliberare aut iudicare vel de omibus:aut de quibusdam.Quis igitur sit ciuis: ex his
patet.cui enim habilitas est participandi potestatis publice deliberatiue:aut iudiciaria ciuem Quid ciuis
iā esse dicimus eius ciuitatis:ciuitatē vero taliū multitudinē que ipa p se sufficiēs sit(vt sim
pliciter dixerim)ad viuēdū.❡Cōsueuerūt autem dicere eū esse ciuem:qui ex ambobus ciui Quid ciuitas.
bus ortus sit:& non ex altero solū ceu ex patre aut matre. Alii vero magis vltra requirunt
ceu auos & proauos & tritauos vel plures. His itaqꝫ diffinitis ciuiliter & succincte:dubitant Gorgias.
quidam quomodo tertius ille aut quartus erit ciuis?Gorgias quidem Leontinus partim du-

bitans fortasse/partim ludens inquit:quemadmodũ mortaria sunt illa que a factoribus mor
tariorum fiũt/sic Larisseos esse qui ab artificibus eorum fiunt.esse nãq; aliquos Larisseorũ
Larissei. factores.est aũt simplex.si eni participarent administratione reipublice/secundũ determina
tionẽ iam dictã essent vtiq; ciues.etenim neq; possibile est congruere diffinitionẽ illam pri
mis cõditoribus aut habitatoribus:vt ex patre matreq; ciuibus sint exorti.❡Sed forsan ma 8
gis de eo dubitari potest:cũ facta mutatione recipiunt quippiã ad communionẽ reipublice.
Clisthenes. quẽadmodum Athenis fecit Clisthenes post tyrannorũ eiectionẽ.cõplures eni in tribus de-
scripsit peregrinos/& seruos/& inquilinos:de quibus dubitari potest nõ quis ciuis/sed vtrũ
iuste ne an iniuste.Atqui & de eo insup quis dubitabit:an si nõ iuste ciuis/nũquid ciuis nõ
sit/quasi idẽ valeat iniustus & falsus.❡Sed cũ videamus quosdã iniuste se i magistratibus
gerere quos tñ magistratus esse dicimus/sed nequaq̃ iuste/ciuis aũt quodãmodo magistra
tu diffinitus sit(nã qui particeps est talis magistratus:est ciuis vt diximus)patet q hos quo-
q; ciues esse dicendũ est.Iuste autẽ an iniuste:ptinet ad primã illã questionẽ/in qua querit/
nũquid a ciuitate factũ sit/an nõ a ciuitate/ceu cũ ex potentia paucorũ/vel ex tyrãnide: ad
popularẽ statũ fit mutatio.tũc eni neq; pactã pecuniã soluere quidã volu t:quasi nõ ciuitas
eã susceperat sed tyrãnus/nec alia hmõi permulta.quasi respublice quedã:vi atq; victoria cõ-
stent: non publica vtilitate.Si igit per hunc modũ quedã in populari statu gerunt: similiter
dicenda sunt esse illius reipublice acta/& paucorum potentie & tyrannidis.

❡PRIMI CAP. TERTII POLITICORVM COMMENTARIVS.

Rimum proponit de ciuitate querendum esse ei:qui recte rempublicam statuere volue- 1
Quid republica. rit:quid sit.nam frequẽter controuersum est.sit ne quippiam factum a ciuitate/ an secus.
finitq; rem publicamq; si eorum qui in ciuitate degũt institutio quedam:recta videlicet.
aliocqui si non recta:non tam respublica sed reipublice quedam labes:corruptela:prolap
Quid ciuitas. sioq; esset. que diffinitio profecto. nunq̃ cognoscantur nisi cognoscatur quid sit ciuitas.
❡Diffinit ciuitatem.multitudinem quandam esse ciuium ad bene videlicet probeq; de 2
gẽdã vitam sufficiẽtem vt ex calce capitis monstrat.que diffinitio minime cognoscatur:nisi primum
cognoscamus quid sit ciuis.tũ q ciuitas totum sit:ciuis pars.totũ aũt non nisi cognitis partibus:haud
quaq̃ sufficienter agnosci potest.tũ q in ciuitatis diffinitione collocat & obscuritatem habet.nam de
ciue sepe contendũt: nec eundẽ omnes fatent semper esse ciuẽ.nam si popularis status mutet in pau
corum potentiam:nequaq̃ omnis is ciuis erit in paucorũ illa potentia:qui ciuis erat in populari statu.
❡Reijcit a nũcupatione ciuis simpliciter:ciuitate donatos:inquilinos:eos insuper qui solũ ius fori iu- 3
dicij cõe habẽt:siue pro se causam dicere possint siue cogant patronũ. aut qui dicat aut defendat acci
pere pueros senes nota quadã insignis infamie notatos:& exules.nam aut hi ciues absolute non dicũ
tur:aut cũ adiectione.vt vrbe donati ciues imperfecti ciues :emeriti ciues:infamis ciuis:aut exul ciuis.
Quid ciuis, ❡Diffinit simpliciter absolutaq; nũcupatione ciuem.eũ esse qui publice potestatis deliberãdi:consul 4
tandi:iudicandiq; atq; magistratus subeũdi particeps sit.Et partit magistratus in determinatos & in
indeterminatos.Potestatẽ aũt deliberandi cõsultandi & in contione iudicandi:indeterminatũ appel
lat magistratũ alios aũt qui extra contionem gerunt determinatos.patet igit hũc esse ciuem simplici
ter qui indeterminati & determinati magistratus ciuitatis sit particeps.sed hanc diffinitionem paulo-
post emẽdabit.quia nõ in omni republica inuenitur hic indeterminatus magistratus qui est i tota ci-
uium cõmunione potestas contionandi deliberandi videlicet atq; iudicandi.sed maxime in popula
ri. ❡Ostendit ciuẽ a ciue specie differre:quẽadmodũ & subiecte respublice/ quarũ ciues existũt spe- 5
cie differũt.& non modo ciuẽ non vniuoce dici.sed & analogice.quẽadmodũ respublica primo dicit
de recta republica: posterius aũt & secũdo de republica lapsa/ qbus nichil cõmune vniuocũ aut vix
reperias.& quia nõ in omni republica est cõtio& indeterminatus cõcionãdi magistratus:vt apud La
cedemonios & Carthaginẽses magistratus oẽs definiti determinatiq; sunt:ideo diffinitionẽ Ciuis se-
cundũ intelligentiã superiorẽ emẽdat facitq; communẽ ad omnẽ reipublice speciem:& analogice ad
reipublicarũ prolapsiones.videlicet ciuẽ alicuius reipublice esse:cui participãdi publici magistratus
illius reipublice:facultas adest siue deliberatorius sit is magistratus:siue iudicatorius.Diffinitionẽ etiã
ciuitatis amplius declarat q̃ expresserat prius :ciuitatẽ scilicet eã ciuiũ multitudinẽ esse: q̃ p se sufficiat
(vt simpliciter dicatur)ad viuendum.Hec precedentiũ summa. ❡Duas diffinitiones ciuis confutat. 6
Primam.ciuem esse:qui vtroq; parente ciue natus sit. secundam: qui vtroq; parẽte ciue natus auos
proauos abauos atauos plureſq; habuerit ciues. nam de tertio illo aut quarto requirit: qua ratione
ciuis sit:& tandẽ aut datur non sic esse ciuis aut in infinitũ fiet euasio.Et prima diffinitio primis con-

ditoribus/habitatoribusq; ciuitatis/conuenire non potest/a quibus nichilominus per successiones ceteri sunt exorti. quare nulli omnino erunt ciues. & simplex est/inefficax & ieiuna Gorgie responsio. sic ciues ab artificibus ciuium fieri/ceu mortaria ab artificibus mortariorũ/& ceu Larisseos ab artificibus Larisseorum. & satius respõdisset ciuẽ eũ esse:qui(ceu dictũ est) in republica publici magistratus esset
7 particeps. ❡ Duas de ciue dubitationes proponit. Prima est. vtrũ cũ status vnius reipublice i aliũ mutatur/vt paucorũ potẽtia i popularẽ:si qui ad ciuitatis administrationẽ de nouo admittunt/ ciues sint? & si ciues:an iuste an iniuste ciues? Secunda. si ciuis iniuste quispiã est: nunquid ciuis est/an iniustus
8 & falsus ciuis:idẽ valeat? ❡ Diluit dicens illos ciues esse.nã ciuis participatione magistratus diffinitus est.q̃diu igitur functionis magistratuũ participes erũt. tandiu dicendi erunt ciues. sed an iuste an iniuste ciues sint:cognoscetur/si a ciuitate id factum erit.nam in huiusmodi mutatis rebuspublicis/ iuste ciues sunt:in paucorum potentia qui a paucis potentibus ciues facti sunt/& in populari statu qui a populo/& in tyrannide cui tyranni fauor accessit ac voluntas.Contra iniuste ciues essent:si a tyranno aut paucis potentibus/in populari gubernatione positi iniussu populi/magistratibus participarent/aut cõra.id capitis summa sit.

❡ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM. TERTII POLITICORVM.

ARgumentum.Que tertius discutit sunt hec.ciuis.respublica.dominãs in republica.cui gubernatio cõmittenda.preexcellẽtia vnius.regia gubernatio.De ciue.qd ciuis.q̃n eadem ciuitas.an eadem virtus boni viri & boni ciuis.De republica:qd quot/& que respublice. quoad & quantũ iusti paucorũ potentie & popularis gubernatiõis.qd ciuis a numero 4 ad 9.q̃n eadẽ ciuitas a numero 9 ad 14. virtus boni viri & boni ciuis a 14 ad 25.quid respublica a 25 ad 29.quot & q̃ respublice a 29 ad 35.iustũ paucorũ & populare a 35 ad 36.dominãs a 36 ad 53.cui cõmittenda gubernatio a 53 ad 62:preexcellentia vnius a 62.ad 67.species regni/& iterum cui cõmit
4 tenda gubernatio a 67 ad 81.iterum de regia potestate ab 81 ad calcẽ libri. ❡ Gerendi magistratus. de magistratibus differet libro quarto: a numero 64 ad finem quarti. & in sexto a 48 ad finẽ sexti.
5 dilucidior igitur diffinitionis intelligentia:vbi visa illa fuerint/patentiorq; apparebit. ❡ Que enim aberrauerunt & prolapse sunt qd incorrupta respublica/recta & iusta simpliciter:& qd aberrãs/lapsa/& iniusta/intelliges nũero 28 huius.& ex 29 & 30 regnum optimatẽ rẽpublicã/& censupotestatẽ incorruptas esse respublicas.at tyrãuidẽ/paucorũ potentiã popularẽ gubernationẽ:oberrãtes & prolapsas. Et ciuis tot modis dicet:nã quidã sunt ciues in regia gubernatioe:q in ea suscipiendorũ magistratuũ: sunt habiles.quidã in optimatae republica:qui etiã capaces sũt magistratuũ illius gubernatiõis. alij sũt ciues in censupotestate: qui in illa gubernãdi specie ad gubernandi potestates & ad magistratus admittuntur. & hi ciues:regij/optimatis gubernationis/& reipublice siue cẽsupotestatis/ legitimi & recti sũt ciues. Verũ tyrannici/paucorũ potẽtie & populares ciues/q ad munera gubernationũ & magistratus/in hmõi speciebus admittunt: nõ legitimi & simpliciter ciues/sed prolapsi ciues/ & cũ adiecto. vt gubernationes ille nõ legitime & simpliciter respublice:sed ꝓlapse/& cũ adiecto respublice. homonymũ igitur ciuis/& secundũ rectas gubernationes rerũpublicarũ & ꝓlapsas aliter & aliter diffiniendũ. ❡ Vt simpliciter dicatur ad viuendũ.in regia scilicet republica/optimate/& cẽsupotestate:ad bene & recte/beateq; viuendũ.sed in tyrannide paucorum potentia & populi gubernatione licet esset ad viuendum sufficientia:non tamen in hisce ciuitatibus:que tyranno/paucis potentibus/aut plebe gubernant:bene/recte:beateq; viuitur. sed tyrannica vita violenta est/& scelerata. paucorum ambitiosa & auara.popularis autẽ intemperans & licẽtiosa. & quales respublice: tales ciues.& tales quoq; putãde sunt huiusmodi ciuitates:non simpliciter & absolute sed cum adiecto dici ciuitates. ❡ Gorgias quidẽ Leõtinus.Gorgias auditor fuit Empedoclis: ꝑceptor Periclis/Isocratis Alcidamentis: & Poli: quem Plato introducit in dialogo quem gorgiam appellat.artem rethoricam docuit:pacta mercede.tropis metaphoris allegorijs & scematismis:frequenter vtebatur. cuius dictum de Larisseis hic citat Aristoteles.multa composuit:verum solus dialogus Platonis:apud nos extat. Gorgias. Empedocles. Cericles. Socrates. Alcidamas. Polus. Plato. Aristoteles.

❡ De identitate/magnitudine/mutatione & pacto. Cap. II

9 VIdetur autem proprius huius questionis locus:quomodo aliquando dicamus ciuitatem esse eandem/aut non eandem sed aliã. potissime igitur inuestigatio huius dubitationis est circa locum & homines.fieri enim potest:vt separaret locus & homines:& hos ibi/& alios alibi habitare.sed hec leuis est dubitatio.nam cum mul
10 tipliciter dicatur ciuitas:perfacilis est huiusmodi questio. ❡ Similiter quoq; eorũ hominum qui eundem inhabitãt locum:quoad dicendum sit vnam esse ciuitatẽ/non eni menibus hoc diffinit. Licet eni Peloponnesum totam vnis menibus circũdari,talis fortasse est Babylon: Peloponesus. Babylon.

que capta cum esset ab hostibus/ferunt partē aliquam eius ciuitatis/tertia die nondum ali
quid sensisse.similiter & quecūq; alia magis habent circūscriptionē gentis/q̄ ciuitatis.sed
huius questionis alio loco vtilis erit consideratio.nam de magnitudine ciuitatis/& quanta
esse vtile sit/& vtrū vna vel plures:latere non debet ciuilem. ❡At habitantiū in eodem lo- 11
co:vtrum quoad sit idem genus habitantium:eandē esse ciuitatem dicendū est:q̄uis semper
alii intereant alii orianť.vt & flumina solemus eadem dicere & fontes eosdem:q̄uis semper
vnda noua superueniat ac defluat.An homines dicendū est eosdē esse ꝓpter hanc causā:sed
ciuitatem aliam/nā si ciuitas est societas quedā (est aūt societas ciuium) variata reipublice
gubernāde forma:& alia specie effecta:necessarium vtiq; videať:ciuitatem quoq; nō eandē
pmanere. vt & chorū alium esse dicimus:dum tragicus est q̄ dum comicus:etsi iidē sint ho
mines.eodēq; item modo:omnem aliam societatem/& cōpositionem aliā: si species cōpo-
sitionis alia fiat.ceu harmoniā earūdē vocū aliā eē dicemus:& mō doricā mō phrygiā voci-
tamus.❡Id si ita est:patet q̄ maxime dicendum est:eandem ciuitatem ad rempublicam re- 12
spicientes. Nomine autem vocari alio:aut eodem licet:eisdem habitantibus ipsam vel aliis
penitus hominibus.❡Vtrum autem iustum sit pactum dissoluere aut non dissoluere muta 13
ta reipublice gubernande specie:alia est disputatio.

Harmonia Doria & Phrygia.

❡SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

Q Vestionem diluit. Vtrum si ciuium multitudo alio migret/& alium incolat locū/& cō
tra/alij locū eorum subintrent/eadē erit ciuitas q̄ migrauit alio an eadē que successit 9
abeuntiū loco/sed hec dubitatio leuis est/dilutuq; facilis. cū ciuitas multipliciter di-
catur:nūc de loco.nūc de ciuiū multitudine.qui nāq; migrarūt:ciuitas eadē sunt ho
minibus/ sed nō loco eadē qui succedūt: loco ciuitas eadē/ sed nō ciuibus que prius
eadē.❡Secundā mouet questionē.eoꝝ hominū qui eundē incolunt locū:ad quam 10
vsq; magnitudinē dicendū est vnā esse ciuitatē.hanc hoc in loco non diluit: sed relinquit ad septimū
diluendam/ vbi de magnitudine ciuitatis/quantaq; magnitudine esse expediat/ differit. ❡Tertia 11
est.quoadusq; hominū eundē locum habitantiū ciuitatem eandem putare oportet:an quoad genus
questio durat/ q̄uis semper alij intereant & alij oriantur/ ceu solemus semper eadem flumina dicere/
& fontes eosdem q̄uis vnda effluat cōtinuo & noua succedat/an ꝓpter hanc ipsam causam dicendi
sunt homines ijdem:sed ciuitas diuersa/quia forma videlicet reipublice gubernāde sit immutata/ nā
cū ciuitas sit quedā societas(est autē ciuiū societas)variata reipublice gubernande forma/ & facta spe
cie altera:necessariū videri queat/nō eandem permanere.vt chorū aliū dicimus dū tragicus est/& dū
comicus: tametsi ijdem sint hoies. eodemq; itē modo cōmunem aliā societatē/& cōpositionem aliā
esse dicimus:si species compositionis alia fiat.vt harmoniam earūdem pthongorum aliam esse dici-
mus/& modo doricā/modo phrygiā vocitamus.❡Diluit questionē.ita esse censendū/ciuitatē vnam 12
dici/aut alterā:quēadmodū chorū eundem aut diuersum/& harmoniam eādem/ diuersamue harmo
niam.quare perspicuum est:ciuitatē dici eandē cū ad rempublicā respicimus: cumq; est continuo ea-
dem gubernandi reiq; publice forma atq; species. & licet ciuitatem ipsam/nunc eandem/nunc alterā
nomine nūcupare:siue eisdem/siue prorsus alijs incolētibus ipsam hominibus.❡Quarta questio.an 13
iustum sit pactum dissoluere mutata reipublice specie: an potius non dissoluere sit iustum. hanc non
diluit:q̄ alteri loco eius discussio sit accōmodata.

❡❡ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

V T chorum alium.Cū in scena/tragedie & comedie representabanť: pars vna choro depu-
tabatur, dum interualla fierent/ & mutatis prioribus personis/ noue introducerentur. cho-
rus autem concentu & rithmo materie cōuenientibus/interdū saltu & tripudio:ad interim
demulcendū pplm peragebatur. Et diffiniunt choꝝ:conuentum & quasi choronam/eorū
qui ad ludos cōueniunt:& proprie esse conuentū saltantiū/atq; canentium/ deductum a chora id est
gaudio.& in tragedijs & comedijs agentes chorū:aut choreas ducebant/aut cātabāt:rei subiecte cho
rum accōmodātes.& actoris partes (vt inquit Oratius)chorus/officiūq; virile defendat. at quoties in
comedia tragedia aut satyra simul agūt(vt loquūtur cantillant/aut choros dicunt)persone ille chorus
dicitur.si in duas ptes diuise hec agunt:hemichoria.singuli aūt per se agentes:mimi. sed de choris satis.
❡Tropus Dorius/Phrygius:modi sunt musici. Phrygius quidē violentus & animum distrahens: Do
rius autē pacatus & moderatus.vt ex octauo huius numero 19 agnoscitur.cantu Phrygio Timotheus
musicus/ita exasperasse fertur Alexandrum. vt ex epulis ad arma continuo prosiliret.at mutato Phry
gio modo in remissum:ad cōuiuas pacatum reduxit.& quāq̄ eedē voces sonent/& eedem chorde in
vtrisq; modis tangantur:non tamen eadem est melodia.verum hec: potius a musicis sunt dicenda.

Tymotheus. Alexander.

¶Vtrum autem iustum sit. Huius questionis dilutio:potius ad leges pertinet. & tanta est diuersitas
legum/quāta & rerumpublicarum/similiter quoq; & pactionum.leges tamen regie optimatum/& rei
publice:bone & iuste/& pacta talia/at leges tyrannice paucorum potentum/& populares:neq; simpli
citer bone/neq; iuste/& plerumq; pacta talia.

¶De virtute absolute viri boni & boni ciuis: eius qui preest & eius qui subest: & de opificibus.Cap. III.



Is vero(que nunc dicta sunt)consequens est videre:vtrum eadem sit vir
14 tus boni viri & boni ciuis/an nō eadem.¶Verum si hoc est perquirendū
prius de virtute ciuis: sub cōpendio dicere oportet. Vt igitur nauta vnus
15 aliquis est corū qui sunt in cōmuni societate:ita & ciuem dicimus. Nauta
rū vero quāq̄ dissimiles sint secundū potentiā(nā alter est remex/alter gu
bernator/alter prorā dirigens:alter alterā huiusmodi appellationē habens)patet
qđ expressissima vniuscuiusq; nūcupatio: ꝓpria erit illius virtutis.similit̄
autē & cōmunis quedā conuenit omnibus: salus eni & cōseruatio nauigantiū: cōmune est
omnium opus.hoc eni vnusquisq; corū intēdit.sic igit̄ & ciuibus licet dissimiles sint:opus
est cōseruatio cōmunis societatis.societas vero: est respublica.quaprop̄t necesse est virtutē
esse ciuis ad rēpublicam.¶Siquidem igit̄ plures sunt rerumpublicarū species: patet nō esse
recipiendum:vt studiosi ciuis vna sit virtus pfecta.at viri boni pfecta est virtus:ꝙ igit̄ fieri
possit:vt ciuis studiosus non possideat virtutem illam:per quā dicitur vir bonus: manifestū
est.¶Quinetiam & alio modo inquirentibus deuenire licet ad eādem rationem circa opti
mā rempublicam.nam impossibile est ex oībus studiosis esse ciuitatem:& oportet singulos
opus suū bene conficere.hoc aūt a virtute.cū vero sit impossibile similes esse ciues omnes:
nequaq̄ vna fuerit virtus ciuis & viri boni.nā virtutem studiosi ciuis:oībus adesse oportet.
sic eni optimā/necesse est esse ciuitatē.at viri boni virtutē impossibile est oībus inesse:nisi
necessarium sit in studiosa ciuitate/ciues oēs esse viros bonos.¶Preterea cum ex dissimi
libus cōstet ciuitas:vt animal continuo ex anima & corpore/anima vero ipsa ex ratione &
appetitu/& domus ex viro & vxore/& acquisitio ex dn̄o & seruo: eodem modo ciuitas ex
his oībus/ac preterea ex aliis dissimilibus constet speciebus: necesse est nō vnam esse ciuiū
omniū virtutem.quemadmodū neq; chorū agentium/supremi & adiutoris.ꝙ igit̄ nō eadē
16 simplicit̄:ex his patet.¶Sed an erit alicuius eadem virtus ciuis studiosi:& viri boni?¶Di
17 cimus vtiq; studiosum in magistratu bonum esse atq; prudentē.ciuilem aūt hominem ne
cessarium est esse prudentē.& statim aliam esse disciplinam magistratum gerentis aiūt qui
dā:vt patet in regū filiis/qui ad equestrē bellicāq; disciplinā in adolescentia erudiunt̄.vt Eu Euripides.
ripides inquit:nō michi speciosa/sed ea quorum ciuitatis indiget.tanq̄ sit magistratu fun
gentis disciplina quedam.si autem est eadem virtus presidentis boni:ac viri boni. ciuis aūt
est/& qui subest/non eadem virtus simplicit̄ fuerit ciuis/& viri boni:sed tamen cuiusdam
ciuis.nō enim eadem virtus est eius qui preest/& ciuis qui subest.& ob hoc forsan Iason in Iason.
18 quit grauiter ferre si non regnaret: quia nesciret priuatus esse. ¶Sed nichilominus laudan
dum est posse imperare & parere:ac preclari ciuis virtus est posse preesse subesse laudabiliter
si ergo virtutem boni viri posuimus p̄sidentem:ciuis autem vtrāq; non vtiq; fuerint ambe
similiter laude digne. ¶Cum ergo aliquando videatur vtraq;/sed non eadem cum qui im
19 perat/& cū qui paret addiscere debere/ciuē aūt vtraq; scire & participare vtrorūq;:hic itaq;
quispiā cōsideret.¶Est eni p̄sidentia dominatiua.hac vero in iis que necessaria vocant̄:sci
10 re facere nequaq̄ necessariū est ei/qui p̄sidet:sed vti magis. alterū vero seruile est. dico autē
alterū posse exhibere seruilia ministeria.seruorū aūt species plures esse dicimus.nā sūt & mi
nisteria plura.quorū partē vnam obtinēt manuales.hi sunt(vt nomē significat) qui ex ma
nibus viuūt:in quibus sunt mechanici opifices.Quapropter apud quosdā antiquitus huiusmodi
artifices excludebantur a reipublice/honoribus:anteq̄ populus extremus fieret. hec igitur
opificia hominum qui subsunt sic.neq; rectorē discere oportet/neq; eū qui in republica ver
sat̄/neq; bonū ciuē/nisi fortasse quādoq; sui ipsius gratia ad seipsum.nō eni amplius cōtin
geret esse alterum dn̄m/alterum seruum.sed est presidentia quedam: per quā p̄est similibus
genere/& liberis hominibus.& hanc dicimus ciuilē presidentiam:quā cum qui preest didi
cisse parendo oportet. ceu p̄fectum equitum esse:cum ipse prius sub alio fuerit.& exercitum

ducere:cum ipse prius in exercitu per inferiores militie gradus ductus sit/in insidiisq; deli
tuerit. quobrem recte dicit neminem bene imperare posse.qui nō ipse prius sub imperio fue
rit. ¶Sed horum diuersa est virtus.& oportet bonum ciuem:scire/ac posse preesse/& sub- 21
esse.& hec est virtus ciuis:scire recte se habere in vtraq; parte.& boni igit viri in vtraq;.q̄q̄
alia species est eius modestie ac iusticie que preest.nā eius qui subest ac liber est:nō vna p-
fecto fuerit virtus atq; boni viri.vt puta iusticia:alias species habet cū p̄est/alias cū subest.
¶Quēadmodum viri & mulieris:alia temperātia/ & fortitudo.nā videret vtiq; timidus
esse vir:si ita fortis esset/vt femina fortis. & mulier inhonesta videret:si sic honesta foret
vt vir honestus.administratio quoq; domus: alia mulieris/alia viri. nā viri opus est acqui-
rere:mulieris autem seruare.¶Prudētia vero ppria virtus est eius qui preest sola. nā cetere
quidem virtutes vident cōmunes/tā eorum qui p̄sunt/q̄ eorum qui subsunt.at prudētia nō
est virtus eius qui subsit:sed opinio vera.qui enim subest/vt is est qui fistulā facit: qui vero
preest/vt is qui vtit fistula. vtrum igit eadem sit virtus viri boni & ciuis studiosi an alia:&
quomodo eadē & quō alia:ex his patet.¶Restat adhuc vna dubitatio circa ciuē:vtrū reuera
ciuis sit is/cui solum participio est publici magistratus/an opifices etiā ac mercenarii sint 22
ciues nuncupandi/nā si ponamus hos quoq; esse ciues qui magistratuū sint expertes:neq̄q̄
possibile est vniuscuiusq; ciuis tale esse virtutē.si vero nullus horū est ciuis:ī qua parte sunt
hmōi hoīes reponendi/neq; enim in eorū ministrorū loco/qui nobiscum habitāt:neq; rur
sus peregrini.¶An secundū hāc rationem nichil dicemus euenire absurdū/ neq; eni serui 23
supradictorum quicq̄.neq; liberti.Illud aūt verū/q non oēs illi dicendi sunt ciues:sine qui-
bus ciuitas esse nō potest.cū neq; pueri ita ciues sunt:vt viri.sed hi quidē simpliciter/illi ve
ro ex suppositione.ciues eni sunt:sed impfecti.Vetustis autē tēporibus apud quosdā: opifi-
ces erāt serui/aut peregrini.quapropt etiam nunc plerique tales sunt.optima quidem ciuitas
nunq̄ opificem facit ciuē.q si is ciuis/ciuis autē virtus est quā diximus:dicendum est eam
nō esse cuiusq; ciuis/neq; liberi modo/sed eorum qui a ministeriis necessariis sunt alieni.
necessaria vero qui vni ministrat/seruus est:qui autē publice viles & sordidi.¶Patebit aūt
& hinc paulo adhuc cōsiderātibus/quēadmodum in his res se habeat.hoc enim quod dixi-
mus:illud ondit.cū eni plures sint rerūpublicarū species:plures q̄q; species ciuiū sit necesse
est/ac maxime eorū ciuium qui subsunt.itaq; in quadam republica opifices & sordidi ciues
erunt.in quibusdam vero impossibile est:vt ciues sint.puta in optimatum gubernatione:si
qua illa est/in qua secundū virtutem dant honores/& secundum dignitatem.non eni vir-
tutem exercere potest:qui vilibus officiis occupatus est.in paucorum quoq; gubernatione
tenues homines ad rempublicā non recipiunt: ex magno enim censu ad honores reipubli
ce perueniūt:artifices tamē ad hāc speciem reipublice puenire possunt/& si sordidi sunt:qm
Thebani. plerique artificū diuitiis abundāt apud Thebanos autem lex fuit.vt nemo habilis esset ad ho
nores reipublice suscipiēdos: nisi p decem annos a mercatura destitisset. in multis autē re-
bus publicis: attrahunt etiā lege/ad ciuitatem peregrini.est etiā lex in quibusdam populari
bus ciuitatibus:vt satis sit ex matre ciue esse genitum. & spurios quidē recipiunt hoc pa-
cto.multi attamen refert propt defectum legitimorum ciuium:tales faciunt ciues.paucita
tē eni hoīm inducti: his vtunt legibus. q si abundent in multitudine: paulatim excludunt.
primo libertini generis homines/deīde eos qui ex matre solūmodo/ciues sunt.in fine au-
tem nō nisi ex vtroq; parente natos ciues:p ciuibus habēt.Q; igit plures sint species ciuis
Homerus. ex his patet.& quod maxime dicit ciuis ille:qui habilis sit ad honores suscipiendos/vt Ho
merus inquit.sed vbi id occultum est ex deceptione habitatorū:tanq̄ in honoratum quen-
dam repticium repellunt.vt inquilinus enim est & aduena: qui honores capere non potest.
¶Vtrum igit alia an eadem virtus sit/per quam est vir bonus & ciuis studiosus: patet ex 27
supradictis q alicuius ciuitatis idem alicuius vero alius: & ille nō omnis:sed qui preest rei-
publice:& dominus est: aut solus aut cū aliis/communium curam gerens.

¶TERTII CAP. COMMENTARIVS.


Rima questio.An eadem sit virtus/qua quis absolute dicitur vir bonus & bonus ciuis:an alte
ra/¶Diluit nō esse eandē.Primo.Quia bonus ciuis dicitur:vt bonus nauta. atqui eadem vir 24
tus non est/qua quis simpliciter bonus est:& bonus nauta. neq; igitur eadem qua quis sim-

pliciter bonus & bonus ciuis.bonus autem natura dicitur:qui bene officiũ suum pagit: vt qui bene re
mos impellit si remex/qui bene clauum moderaƚ si gubernator/qui prorã dirigit si ꝓrarius/totius pro
functiõis sue modo nauigantiũ multitudini/cõseruationem efficiens.salus enim et cõseruatio:cõmu
ne est omniũ nautarũ opus.sic bonus ciuis:qui probe/feliciterq; suum peragit officiũ/pro modo fun
ctionis sue/ad totius cõmunitatis/totiusq; reipublice status conseruationẽ.vt qui publica decreta/sen
tẽtias/& facta ciuitatis fideliter exarat si scriba.qui bene ac fideliter publicũ erarium cura:sic questo.
qui pro dignitate quietos tranquille moderaƚ/sontes vnit/seditiosos sedat:si gubernator. et ita quisq;
secũdum id officium/quod in republica sortitus est moderandũ:pro modo suo quantũ in se est/totius
reipublice salutem efficiens.est enim reipublice salus/totiusq; multitudinis cõseruatio: omniũ ciuium
opus. quare boni ciuis:virtutem dici necesse est respectu habito ad rempublicã/ non absolute ad ip
sum. ¶ Secũdo. Quia rerumpublicarũ multe sunt species. manifestum igitur est boni ciuis non esse
virtutẽ vnam perfectã/a qua bonus ciuis dicatur.at boni viri a qua absolute bonus diciƚ:perfecta est
virtus.perspicuũ igitur est:fieri posse bonum ciuẽ eam virtutẽ non possidere/a qua vir bonus dicitur.
¶ Tertio.Quia optimam rempublicã impossibile est esse ex oibus absolute/simpliciterq; bonis viris.
attamen in optima republica: necesse est ciues omnes opus suũ bene pagere. & opus bene peragere
ab aliqua virtute ꝓficisci oportet.at vero non a qua vir absolute bonus diciƚ:alioqui absolute boni es
sent omnes atq; similes. hoc autẽ cum sit impossibile:manifestũ est non omino eãdem esse virtutem
boni ciuis atq; boni viri. quãdoquidẽ in optima ciuitatis gubernatione:virtutẽ boni ciuis omibus ad
esse ciuibus oportet.absolute boni viri virtutẽ: oibus adesse impossibile est/nisi necessariũ sit/in opti
ma ciuitate omnes ciues esse absolute bonos viros.¶ Quarto. Quia cum ex dissimilibus cõstet ciui
tas ceu animal ex anima & corpore/animã ex ipsa cõcupiscente particula & animosa/et domus ex vi
ro & vxore/et acquisitio ex domini seruiq; acquisitione: simili quoq; pacto cum ciuitas(inquam) ex
his omnibus/ac preterea ex his dissĩlibus/specieq; dissidentibus constet/ necesse est non eandem om
niũ ciuium esse virtutẽ.vt neq; eadem est virtus eius qui assidet adiutor. Patet igitur ex his:non sim
16 pliciter atq; oino eãdem esse virtutem/qua quis bonus ciuis/bonusq; vir esse dicatur. ¶ Secũda que
stio.cum non omino & cuiuslibet boni ciuis/ & boni viri oporteat virtutem esse eandẽ: an saltem ali
17 cuius boni ciuis/virtutem oporteat esse eãdem: ac boni viri? ¶ Diluit nos id asserere posse in opti
mo reipublice statu/bonum in magistratu ciuem/eũdem absolute virum bonum esse et prudẽtem.in
tali enim republica:eum virum qui ciuilem suscipit administrationẽ/prudẽtem esse oportet. et si pru
dens: morũ probitate preditus est.quare & absolute vir bonus. non tamen dicere velim:omnium ci
uium eandẽ esse virtutem/a qua scilicet & bonus ciuis & vir bonus dicatur.quia aiunt nõnulli:statim
aliam esse disciplinã eius qui preest. vt in educatione filiorum regum:licet intueri.qui ab ineunte eta
te:in bellica equestriq; disciplina instituũtur. vt Euripedes inducit loquẽtem: non michi sunt vafra:
sed ea quorũ ciuitati opus est.tanq̃ sit disciplina quedam eius qui preest/magistratuq; fungitur.si igi
tur eadem est virtus eius qui bene preest ac boni viri/ & nichilo secius ciuis est is qui subest: non ea
dem ꝓfecto virtus omnino fuerit boni ciuis et boni viri. tametsi cuiusdã ciuis eadem erit virtus boni
ciuis & boni viri. nam nõ eadem virtus est eius ciuis qui preest:et eius qui subest. & ob hoc forsitan
18 Iason inquit: grauiter ferre/si non regnaret/ quia nesciret priuatus degere. ¶ Quamq̃ eius qui pre
est & eius qui subest altera sit virtus:nichilominus laudabilẽ est posse preesse & subesse.et preclari cõ
summatiq; ciuis virtus est: & posse bene preesse & bene subesse posse / sed non vtreq; equa laude di
gne. Nam eius qui preest:virtutem qua quis simpliciter vir bonus dicitur/posuimus. eius autem qui
subest:id non oportere:dignior igitur presidẽtis virtus ¶ Sed questio suboritur: cum interdũ videa
19 mus eũ qui preest & eum qui subest addiscere oportet vtraq;/ hunc scilicet ea que ptinent ad paren
dum/illũ vero ea que pertinent ad presidẽdum/sed que non sunt eadem/preclarũ autẽ ciuem vtraq;
scire oportere & que ptinent ad parẽdum & que ad presidendũ/atq; vtrorumq; esse participẽ.quenã
igitur sunt ea que oportet ciuem parendo discere? hinc enim quispiam id considerãdum esse ducat.
20 ¶ Dilutio.non oporteret eum qui preest discere ea que necessaria sunt. nam presidẽtia dominatoria
est:qua in ijs que necessaria vocãtur/vt absonia parare/pinsere/coquere/vestes parare/calceos suere/
et id genus/nequaq̃ necessariũ est eum qui preest scire facere/sed vti potius. alterum autem (scire in
q̃ facere)mancipiorũ est.dico alterum:vt posse seruilia ministeria exhibere. & seruorũ multe sunt spe
cies:quandoquidẽ & huiusmodi ministeria cõplura sunt. quorũ partem vnã obtinent manuales:qui
opere manuali viuũt/ceu nomen indicat/inter quos annumerãtur sordidi opifices.in ijs igitur nõ ea
dem discunt & qui preest/et qui subsunt.quare apud quosdã:antiquitus huiusmodi opifices a reipu
blice excludebãtur honoribus tanq̃ fieret extrema popularis gubernatio. hec igitur opificia hominũ
qui sic subsunt:neq; presidem discere oportet/neq; eum qui in republica versaƚ/ neq; bonũ ciuem/ni

si fortasse vtilitatis sibi ad seipsum/priuatimq; causa. alioqui non amplius contingeret alterũ esse do-
minũ/& alterum seruum. Ceterum est presidẽtia quedã:qua quis preest similibus genere liberisq; ho
minibus. & hanc ciuilem presidẽtiam magistratũq; dicimus: quem eum qui preest didicisse parendo
oportet. ceu prefectũ equitũ esse:cum prius sub alio fuerit. & exercitũ ducere:cum ipse prius in exer-
citu per inferiores militie gradus ductus fuerit/in insidijsq; delituerit. quapropter recte dici videt: ne
minẽ bene imperare posse/ qui non prius sub imperio fuerit. hec igitur & similia sunt:que eum qui pͤ- 21
est & qui subest eadem dicere oportet. ❡ Ostendit quod frequẽter ante sumptũ est:alteram esse vir-
tutẽ eius qui preest & eius qui paret/ quanq̃ oportet preclarũ cõsummatũq; ciuem vtraq; virtute esse
preditũ & scire recte se habere siue p̄sidendũ sit siue parẽdum. quare & bouum virũ idẽtidem vtraq;
esse preditũ. sed alteram esse:patet. ❡ Primo. Quia altera species est moderatiõis ac iusticie que prin
cipatur. nam eius qui subest tametsi liber sit/et bonus:manifestum est quoniã nõ eadem est virtus. vt
iusticia species alias habent:secundũ quas/quis aut preest aut paret. non igitur eadem est virtus:eius
qui preest & eius qui subest. ❡ Secũdo. Quia principãtis virtus ad virtutẽ parentis/ ita sese habere vi
detur:quemadmodũ viri virtus ad mulieris virtutẽ. atqui viri & mulieris reuera alia est virtus. vt alia
tẽperantia/et fortitudo alia. nam videret vir timidus:si ita fortis esset vt femina fortis. & mulier intem
perata:si sic tẽperata/vt vir tempatus. Administratio quoq; domus:alia mulieris/alia viri. nam viri of
ficium est acquirere:mulieris vero parta cõseruare. Alia igitur virtus presidẽtis/& parentis. ❡ Tertio.
Quia prudẽtia: ꝓpria virtus sola est eius qui preest. nam ceteras virtutes cõmunes esse oportet/ tam
eorum qui presunt q̃ qui subsunt:prudẽtia autem non est eius qui subest/sed opinio vera. est eni qui
subest vt fistule factor qui vero preest/vt qui fistula vtitur. ex his itaq; manifestũ est: an eadem sit vir
tus viri boni & boni ciuis/an alia/& quomodo eadem et quomodo alia. ❡ Surgit dubitatio ex eo qđ 22
dictum est ciuis virtutẽ esse & preesse & parere posse bene/et vt oportet: an igitur reuera solum is sit
ciuis qui publici magistratus est particeps/an etiam opifices sint ciues nũcupãdi/ cum ipsi magistra
tuum sint expertes? si ciues appellabimus:nequaq̃ fieri potest/vt cuiusq; ciuis sit virtus/qua possit &
bene preesse & subesse probe. si non sunt ciues:in qua parte eos locabimus? neq; enim in numero ser
uorũ qui nobiscum habitant:neq; peregrinoꝝ locare possumus. ❡ Diluit. Primo. in optima ciuitate
optimaq; republica/opifices ciues non esse:tametsi neq; serui sint/neq; peregrini/neq; ex seruis facti 23
liberi. q̃uis olim apud quosdã tales fuerint:sintq; & nunc tales q̃plurimi. et hoc distant a seruis: ꝙ ser
uorũ quisq; vni necessaria/ ipsi vero opifices viles quidẽ & sordidi necessaria cõmunitati ministrãt.
et falsum insuper est omnes illos dicendos esse ciues/sine quibus ciuitas esse non potest. Secũdo. vt
respublice multe sunt:sic multiplices sunt ciues. in optimatũ & censupotentũ republica:opifices mini
me sunt ciues. sed in paucorũ nichil prohibet opifices ad ciuium munus admitti. nam sunt pleriq; ar
tificũ:qui pecunijs abundãt & maxime omniũ incole popularis gubernationis: opifices omniũ mu-
nerũ magistratuũq; capaces/ciues existunt. reliquorũ:apertã continet littera narrationẽ. ❡ Aliquoꝝ 24
supradictorũ:sub breuitate comprehensus epilogus.

❡ ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

SIquidem igitur plures sunt reipublice species species rerumpublicarũ & rectarum et prola
psarũ:ex octaui Ethicorũ cap. 10 patuerunt. & adhuc generaliter patebunt numeris 29 &
30 huius. specialiores autẽ modi ac species:in quarto huius. in regia gubernatiõe & opti-
mate:vir absolute bonus/et bonus ciuis reperiat/& vltimo loco in censu potestate. at in ty-
rãnide/paucoꝝ potentia & populari statu: hec non satis se cõpatiũtur. nam et si inter eos sint absolu
te viri boni neq; tyrannidẽ velint/aut magistratũ a tyranni gerere arbitriũ:neq; rempublicã paucipo
tentiũ more/aut populariter gubernare. ❡ At viri boni perfecta est virtus. Virtus boni viri/virtus mo
ralis. virtus boni ciuis:virtus secũdum speciem reipublice vt moralis virtus/in optimate. in censu po-
testate:mediocritas/& militaris strẽnuitas. in populari:equitas secũdum numerũ/ et arithmeticũ me-
dium. ❡ Agentiũ supremi & adiutoris. summus agentiũ chorum & vt Aristoteles inquit κορυφαι ος
Aristoteles. των χορευτων/est qui opus ipsum dirigit/alij autem assistunt vt socij & adiutores ad chorũ ipsum quis
q; pro suo officio peragẽdum. ❡ Sed horum diuersa est virtus. Sunt ciues qui bene norũt subesse/sed 21
adhuc bene preesse nescirent:& illi nõdum preclari & cõsummati sunt ciues. sed qui vtrũq; munus
preclare obiret: is iam cõsumatus & preclarus ciuis. at contra nõ videtur:vt qui apti sunt vt bene pre
sint/ijdem bene parere nescirent. quis enim vnq̃ euasit ad docendum preclarus. qui idem non recte
didicerit? ❡ Quemadmodũ viri & mulieris. Ille qui in ciuitate p̄est/vt vir est:& multitudo que in ci-
uitate paret/vt femina. quare illius virtus/viri virtuti:huius vero/mulieris virtuti non absone cõparat
❡ Prudentia vero propria virtus eius qui preest sola. cum prudentie tria sunt officia/bene consultare/

iudicate/& precipere:ea qua bene consultatur eubulia/& bona cōsultatio dicit. quia bene iudicatur:
sagacitas.qua vero recte precipit:prudentie nomen sibi retinet.& de hac precep.ua prudētia:id Ari
stotelis/ꝙ ea sola propria sit eius qui preest/intelligitur.& de ea cap.10 sexti ethicorū. ¶Primo liber
tini generis homines. liber:simpliciter qui nunq̄ seruus fuit.libertus qui cū fuerit seruus: liber factus
est.libertini qui iusta seruitute manu missi sunt:et hec apud iureconsultos frequentia.

¶De republica/gubernandi speciebus reifamiliaris/imperiis/republica recta & lapsa.
Cap. IIII.

H Is itaq; determinatis vidēdum est postea vtrum vna sit respublica/an plures? Quid respu
et si plures: que & quot & quenam differentie earum sint. Est autem respubli blica.
ca ordinatio ciuitatis:& circa magistratus alios/& maxime circa id quod sū
mam in ciuitate habeat authoritatē/et sit principalissimū omniū.nam princi
palissimū:vbiq; gubernat ciuitatem. quod autem gubernat:respublica est.di
co autē ceu in populari quidem statu/populus est dominus:in paucorū vero potentia pauci.
dicimus autem et respublicas alias esse ab istis:de quibus quoq; aliis/eodē modo dicemus Primi
26 ¶Supponēdum est prius:cuius gratia ciuitas sit constituta/et quot sint gubernādi species 12
circa hoiem/& circa societatē vite in supioribus libris vbi de gubernatiōe rei domestice/ 10
ac de dño & de seruo determinauimus.dictum est natura esse hominē/ciuile animal ac so
ciale.Ex quo fit:vt etiam si nichil indigeāt mutuo auxilio/nichilominus affectent vite so
cietatē.quinetiā et cōmunis vtilitas coniungit eos:inquātum confert singulis partem be
ne viuendi.maxime igitur hic est finis:& publice omnibus & priuatim. Congregātur etiā
ipsius vite gratia.forsan enim inest sibi aliqua particula honesti/ & continet ciuilem socie
tatem/etiam viuendi gratia solum:si non molestie in vita nimis exuperent.patet autem ꝙ
tolerant homines multa aspera/propter viuendi cupiditatē:vt existente in eo quadam pro
27 speritate & naturali dulcedine. ¶Atqui & modos imperii facile est diuidere:cum sepe sit de Quinti ethico
his a nobis in externis sermonibus determinatū. domiatio enim licet vtilis reuera existat rū cap.
natura seruo & natura domino:nichilominus iperat pro domini vtilitate/ pro vtilitate au 5
tem serui cōtingenter.neq; enim fieri potest:vt seruo deficiente/seruet dominatio.Filio
rum vero imperiū & vxoris/et domus totius/quā vocamus rei familiaris gubernationē:
aut gratia est eorum qui gubernant/aut gratia alicuius quod sit vtrisq; cōmune.gratia eo
rum qui gubernātur. vt videmus & alias artes/ceu medicinam & gymnasticā/ illorū qui
bus imperatur/vtilitatem querere:cōtingenter tamen & eorū qui precipiūt/esse potest.ni
chil quippe vetat magistrū ipsum gymnasii:esse vnum eorum qui exercētur. quemadmo
dum gubernator:semper est vnus ex iis qui sunt in naui.magister igitur gymnasii/ & gu
bernator:cōsiderāt semper eorum vtilitatē/quos gubernant.sed quādoq; eorum vnus ipse
28 per accidens suscipit vtilitatem/hic quidem nauta/ille autem vnus eorum qui gymnasio
exercētur. ¶Quapropter ciuilia quoq; imperia/cum sint secūdum equalitatē ciuium con
stituta/& secundū paritatē:vicissim censent ea esse gerenda. primū que natura fert/cēsen
tes inuicem munera subire:& cōsiderare vicissim quoddā illius bonum/ quemadmodū il
le prius cum preesset/considerauit istius vtilitatem.nunc autem rōne cōmodorū/ex respu
blice gubernatione prouenientiū/volunt continue in magistratu esse: veluti si continge
ret magistratū gerentes/semper sanos esse/vbi aduersa valitudine laborassent.nam forsan
sic ipsos magistratus amplecterent. Constat igitur ꝙ quecunq; respublice ad cōmunē vti
litatem intēdunt:illas rectas esse secūdum simpliciter iustum.quecūq; vero ad ꝓpriam eo
rum qui presunt vtilitatem solum:aberrare omnes: atq; esse rectarū rerumpublicarū trans
gressiōes & labes.gubernant enim quasi a dominis:at ciuitas:liberorū est societas.

¶QVARTI CAP. COMMENTARIVS.



25 Diffiniunt rempublicā:ordinationē esse ciuitatis/cum circa alios magistratus: tū ma
26 xime circa eum qui omniū est summus/summeq; precipuus. ¶In tertio capite pri
mi libri/huius politice institutiōis:circa hominū/& vite reiq; familiaris societatem:
quattuor gubernādi species tetigit. prima respicit virum & vxorē: que economica
coniugalisq; dicitur.secūda dominū & seruū:que herilis.tertia patrē & filios:& hec
paterna nūcupatur.quarta respicit possessiones/facultatūq; conseruationē & accre
menta:que acquisitiua appellari solet:& in secundo capite eiusdem primi:dixit ciuitatē bene viuendi

gratia cõstitutam esse beneq; viuere ciuitatis esse finem/& hoiem suapte natura ciuile animal esse/&
pleraq; que ex illo loco patētem retinent intelligentiã. ¶ De modis imperij in re familiari hic intelli- 27
git:qui sunt imperiũ economicũ viri scilicet ad vxorem/dominatio que quidē est imperiũ domini ad
seruũ/& imperiũ paternũ patris videlicet ad liberos imperium.dominicũ: primo vtilitatē domini re-
spicit/secũdo autem loco bonũ & vtilitatem serui.economicũ:bonũ vtriusq;. nam generatiõis prolis-
q; gratia est:que ex equo est vtriusq; bonum.paternũ vero imperiũ:bonum eorũ qui gubernant/pre
cipue respicit:vt medicina & gymnastica eorum bonũ quibus medetur/& qui exercētur. secũdo au-
tem loco & quasi ex accidēti:bonum eorũ qui iperant/ceu medicina & gymnastica medentis & ma
gistri ludi bonũ. ¶ Ex his in superiorũ analogia colligit ciuilia publicaq; imperia/ad bonũ totius cõ- 28
munitatis esse debere/& non primũ imēdere vtilitatem eorũ qui magistratũ imperiũq; tenent.nã hu
Respublica recta. Respublica lapsa. iusmodi impia sunt inter hoies liberos & equales: et eorũdem magistratuũ atq; imperiorũ capaces:q̃
quia simul nequeũt:ea subeũt vicissim.ex quibus statim colligit:que sint respublice recte atq; simpli-
citer iuste/& que lapse & iniuste.nam respublice recte iusteq; simpliciter he sunt: que cõmunē vtilita
tem totiusq; societatis bonũ intēdunt.respublice lapse & aberrantes:q̃ ad ꝓpriam eorum qui presunt
vtilitatem solum respiciunt.et he rectarum rerũpublicarũ transgressiones/& labes dicunt:in his enim
subditi gubernant:vt serui natura/a dominis. Attamen ciuitas liberorũ est societas.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

I N supioribus sermonibus.in primo libro numero 10 & 12. ¶ Atqui modos imperij.octa- 92
uo Ethicorũ(vt in annotatiõibus dictum iam est)cap.10 posuit species reipublice/& labes 27
earum:ex quibus imperandi modos facile est intelligere.

¶ De diuisione & diffinitiõibus rerũpublicarũ/& transgressionũ earum. Cap. V.

H Is determinatis cõsequens est respublicas cõsiderare: quot nũero sunt & que:
& primo quidē eas que sunt recte. nam labes earum ex illarum determinatiõe 29
patescũt. Cum vero gubernatio ciuitatis & regimen id significet/regimē au
tem est potestas ciuitatis: necesse est potestatē huiusmodi ciuitatis/aut penes
vnum esse/aut penes paucos/aut penes multos.quando igitur vnus vel pauci
vel multi cõmunem vtilitatē in gubernatiõe sequũtur:has esse rerumpublicarũ species ne-
cesse est.quãdo autem ad propriã vtilitatem vel vnius vel paucorũ/vel multitudinis guber
natur:transgressiones sunt & labes. Aut enim dicendũ est non esse ciues qui potestate par-
ticipãt/aut par est ad vtilitatem cõmunitatis pticipare. Vocare autē cõsueuimus:cum vnus
Quid respublica regia. ad vtilitatem cõmunē respiciens gubernat:regiam potestatē.cum vero pauci gubernãt plu
res tamen vno:optimatiũ gubernationē/vel ex eo quia optimi presunt/vel ex eo quia op-
Quid optimatũ. timũ ciuitati & in iis qui ea cõmunicãt/ꝑsunt.cum autem multitudo gubernat ad cõmunē
Quid cẽsu potentum. vtilitatē: vocatur cõmuni nomine omniũ rerumpublicarũ/respublica.accidit autem tõna
biliter vnum enim excellere secũdum virtutem aut paucos datur: vt vero multitudo excel-
lat ad omnē virtutem difficile est: sed maxime ad bellicam excellit. hec enim in multitudie
fit:quare in hac reipublice specie principalissimũ quod propugnaculũ est. atq; ea re partici-
pant:qui arma possident. ¶ Labũtur vero et trãsgrediunt huiusmodi species.ex regia quidē 30
gubernatione:in tyrãnidem.ex optimatibus vero:in paucorũ potentiã.ex republica autē:in
Quid tyrãni popularē statum. Tyrãnidem enim esse dicimus:dominatũ vnius ad propriũ cõmodum in-
Quid paucorũ potentia. tendētis.paucorũ autem potentiã:cum ad opulentorũ cõmodum gubernatur. Popularē autē
statum:cum ad cõmodum egenorũ.harum enim nullã:ad cõmunem vtilitatem respicit.
Quid popularis status. ¶ Oportet autem paulo vberius explicare:que sit vnaqueq; istarũ. habent enim dubitatio-
nes quasdã.philosophantis enim circa singulorũ disciplinam:& non solum ad agēdum re- 31
spicientis:propriũ est nichil negligere.neq; ꝑmittere:sed demonstrare in singulis veritatē.
Tyrãnidem esse diximus vnius dominationē ciuili societati presidētis. Paucorũ autem po
tentiã:quando rempublicã tenent opulenti & diuites. Popularē vero gubernationē:cum te
nues homines & non possidentes diuitias:gubernãt. ¶ Prima igitur dubitatio circa diffini- 32
tionē est.nam si plures sint opulenti & diuites ac rempublicã teneant.et popularis guberna
tio sit cum multitudo regit: eodemq; modo sicubi contingat inopes esse pauciores q̃ opu-
lenti:sed potentiores ac rempublicã teneant:& vbi pauci rempublicam optinent:paucorũ po
tentiã nũcupamus:nõ recte videnť iste diffinitiões gubernationũ esse posite. ¶ Enimue- 33
ro,si quis adiũgens opulentie quidē paucitatē/inopie vero multitudinē sic appellet reipubli

ce species/vt dicat paucorū potentiā esse/in qua gubernationē respublice habent opulenti/numero pauci:popularē vero/in qua inopes rempublicā tenent multi existentes: aliā habet dubitationē.quas enim modo dicemus eas respublicas:eam videlicet in qua plures opulenti/& eam in qua pauciores inopes gubernant in vtraq; rerumpublicarū/siquidem nulle sunt alie respublice preter supradictas? ¶ Videtur igitur ratio ista ostendere: ꝙ paucos esse vel multos qui gubernāt/cōtingens est/aliud paucorū potentie alterū populari. propterea ꝙ vbiq; accidit:si pauci sint opulenti.multi vero inopes.Ex quo fit vt huiusmodi cause nō faciant differentiā:sed in eo differant popularis gubernatio & paucorū potentia abinuicē/ꝙ alibi opulenti/alibi inopes rempublicā obtinēt.Necessariūq; est vbicunq; per opes ac diuitias presunt/siue hi pauciores sint siue plures: hanc esse speciem illā/que vocatur paucorū potentia.vbicūq; inopes:hanc esse popularē gubernationē.sed accidit(vt diximus)hos quidē paucos esse/illos vero multos. opibus enim ac diuitiis pauci abūdant/ libertatis tamen omnes participes sunt:propter quas causas cōtenduut vtiq; de republica.

¶QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

29 Diducit rempublicā rectam:in regiam/optimatū/& in eam que sibi peculiariter respu
blice nomen vendicat/quam alij censupotestatē appellant.regia penes vnū est: qui
paterna pietate atq; affectu/omniū directione suscipit. optimatū respublica paucos
respicit/virtute & probitatis integritate perfectos.que autē peculiariter respublica &
censupotestas dicitur:multos qui & belli et pacis tēpore totius cōmunitatis bonū ꝓ
curant. Diffinit rempublicā regiam:eam esse in qua vnus excellenti virtute preemi
nēs/ad cōmunē omniū vtilitatē gubernat. Et optimatū:in qua pauci optimi & ad optimū ciuibus ꝑ
sunt.Cesu vero potētum rempublicā:in qua multi ad cōmunē omnium vtilitatē/ciuitatis gubernatio
nem administrāt.et hec:respublica nominari solet/ cōmune rerumpublicarū nomen sibi vendicās. et
hec maxime consistit in ijs qui bellica virtute prepollent/qui arma tenent/& hostes ꝓpulsant. Nam
fieri potest:vt vnus virtute excellat/vt in regia.aut pauci:vt in optimatū republica.vt vero multi excel
30 lant ad virtutē:haud quaq; facile/nisi ad bellicam. ¶ Prolapsiones/labes/trāsgressionesq; et corrupte
las rerumpublicarū enumerat/& diffinit:tyrannidē/paucorū potentiā/et popularē gubernationē. Ty
rannis regno contrariaṫ. & est dn̄atus vnius ad propriū cōmodum cuncta molientis. Paucorū poten
tia:optimatū gubernationi aduersaṫ. & est:cum pauci opulenti/ad suum cōmodum res ciuitatis admi
nistrant. Censu vero potestati:popularis status cōtrarius est. & est:cum ad egenorū cōmodum/res gu
31 bernanṫ. & nulla harum:ad cōmunē omniū vtilitatem atq; bonum/respicit. ¶ Resumit trium trāsgres
sionū rerumpublicarū diffinitiones(omissis vocabulis:multi et pauci)vt eas exactius enucleet. nā phi
losophi est:circa singulorū disciplinam nichil negligere/nichilq; p̄termittere/sed dilucidam aptamq;
32 facere in singulis veritatē. ¶ Prime dubitatiōis circa diffinitionem paucoꝝ potentie/ꝙ ea sit trāsgres
sio in qua pauci opulenti & diuites rempublicā tenent:causam adducit. nam si plures sint opulenti &
diuites in republica q̄ inopes/remq; publicā teneant vt olim Colophonij/& insuper popularis guber/
natio vocetur cum multitudo & pars maior gubernat/ illa ꝓfecto esse popularis gubernatio. Diffinitio
igitur illa non recte de paucoꝝ potentia fuerit assignata. Preterea si paucoꝝ potētia est vbi pauci po
tentiores rempublicā tenent/& euentu aliquo alicubi cōtingat inopes/pauciores esse q̄ opulentos &
diuites/sed potētiores ad rempublicā tenendā/ vt in Apollonia & Thera/ & in Ethiopia vt magni &
pulchri pauci/ex numero 10 quarti huius:tunc illa erit paucoꝝ potentia.attamen opulenti & diuites
rempublicā non gubernāt.diffinitio igitur paucoꝝ potētie non recte allata est.non recte etiā popula
33 ris gubernatio diffiniaṫ:in qua tenues hoies & diuitias non habētes/gubernant. ¶ Malam dilutionē
refutat. Sed esto quis dicat particulas multi & pauci adiūgendas esse: vt paucorū potentia sit in qua
opulenti ac diuites numero pauci/rempubicā gubernant & popularis status:vbi inopes numero mul
ti/res cōmunitatis administrant.verum alia insurgit dubitatio.quas enim tunc dicemus eas respubli
cas:in quarū vna pluresopulēti/& in altera pauciores inopes gubernant/ si nulle sunt respublice pre
34 ter eas que dicte sunt? ¶ Diluit. Annuens particulas multi & pauci:non esse de illarum diffinitionū
integritate/neq; differūt paucorū potentia & popularis gubernatio/per hoc ꝙ hic multi illic pauci gu
bernent:sed per hoc ꝙ inopes/illic vero opulenti/& respectu habito ad diuitias presunt & rempubli
cam tenent. Verūtamen sepenumero accidit in his gubernatiōibus/vt pauci sint opulenti & multi in
opes: ideo particule ille pauci & multi cum apponūtur/non intelligātur vt necessarie/ sed que id ex
plicant quod frequenter accidit.accidere tamen & alio modo etiam potest.vt & dubitationis preter
debat ratio.

¶ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

Is determinatis.Species quas hic enumerat:simplices sunt. volunt autem eas in ciuitati- 29
Polybius. h bus componi:vt in Laconica & Romana republica secundũ Polybiũ.nam qui aspicit ad
imperatores belli:regia videt. qui ad senatũ:optimatũ.qui illic ad ephoros/hic autem ad tri
bunitios:cẽsupotentũ.Verum Laconicã non recte illa continere/& in multis aberrare & labi:mõstra-
uit Aristoteles cap.septimo precedẽtis.de Romana autẽ republica qualis ipsa fuerit:non est inpsen-
tiarũ differendũ.Verum si in aliqua ciuitate/aut due aut tres harum specierũ iungãtur: res ea publica
cõposita nichil vetat dici.si tamen vna alijs pficiatur/in eaq; summa reipublice locetur:ab ea vt a do
minãte respublica denominat. ¶Paucorũ autẽ potentiã:quãdo rempublicã tenẽt opulẽti & diuites. 31
Cum & in paucorũ potentia & populari gubernatiõe.audis rempublicã nomiari: intellige trãslaticie
& ipropriе dici/sm materiã subiectã/pro republica aberrãte/& lapsa: qđ passim fit/& hic & in sequẽti
bus libris:more aliorũ/qui & has labes/respublicas appellare cõsueuerunt. Verũ ex ijs que hic discutiũ
tur:cognoscimus nõ esse absolute respublicas/sed trãsgressiones rerumpublicarũ/atq; labes.

¶De iusto paucorũ & populariũ ciuitatis fine/virtute & vicio.Cap. VI.

Vmendum est prius:quos terminos esse dicunt paucorũ potentie & popularis gu 35
bernatiõis/& quid sit iustum in vtraq;.Omnes enim attingũt iustum quoddã:sed
vsq; ad aliquid pcedentes/& aiunt non omne iustũ proprie.puta videtur equalitas
iustum quiddã esse(& est enim)sed non omnibus/at equalibus.& inequalitas iustũ
videt esse(et est quidẽ)sed non omnibus/at iequalibus.alii vero hoc auferũt/scilicet quibus:
& male iudicant.causa vero est:quia de ipsis iudiciũ fit.qui vero de ppriis iudicant:vt plu-
rimũ nõ recti sunt iudices.itaq; cum iustũ sit aliquibus: & diuisum sit eo modo in rebus &
Quinti cap. 3 personis(vt & prius diximus in ethicis)equalitatẽ rei cõfitẽtur: sed de personis cõtendunt
maxime propter id quod dictũ est modo/quia de seipsis nõ recte iudicant. ¶Deinde quia
vsq; ad aliquid/vtriq; eorũ iustum quiddã dicentes:putant se dicere simpliciter iustum.illi
enim si in aliquo sint supiores/ceu opibus & diuitiis:alios oĩno putant esse impares.hi ve-
ro si in aliquo sint pares/puta in libertate:omnino putãt esse pares.¶Ceterũ quod est prin-
cipalissimũ:nõ dicunt.si enim possessionũ gratia societatẽ iniissent/vnaq; couenissent:tã-
tum caperẽt ciuitatis/quãtũ possessionis. quare ratio illa valeret que est paucorũ potentiũ.
aiunt enĩ nõ esse iustum vt qui vnum cõtulit/tñ recipiat de centũ minis/quãtũ is qui con
tulit oẽ reliquũ/neq; de iis que ab initio/neq; de iis que postea superuenient. ¶Siquidẽ non
viuendi solũ gratia:sed magis bene viuẽdi.nam sic seruorũ & aliorum animaliũ ciuitas es
se posset. nunc autẽ non est:ex eo quia felicitatis non sunt capacia/neq; vite secundũ ele-
ctionẽ.neq; societatis gratia bellice/ne a quoq̃ iniuria afficiãtur/neq; propter cõmercia/ac
Hetrusci. mutuã vtilitatem.nam sic Hetrusci & Carthaginẽses & omnes ii quibus est cõuersiũ in-
Carthaginẽses uicem:tanq̃ ciues essent vnius ciuitatis.sunt nempe illis federa circa res iportãdas & pacta:
ne iniuria afficiãtur.& scripture circa mutuã bellandi societatẽ.sed neq; magistratus cõmu-
nes his deputati sunt omnibus:verũ alii apud alios.neq; quales esse oportet: alteri alteros cu-
rant.neq; vt nemo eorum iniustus sit/qui sub federe comprehẽdunt/neq; vt prauitatẽ nul
lam habeãt:sed solum vt non inuicẽ iniuria se afficiant.¶At enim de virtute ac vitio publi
ce cogitãt:quicũq; curã habent bonis legibus instituere ciuitatẽ.ex quo manifestũ etiã est:
de virtute curam esse habendã ei que reuera ciuitas sit nominãda/non oratiõis gratia. nam
fit cõmunio societas aliorũ ad bellum/loco solũ differens ab illis sociis longe existẽtibus.
Lycophron. & lex pactio(vt ait Lycophron sophista)fideiussor inuicẽ iustorũ/sed non talis vt bonos &
Megarenses. iustos ciues efficiat.Et q̃ ita se hat eat:patet.nam si quis cõiungat loca in vnum/vt Mega
Corinthij. rensiũ & Corinthiorũ ciuitates/sese inuicẽ cõtingant menibus:nichilominus vna nõ erit
ciuitas:nec si simul cõiugia ineant.q̃q̃ hoc vnum sit de iis cõmunionibus:que proprie sunt
ciuitatũ.Eodemq; modo si qui habitẽt separati quidem/nõ tamen ita longe vt nequeant si
mul cõmunicare:legesq; habeant/iniuriã sibi inuicẽ in cõmertiis phibentes. seu si vnus
faber:alter agricola:alter sutor.alter aliquis huiusmodi esset:essentq; hi decem millia nũero/nec
alia eis esset cõmunio nisi talium rerũ puta cõtractus/& ad bella cõfederatiões:nec sic qui-
dem ciuitas adhuc esset.propter quã tandem vtiq; causam/non enim quia nõ propinqua sit
cõmunicatio.nam si in vnum conuenirent ita cõmunicãtes:vnusquisq; tamen vtatur ppria
domo vt ciuitate: ac sibiipsis vt confederati auxiliũ ferant cõtra iniuriãtes solũ:ne sic qui-

dem ciuitas esse videretur recte considerātibus. siquidem eodē modo cōuersarentur simul coniūctim & separatim. Ex quo patet igitur q ciuitas non est cōmunicatio loci/& non iniuriandi sibiipsis/& cōmercij gratia: sed ista quidem vt assint/necessariū est: siquidē futura sit ciuitas. nec tametsi ista adsint omnia: ciuitas adhuc erit. At bene viuendi societas & domibus & generibus/vite perfecte gratia & per se sufficiētis. hoc tamen nō erit nisi vno eodemq; loco habitātibus/& coniugia simul ineūtibus. propter quod ppinquitates in ciuitatibus extiterūt: & sodalicia & sacra/& cōuersationes ad simul cōuiuendum. idq; est amicitie opus. nam simul viuendi electio: amicitia est. finis est igitur ciuitatis bene viuere: illa vero/gratia finis. ciuitas autem est generum pagorūq; societas/vite perfecte ac per se sufficientis. hoc est (vt diximus) bene beateq; viuere. bene igitur agendi gratia ponēdum est esse ciuilem societatē: non autem gratia simul viuendi. quapropter quicūq; plus conferūt ad huiusmodi societatē: his plus iuris competit in ciuitate/q ii qui libertate ac etiam genere pares sunt vel maiores/sed ciuili virtute sunt impares. & q ii qui diuitiis superant: sed virtute superant. quod igit omnes qui de republica cōtendūt partem aliquā iusti dicunt: manifestum est ex supradictis.

¶SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

35

NEq; in paucorꝝ gubernatiōe neq; in populari iustū simpliciter esse: sed solum sm quid. Primo. Quia id primū requirendū est/quos terminos iusti dicāt/ in paucorū potentia & populari gubernatiōe: & quid paucorū/& quid populare cēseant esse iustum. vtriq; certe & paucipotētes & populares vsq; ad aliquid/certosq; terminos attingūt iustum: attamē non proprie totum ac omne iustū attingūt. vt verbi causa: his equalitas iustū quiddā esse videtur. & est pfecto: sed non oībus/verū equalibus. illis vero: inequalitas iustū videtur esse. & est etiā: sed nō omnibus/at inequalibus. hi vero (populares inquā) cum dicunt rerū equalitatē iustum esse/auferūt quibus sit iustū: quasi nichil intersit/& ipsa sola rerum equalitas (vt ipsum iustū sit) sufficiat. at ipsi male iudicāt. & causa in prōptu est: quia ipsi de se & re propria iudiciū ferunt qui vero de pprijs iudicant: vt plurimū perā iudicant. quare cū iustū aliquibus sit iustū/cum rebus tū personis/sitq; eodē modo similiq; ratio nū cōparatione in vtrisq; diuisum/vt & prius in Ethicis dictū est: ipsi errant/qui equalitatē rei cōfitētur esse iustū. sed maxime de psonis cōtendūt: atq; vt iustū sit/non oportere esse equalitatē psonarꝝ/pPter id quod pauloañ dictū est. ¶Secūdo. Quia vtriq; eorū & paucipotētes & populares: vsq; ad aliquid iustū quoddā atq; secundū quid/dicētes putant se dicere simpliciter iustū. pauci enī potentes si in aliquo sunt supiores/ceu in opibus & diuitijs/in oībus se putāt esse supiores/& alios omnino esse inequales. Cōtra vero populares: si in aliquo sint equales/vt in libertate ōino putant atq; in oībus par esse ipsos esse equales. quod pfecto minime oportet. nō igitur ipsorꝝ iustū simpliciter est iustū. sed secundū quid iustum. ¶Tertio. Quia in vtraq; harū transgressionū: omittunt finē adducere/gra cuius esse debet ciuitas/& qd est pricipalissimū: quod sane nō est possessionū adeptio. nā si possessionū gratia/societatē iiuissent/vnaq; coissent: tantū quisq; particeps esset ciuitatis/q̄tum & possessiōis. quare & ratio illa paucorꝝ potentiū valida esset: quia aiūt nō esse iustū/vt qui vnū ad republicā cōtulit/ eque de centū minis participet/vt qui totū reliquū impēderit/neq; de ijs que a principio pueniunt/ neq; q subinde sequent. ¶Quarto. Quia nō viuēdi solū/sed magis bene viuēdi gratia est ciuitas. Nā si solū gratia viuēdi esset: sic seruorū & brutorꝝ ciuitas esse posset. atq nūc nō est. quia felicitatis sunt imunia/& huius vite que est sm electionē. neq; societatis bellice gratia est ciuitas: ne a quoq; iniuria lacessant neq; ppter cōmertia ac mutua vite cōmoda. nā hic Tyrrheni & Carthaginēses/& ij oēs quibus mutuū est cōmertiū: tanq̄ ciues essent vnius ciuitatis. sunt enī illis federa circa res importādas/ac pacta: ne iniuria se mutuo afficiant/& scripture circa mutuā belli societatē. sed quomō ciuitas esset? cum his oībus minime sint cōes constituti magistratus: sed alij apud alios? neq; alijs de alijs cure est: quales ipsos esse oporteat. neq; vt nemo eorum iniustus sit: qui sub federe cōprehendūtur. neq; vt prauitatē nullam habeant: sed id dūtaxat vt non seinuicē iniuria afficiant. Hunc autē finem qui est bene viuere: non attendūt/neq; paucipotentes/neq; populares. quod quidem est optimū. qui fit igitur: vt in illis sit simpliciter iustum? ¶Quinto. Quia de virtute ac vitio totius societatis cogitant: quicūq; curam adhibent bonis legibus instituere ciuitatem. ex quo etiam perspicuū est: horum curam habendam esse ei ciuitati/que reuera ciuitas sit nomināda/non gratia sermonis solum/sed opationū magis. nam hoc pacto lege & sermone cōmunio: fit societas aliorū/ loco differens solum ab illis socijs: longe quidem degētibus. & lex pactio est (vt inquit Lycophron) fideiussor inuicem iustorū: sed nō talis vt

bonos & iustos ciues efficiat. & latius declarat Aristoteles: huiusmodi confederatorũ societatẽ/etiam si loca iungãtur non efficere ciuitatẽ. quod ꝓpositũ finis ciuitatis/qui est bene viuere ad totius cõmunitatis vite sufficientiã: illis desit. hunc autem solum esse finem. Et infert cetera non sufficere ad ciuitatem/& finẽ non esse: sed ipsius finis gratia. quare qui plura cõferunt in ciuitate/ad hunc finem (ad bene inq̃ & beate viuendum) ij in illa ciuitate plus merito habere debent/q̃ opulenti & diuites/aut populares/qui equa cum eo sint libertate. Ex quo patet id iustum nõ simpliciter esse quod pauci potentes dicunt: neq; simpliciter iustum quod dicunt inopes/plebei/atq; populares. ex quo etiam dilucidum est: quam particulã iusti contineant/qui de iusto rerumpublicarũ cõtendunt. que intercepta est littera: satis clara esse visa est.

¶ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

Taq; cum iustũ sit aliquibus. de iusto quod ad distributionẽ accõmodatum est/ quodq; in
i aliquibus consistat/cum muneribus tum personis/ & quod in geometrica medietate suam
seruat equalitatem: vt dictum est abunde cap. tertio quinti ethicorum.

¶De dominio ciuitatis/& repetũdis rationibus. Cap. VII.

ESt autem dubitatio: quid oporteat dominãs esse in ciuitate. nũquid populũ/ an eos 36
qui diuitias habent/an bonos & equos/ an vnum qui sit optimus omniũ/ an tyrannũ? verum hec omnia videntur habere difficultatem. ¶Quid enim si inopes 37
quia plures sint/partiatur ea que sunt opulentorũ: hoc non iniustum est? videbitur enim me
diusfidius: id ei qui dominat̃ iuste fieri. iniuria igitur summa: que tandem dicenda est?
¶Rursusq; omnibus acceptis: si plures ea sibi tribuant que sunt paucorũ/constat ꝙ ciuitatem corrũpunt. atqui virtus nunq̃ corrumpit id quod eam habet: neq; iustum ciuitatis corruptiuũ est. ex quo patet legem istam non posse iustam esse. ¶Preterea illa quoq; que facta 38
fuerint a tyranno: necessariũ esset iusta esse omnia. vim enim affert propter potentiã: quemadmodũ multitudo diuitibus. ¶Sed an paucos & opulẽtos iustum est dominari: an ergo si 39
& illi agant hec/& rapinas exerceant: auferantq; multitudinis bona/hoc est iustum? & cetera ergo hec igitur omnia constat esse praua & non iusta. ¶Verum bonos & equos domina 40
ri oportet: authoritatẽq; habere omniũ. ergo alii omnes cum magistratus nõ capiant: inhonorati manebũt/nam honores quidẽ: magistratus/honoresq; appellamus. quos si boni semper habeãt: necessariũ est alios excludi ab honoribus reipublice. ¶Sed vnũ qui sit optimus: 41
dominari melius. verũ id adhuc nimis ad paucorũ potentiã pertinet. nã plures erunt ab honoribus exclusi. ¶Sed forsan dicet aliquis legem dominari debere: nõ autem hominẽ/in 42
quem cadunt animi ꝑturbatiões. Si igitur sit lex quidem: sed vel ad paucorũ potentiã/vel
ad popularẽ fauorem declinãs/quid tandem refert ab iis de quibus dubitatum est/euenient
enim simili pacto eadem: que supradicta sunt. de his igitur sit alius quidã sermo. ¶Quod 43
autem magis penes multos debeat esse dominãdi potestas/q̃ penes paucos licet optimos: videtur solui posse/& quandã habere dubietatẽ/immo forte & veritatẽ. nam si plures sint/quorũ vnusquisq; non sit vir studiosus: tamen fieri potest/vt in vnum cõuenientes: omnes meliores sint q̃ illi. non vt singuli sed vt omñes. quemadmodũ cena in qua plures cõferunt: q̃ ea que ex vnius erogatione fit. nam cum plures sint: vnusquisq; partem habet virtutis ac prudentie/ac fiunt in vnum collecti quasi homo vnus: qui multos pedes habeat/multasq; manus/multosq; sensus. & eodẽ modo circa mores & intelligentiã. quapropter melius iudicant multi & in musica & in poetarũ operibus. alii enim partẽ aliam cuncti cunctas discernũt. Sed in hoc differũt studiosi viri ab vnoquoq; aliorũ ex multitudine: quemadmodũ decoros a non decoris aiunt: & picta artificiose a veris: eo ꝙ seorsum distincta in vnum colligantur. cum separatorũ pulchrius se habeat: huius quidem oculo picto oculus: alterius vero
quodam alio alia particula. ¶Si igitur de omni populo omniq; multitudine recipit̃ hanc 44
esse differentiã multitudinis ad paucos studiosos: incertũ est. immo mediusfidius certum: ꝙ de quibusdã est impossibile. nam eadem ratio de bestiis cõgrueret. ecquid differunt quidam (vt ita dixerim) a bestiis? sed de aliqua multitudine nichil vetat q̃d dictum est esse verũ. ¶Quapropter dubitationẽ illam priorẽ: per ista absoluere quis potest: ac similiter aliam 45
subsequentẽ. quorũ oportet dominãdi potestatẽ habere liberos hoĩes: ac multitudinẽ ciuiũ:
quales sunt quicũq; neq; opes habent neq; virtutis existimationẽ vllam. ¶Etenim permit 46
tere istis magnos magistratus: nequaq̃ est tutum. nam propter iniusticiam & imprudentiã:

in quibusdam iniuriarẽtur/in quibusdã autem errarent.excludere vero illos penitus ab honoribus periculosum esset.cum enim multitudo inopum est in ciuitate/eademq; ab honoribus exclusa:necesse est eam ciuitatem plenã esse hostium reipublice.restat igitur:vt ad cõsulendũ & decernendũ isti recipiantur. Quapropter & Solon/& alii quidam eorum qui leges condidere/huiuscemodi homines: ad repetendas gestorũ rationes/& ad suffragia electionesq; magistratuũ admittunt.solis autem vt magistratus committãtur:nequaq̃ permittunt.dum enim cum aliis vna decernũt/atq; consulunt:capiunt omnes simul sufficiẽtem sensum: & permixti melioribus/prosunt reipublice. quemadmodũ non purum alimẽtum vna cum puro:totum facit vtilius/q̃ paucum.separatim vero vnusquisq; imperfectus est ad Solon.

47 iudicandũ. ¶Sed habet dubitationem huiusmodi ordinatio reipublice. Primum quia videatur eius hominis scire iudicare quis medelam recte attulit: qui ipse sciat etiam mederi/ac sanitatem ei qui febre laborat afferre/cum morbus affuerit. hic autem est medicus.eodemq; modo de aliis facultatibus & artibus.vt enim medicũ/rationes sue medele apud alios medicos reddere oportet: ita & alios apud similes.medicus autem est ille qui agit/& ille qui precipit:& tertio loco ille qui expertus est circa artem. sunt enim quidam tales in cunctis (vt ita dixerim)artibus.tribuimus enim iudicium:non minus expertis q̃ sciẽtibus. ¶Deinde & circa electionem eodem se videtur habere modo.nam recte eligere sciẽtis est opus: ceu geometram geometricorũ:& gubernatorẽ in gubernanda naue peritorũ. etsi enim in quibusdam operibus & artibus cõcurrunt alii quidam ignorantes:non tamen melius iudicant/q̃ scientes. Itaq; secundũ hanc rationem/authoritas dominãdi multitudini danda nõ esset:neq; in electionibus magistratuum/neq; in rationibus administratorũ reposcendis.

48 ¶At forsan non hec omnia bene dicuntur/etiam propter superiorẽ sermonem:si sit multitudo non nimis seruilis. erit enim vnusquisq; deterior iudex/q̃ ii qui sciunt: veruntamen simul omnes vel melius iudicabunt vel non deterius.& de quibusdã quidem:non solum is qui fecerit melius iudicat/q̃ quicũq; qui opera cognoscunt/etiam non habẽtes artem.puta domũ nõ solum is intelligit & iudicat qui fecit/sed melius is qui vtitur. vtitur autem paterfamilias/& de temone melius gubernator q̃ faber/& de epulis cõuiua q̃ cocus: hoc igit

49 dubiũ fortasse per hunc modum videatur sufficienter solui. ¶Est & alia dubitatio cum hac annexa.quia incõueniens videtur/ vt deteriores qui sunt/maioribus habeant dominandi potestatẽ/q̃ probi.rationes vero administratorũ a magistratibus reposcere/& magistratus ipsos deligere:maximũ est. que duo in quibusdã ciuitatibus(vt dictum est) populo tribuuntur.cõtio enim:talium omniũ domina est. atqui cõtionis quidem participes sunt & deliberant/& iudicant exigui census homines/& cuiuscũq; etatis. questurã vero & militum pre

50 fecturã & maximos magistratus suscipiũt ex magno censu. ¶Questio ista potest eodem modo solui.nam forsan id se recte habet. neq; enim iudex neq; consultor/neq; is qui in cõtione existit dominat:sed iudicium & consiliũ/& populus. dictorũ vero vnusquisq; particula est istorum.dico autem particulã esse consultorẽ & cõtionatorẽ & iudicem.quare iuste dominatorũ est multitudo.ex multis enim populus constat/& consilium & iudicium: maiorq; census vniuersorũ q̃ singulorũ per se/& q̃ illorum paucorũ qui magnos suscipiũt ma

51 gistratus.Hec igitur in hunc modum determinata sint. ¶Prima vero dicta questio:manifestum facit nichil adeo/vt leges recte positas debere dominari. illum autẽ qui reipublice preest/siue vnus hic sit/siue plures:in iis potestatẽ habere debere/de quibus leges exacte/cauere non possunt/ex eo quia non facile sit generali sermone singulos casus comprehen

52 dere. ¶Quas tamen leges recte positas dicamus/nõdum apparet: sed adhuc superest anterior dubitatio.enimuero tales esse leges/quales sunt respublice necessariũ est:prauas vel studiosas/iustas vel iniustas. & hoc vnum manifestũ esse oportere:ad speciem reipublice/leges esse accommodatas.quod si ita sit: patet q̃ leges illas que ad rectas gubernatiões date sunt:necesse est esse iustas.illas vero que ad earum labes :esse non iustas.

¶SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

36 Questionem mouet quid oporteat dominari/summãq; tenere authoritatem in ciuitate:an

37 inopum multitudinẽ/an opulentos/an equos & bonos:an regem/an tyrãnũ: ¶Disputat: inopũ multitudinẽ non oportere dominari. Idem facit:non oportere dominari tyrãnum.

¶ Disputat etiam:non oportere dominari paucos & opulentos. ¶ Neq; oportere reipublice summã 38
esse penes equos & bonos. ¶ Hic insuper disputat:neq; regem/vnumq; qui omniũ optimus sit/ to- 39
tius ciuitatis summã potestatẽ tenere. ¶ Demũ disputat:neq; legem dominari oportere. & quãq̃ ra- 40
tiones alique de aliquibus colligere videãtur:nichil adhuc hic asserit.sed tantũ disserendi modo/cun 41
cta proponit:vultq; aliam de his certiorẽ expectandã esse discussionem.neq; difficile est litteram mẽ- 42
te assequi. ¶ Summũ dominũ penes multos esse debere potius q̃ penes paucos optimos:dicit id pos 43
se solui/habere tamen aliquã dubitationẽ/& forte propemodũ veritatẽ.et disputat melius penes mul
tos esse:argumentũ ex Socrate sumens(quod clarũ est in littera) & ex similitudine differentiã virorum
studiosorũ ab alijs/quod differant vt decori a non decoris/& vt artificiose picta a veris.quod in huiusmodi
affabre pictis:que diuersim in varijs formosa reperiũtur/cuncta simul vna colligit imago. cum sepa-
ratorũ hoc quidem quid pulchrius habeat picto/vt pulchriorẽ oculum oculo picto/& aliud/ partem
aliam parte picta pulchriorẽ/atq; meliorem. ¶ Socratis ex similitudine differentiã paucorum studio- 44
sorũ(si ad omnẽ populũ/omnẽq; multitudinẽ intelligatur)refutat.quia quedã tales multitudines sunt:
que pparum a bestijs differunt: particulariter tamen & de aliqua multitudine nichil vetat similitudi-
nem veram esse. ¶ Per ea que subinde sequent vult dilui posse dubitationẽ superiorẽ:an videlicet pe 45
nes multos magis q̃ penes paucos licet studiosos/dominãdi potestas esse debeat. & sequẽtem dubi-
tationẽ:in quibus videlicet dominãdi facultatem/gubernatiõis authoritatẽ tenendi/oporteat habere
liberos homines/& qui alicuius pensi probitatisq; habeant/ & multitudinẽ etiam cuiusmodi sunt qui
neq; opes habent neq; virtutis aliquam existimationẽ. ¶ Per hec dilui possunt.liberos homines/qui 46
& fortunis & virtutis opinione/precellũt:precipuos gerere oportere magistratus/reliquam vero mul-
titudinẽ ad consultandũ & discernẽdum admittere/ad suffragia/electionesq; magistratuũ/ & repetũ-
das eorum que in magistratu gesta sunt ratiões.ceu Solon instituit/& aliorum nõnulli.nam cum alijs
vna cõsultant ac discernunt/eliciuntq; omnes simul sufficiẽtem sensum:& permixti melioribus/reipu-
blice prosunt.ceu nõ purum alimentũ vna cum puro:totum facit vtilius/q̃ paucum purũ.sic seorsum:
quisq; insufficiens est ad iudicandũ.& multitudini magnos/precipuosq; magistratus cõmittere:nequa-
q̃ est tutum.nã propter iniusticiã & inscitiam:quibusdã iniuriarẽtur/& in quibusdã errarent.et penitus
excludere:periculosum esset. nã multitudine inopũ in ciuitate ab omni magistratus honore exclusa:
ciuitatẽ illam refertã esse hostium reipublice necesse est. quare reliquũ est:vt est dictum/magistratus
dispensare. ¶ Dubitationẽ adducit:que ptinus emergit ob idipsum quod dictũ est multitudinẽ opor 47
tere esse participẽ reposcendarũ rationũ/eorum que in magistratu gesta sunt/suffragiorũq; pariter & ele
ctionũ.& primo de repetẽdis ratiõibus.quia eius hominis esse videt/scire iudicare quis recte mede-
lam attulit:qui idem sciat etiã mederi/ac sanitatẽ afferre ei qui febre laborat/cũ febris affuerit. hic au-
tem est medicus.& eodẽ mõ in alijs facultatibus & artibus.nam vt medicũ rationes sue medele apud
alios medicos reddere oportet:ita & alios artifices apud alios similes.medicũ autem dicimus:& eum
qui medicinas cõficit/et eum qui precipit/& tertio loco eũ qui circa medendi facultatẽ est expertus.
nam sunt quidã tales in cunctis(vt ita dixerim)artibus.tribuimus eni iudiciũ expertis nõ minus q̃ sciẽ
tibus.si igitur multitudini eorum que in magistratu gesta sunt/rationes sunt reddẽde: oportet & eam
scire magistratũ gerere/aut similẽ gubernandi artem ipsis magistratibus habere/circaue illam esse suf
ficienter instructã:vt similes suas rõnes apud similes reddant.quod nequaq̃ verũ est.igitur non recte
se habere videtur:multitudinẽ/repetendarũ rationũ debere esse participem. ¶ Secundo par esse non
videtur:multitudinẽ suffragiorũ electionisq; magistratuũ esse participẽ.nam recte eligere scientis est
opus/ceu geometrã eligere geometricorum est:& gubernatorẽ eorum qui in gubernatiõe nauis fuere.ete-
nim in quibusdã operibus & artibus cõcurrunt alij quidem ignorãtes: non tamen melius iudicant q̃
scientes.quare scdm hanc rationẽ/ nequaq̃ authoritas preualẽdi/multitudini credẽda est in electiõibus
magistratuũ/neq;(vt visum est)in exigẽdis/reposcẽdisq; ratiõibus rerum administratarũ. ¶ Diluit in- 48
quiens superiorẽ rationẽ non omnino forsan veritatẽ cõtinere: dũmodo non nimiũ ebes sit/nimiũq;
rudis atq; seruilis.nam esto sit vnusquisq; deterior iudex q̃ ij qui sciunt:verũtamen simul oẽs vel me-
lius iudicabũt/vel nõ deterius.Et de quibusdã cernere licet.non solũ eũ qui fecerit iudicare melius/q̃
alij quicũq; opera cognoscẽtes/tametsi artem nõ habent.ceu domũ nõ solum is cognoscit & iudicat
melius qui fecit:sed is potius qui ea vtitur. vtitur eni domo paterfamilias/& temone gubernator quẽ
a fabro suscipit/ & obsonio vtitur conuiua non cocus. per hunc modum: fortasse videatur dubitatio
sufficienter diluta. ¶ Tangit continuo:que dubitatio inde emergit. quia incõueniens videtur: vt 49
qui in ciuitate deteriores sunt/maiorem circa magistratus habeant dominãdi potestatẽ q̃ probiores.
atqui rõnes administratarũ rerũ a magistratibus repetere/& magistratus ipsos deligere:maximũ est.
que duo nõnullis in ciuitatibus populo(ceu dictum est)tribuũtur.nam ad cõtionem vocata multitu-

do omniũ talium domina est. at vero cõtionis participes sunt/ & delibeꝛant/ & iudicãt exigui sensus
homines/tenuisq; fortune/ & cuiusq; cõditionis ac etatis: questurã vero & militum prefecturã a ma-
50 gno censu suscipiunt. ⁋Diluit.neq; iudicem neq; cõsultorem debere dominari sed iudiciũ/cõsilium/
& populum:quorũ quisq; et iudex/ & consultor/ & cõcionator particula est.quare quisq; domina ma-
iorum dicit multitudo:vtpote que ex iudicio/consilio/ac populo constet: & que maximũ contineat
censum.siquidem maior census vniuersoꝝ/ q̃ per se singulorum. ⁋Primã inquit dubitationẽ/que nu
51 mero 36 mota fuit/quidnam in ciuitate summã tenere oporteat authoritatẽ summeq; dominari: pos-
se terminari/respõdendo leges recte positas debere dominari. vbi vero ob vniuersale minime suffici
52 enter exprimunt:equos & bonos viros debere dominari. ⁋Hic adijcit questionem illam non ad-
huc sufficienter esse dilutam. quia nondum constat:que leges recte posite sunt. id tamẽ ratũ esse de-
bere:quales fuerint respublice/tales leges esse oportere. vt si studiose/si iuste:studiosas & iustas. si pra
ue/si iniuste:prauas quoq; & iniustas.quo fit/vt si iuste leges sunt rectis rebuspublicis accomodate:i-
iustas esse/que ad earam labes/transgressionesq; accomodantur.

⁋ANNOTATIONES AD CAP.SEPTIMVM.

36 QVid oporteat dominãs esse in ciuitate.dominans:precipuũ & summã reipublice au
thoritatem tenens.neq; hic dominãs intelligatur:vt id imperium quod est domini
37 in seruos nominat.ciuitas enim liberorũ/non seruorum est:& liberi ciues. ⁋Vide-
bitur enim mediusfidius. Vbi hic mediusfidius:greca littera habet νη Δια & vtraq;
particula est iurãtis: & hec per Iouem/illa per filium Iouis significare videtur. & nu
mero 44 simili iurandi particula vsus est Aristoteles. sic enim Socrates & Plato
42 sepe/ & alij gentiles iurare solebant.sed hec a sancta religione sint aliena. ⁋Sed forsitan dicet aliquis
sic grece αλλ ισως φαιη τις αν το κυριον ολως ανθρωπον ειναι αλλα μη νομον φαυλον εχοντα γε τα συμβαι
νοντα παθη περι την ψυχην. quod sonare videtur. sed forsitan dicet quispiam:ipsum sane dominans/
omnino hominẽ esse/verum non malam legem habẽtem/perturbatiões scilicet/ que solent animo ac
cidere. & malam legem videtur hic appellare huiusmodi animi perturbatiões. & disputare videt: e-
sto homo pturbationes non habeat/non tamen iccirco oportere ipsum secũdum legem dominari/q̃
uis id absq; perturbatione vlla fieret. nam nichil prohibet huiusmodi legem:aut paucorum esse/ aut
popularem.

⁋De fine politice/precellentia/nobilibus/opulentis/iusticia/virtute bellica/legis-latore.Cap. VIII.

53 CVm vero in cunctis scientiis & artibus finis sit bonum:maximũ autem &
maxime in pricipalissima omniũ.est autem hec ciuilis potestas. est autem
54 ciuile bonum iustũ.id autem:cõmunis vtilitas. ⁋Videtur autem omnibus
equum quiddã esse iustum/ & vsq; ad aliquid cõsentiunt philosophicis ra-
tiõibus:de quibus determinatũ est in moralibus.quid enim & quibus iustũ
& oportere paribus par existere/quorũ etiam paritas & quoꝝ imparitas sit:
55 oportet non latere (habet enim id dubitationẽ) & philosophiam ciuilem. ⁋Forsan enim
dicet aliquis secũdum omnis boni preeminentiã oportere impariter magistratus tribuere/
si etiã in ceteris aliis nichil differant/sed pares sint.differẽtibus eni aliud esse iustũ.& quod
sit secundũ dignitatẽ. ⁋Atqui si hoc verum sit:erit & scundũ colorem & secundũ magni
56 tudinẽ/ & secũdum vnumquodq; bonorũ plus tribuendũ de ciuili iusto/ illis qui superex-
cellunt.an id quidẽ aperte falsum est/ patet profecto in aliis scientiis & artibus. paribus eni
fistulatoribus: q̃tum ad artem danda non est prerogatiua fistularũ/illi qui sit nobilior (ni-
chil enim melius caneret) sed oportet iis qui in opere ipso supexcellunt/tribuere preroga-
tiuã fistularũ.quod si nondum patet quod diximus:etiam magis deducẽtibus erit manife-
stum.nam si erit aliquis excellens in fistulatoria arte/inferior tamen multo nobilitate ge-
neris vel forma/& si maius quodlibet illorũ est bonum q̃ fistulatoria (dico autem nobilita-
tem & formã) & secundũ ꝓportionem plus supexcedant fistulatoriã q̃ ille in fistulatoria: ta
men illi dande sunt meliores fistule.oportet enim ad opus ipsum prerogatiuã conferre. di-
uitiarum vero & nobilitatis respectus:nichil confert. ⁋Preterea secũdum istam rationẽ:
omne bonũ ad omne bonũ esset vtiq; cõparabile.nam si magis aliqua magnitudo:& certe
omnino magnitudo cõparabilis esset & ad diuitias & ad libertatẽ.itaq; si magis hic excelle-

ret magnitudine/q̄ ille virtute:& magis supemineret omnino magnitudo virtuti:essent
omnia compabilia.q̄to enim magnitudo huius illum superet: tāto costat fore parem. cum
vero hoc sit impossibile:patet ꝙ in rebus ciuilibus/ non ſm omnē imparitatē de magistra-
tibus recte contēdunt.si enim sint hi quidem tardi illi autem veloces:nichil ob hoc oportet
alios plus alios minus habere.sed in agonicis certaminibus:horum excellentia honorē ca-
Ingenui liberi. pit. ¶ At ex quibus constat ciuitas:in his necesse est cōtentiones cadere. quapropter ratio-
nabiliter sibi arrogant honorē nobiles & ingenui & opulenti.oportet enim ingenuos esse/
& censum habere ad onera pferenda. non enim ciuitas esse potest ex paupibus omnibus:
quemadmodū nec ex seruis.atqui si hec requirūtur.patet ꝙ & iusticia & virtus bellica requi
rit.sine his enim:stare ciuitas non potest:Hoc tamen interest:ꝙ sine primis illis/ciuitas es
se non possit:sine his autem nō bene pmanere.ad hoc igit vt sit ciuitas: videri possunt vel
omnia vel quedā istorum recte sibi honores vendicare. ad vitam tamen optimā:disciplina
& virtus/iustissime sibi vendicare honores vtiq; viderent:vt supradictū est. ¶ Cum vero 57
non omniū parium par habere debeant/qui in vno aliquo sint pares/ nec impar impares se
cundū vnum:necessariū est omnes hmōi rerumpublicarū transgressiones esse/ & labes.di-
ctum vero est prius: quia inter se quodāmodo omnes iuste cōtendunt/ simpliciter autē nō
omnes iuste.opulenti quidē:ꝙ plus regionis possident.regio autē cōmune quiddā. preterea
in cōmerciis magis credit eis vt plurimū.liberi autem & nobiles quasi prope inter se.ciues
enim generosiores potius q̄ ingenerosi.nobilitas autē apud omnes in honore habet.insup
quia consentaneū est ex melioribus ortos esse meliores.est eni generis virtus nobilitas.Si-
militer quoq; dicemus virtutē merito cōtentionē inducere.sociabilē enim virtutē dicimus
esse iusticiā:cui cetere omnes virtutes necessario cōsequunt. Atqui & plures ad pauciores.
nam & potētiores & ditiores et meliores sunt:vt susceptis pluribus ad pauciores. ¶ An er- 58
go si omes isti essent in vna ciuitate:ceu boni/diuites/& nobiles:etiāq; alia multitudo que-
dam ciuilis:vtrum in dubium veniret quibus gubernatio reipublice foret tribuēda/an nul-
lum esset dubiū/ ¶ In vnaquaq; igitur republica earū quas diximus:indubitatū est iudiciū/ 59
qui nā debeant gubernare.principatibus enim inter se differūt: ceu alia per diuites/alia per
studiosos viros principatus esse/& aliarū vnaqueq; eodem modo. Sed tamen considerādū
est:quādo circa idem tēpus ista existunt/ quomō sit determinādum. nempe si virtute pditi
sint in ciuitate admodū numero pauci:quomodo est agendū/ an cōsiderare oportet si pau-
ci ad opus gubernādi rempublicā sufficiant/an tot esse oporteat multitudine: vt ex illis ci-
uitas cōstet.est autem dubitatio quedā in cunctis:qui de honoribus in republica cōtendūt.
nam qui vel propter diuitias/ similiter quoq; & qui ppter genus gubernationē sibi tribuē-
dam putant:nichil iuste dicere videant. sequeret enim vt si quis omniū ditissimus esset: is
vnus eodem iure gubernare alios omnes deberet. eodem modo qui nobilitate antecelleret
eorum gubernator esset/qui cum ipsi sint ingenui de honore cōtendunt. Hoc idem forsan
continget in optimatū gubernatione circa virtutem. si quis eni vnus vir probitate āncel-
lat aliis/qui in eadem republica studiosi vel sant:hunc dominari oportebit secundū illud iu
stum. ergo si & multitudinem dominari oportet/ ex eo quia potentior est q̄ pauci: etiam si
vnus vel plures vno/pauciores tamen q̄ multitudo potentiores sint aliis: hos oporteat gu-
bernare potius q̄ multitudinē. ¶ Hec itaq; omnia vident ostēdere ꝙ harum determinatio-
nū nulla est recta:secundū quam censent ipsi gubernationē sibi esse tribuendā/ ceteros ve-
ro omnes sub eorum gubernatione esse debere. nam profecto & ad eos qui per virtutem si-
bi arrogant guberdādi authoritatem.similiter autem & ad eos qui per diuitias:respondere
posset multitudo iustum sermonē. nichil enim vetat multitudinē/quandoq; meliorem es- 60
se q̄ pauci ac ditiorē:non secūdum singulos/sed secundū vniuersos. ¶ Ex quo ad eam que-
stionē quam querūt ac pponunt quidā:contingit modo sequenti respōderi. dubitāt enim
nonnulli/vtrum legislatori volenti quidem rectissimas condere leges: sanciende ne leges 61
sint ad meliorū an ad pluriū vtilitatem/quādo contigerit quod modo dictū est. ¶ Rectum
quidē accipiendū est eque.eque vero rectū ad totius ciuitatis vtilitatem/ & ad cōmunē ci-
uium.ciuis autē cōmuniter quidē/qui particeps est imperādi & parendi:licet alius secundū
vnamquāq; speciem rerumpublicarū.secundū autem optimā speciē/qui potest & eligit pa-
rere & impare/ad vitam secūdum virtutem degendam.

❡OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

53 OStēdit politice disciplíne ac ciuilis/finem(qui est cõmune bonũ/quodq; vniuerse cõmu-
34 nitati conducit/ac ciuile iustũ(finium cęterarũ facultatum esse prestantissimũ.❡ Ad me
moriam reuocãda esse:que in quinto ethicorum de iusto & equo & in quibus cõsistant:
discussa sunt/& quid iustũ/& quo pacto equis equa dispertienda sunt. & minime laten-
dum est:qui equales quiue inequales sint.nã hec ad ciuilem philosophiã momentũ habẽt:difficulta-
.55 temq; afferunt. ❡Improbat absurditatem eorum qui arbitrant secundũ precellentiam etsi in ceteris
sint equales: oportere ineqnaliter magistratus dispartiri/ vt pro dignitate dispensent.Primo quia si id
verũ esset.eis qui colore precellunt/aut magnitudine/aut aliquo alio cuiusq; bonoꝝ/plus tribuẽdum
esset admiuistrationis ciuilis.qđ facietenus & in aperto statim se ꝑdit esse falsum.vt licet in cęteris ar-
tibus intueri.nã paribus in arte tibicinibus: danda non est prerogatiua fistularum/ illi qui sit nobilior
(nichilo melius enim ille caneret)sed ijs qui in opere ipso superexcellũt tribuere prerogatiuã fistulaꝝ
oportet.& id latius explicat:atq; explicatio dilucida est/ac aperta.❡ Secundo quia sua ratione:omne
bonũ omni bono cõparabile esset.nã si magis aliqua magnitudo ad diuitias & libertatẽ facit:magni-
tudo certe cõparationẽ omnino & magis & minus & equaliter suscipiet/& ad diuitias & ad libertatẽ.
quare si hic magis excelleret magnitudine q̃ ille virtute:magnitudo illa/virtute prestãtior esset/& om-
nino & plus & minus & equaliter essent cõparabilia. quanto enim maguitudo huius/ illius virtutẽ su-
peraret:aut adiecto tanto virtuti/aut a magnitudine sublato tanto/oporteret magnitudinẽ virtuti esse
equalẽ.quod cũ sit impossibile:perspicuũ est in administrationibus ciuilibus/non secundũ omnẽ pre-
stantie inequalitem/magistratus esse dispartiẽdos recte cõtendere. Nam si hi incessu sunt tardi/illi ve
loces:nichilo magis oportet veloces magistratus plus habere/tardos vero minus.sed in cursu/conten
56 dentium certaminibus:hoꝝ excellentia capit honorẽ.❡ Ostendit opus esse ciuitati nobilibus/ liberis
hominibus atq; opulentis:& multo magis iustitia & virtute bellica.illis vt sit ciuitas:his vero vt bñ sit.
57 & ad vitã optimam:disciplinam & virtutẽ:iustissime omnium honores sibi vẽdicate. ❡ Insuper vult
omnes hmõi gubernationes(vbi aut qui in aliquo sunt ꝓcellentiores/contendunt omniũ inequalitatẽ
& plus habere debere vt in paucorum potẽtia/aut vbi qui in aliquo sunt equales/volut omniũ equa-
liter esse participes vt in populari gubernatione:labes esse/& transgressiones rerũpublicarũ.vt contẽ-
dunt opulenti ꝙ plus possessionis de cõmunibus rebus/ꝙq; plus authoritatis habeãt in commertiis:
iccirco se plus reliquoꝝ bonorũ habere debere.& contendunt liberi cõtra nobiles ac generosos/equa
se participare debere:ꝙ parũ distent libertas & nobilitas/ꝙq; ciues sint/ciues autẽ generosi potius q̃
non generosi.contra nobiles volũt/ꝙ nobilitas apud oẽs in honore habeatur/ꝙ meliores sint/vtpo-
te qui ex melioribus orti sint.nobilitas enim:generis virtus est.sic & virtute prediti:merito contẽdunt.
nã iustitia virtus est/ad continendã ciuilẽ societatem: cui cetere famulantur virtutes. plures itẽ aduer-
sus paucos contendunt:ꝙ potẽtiores/ditiores/& meliores/quasi plura suscipere debeãt q̃ pauciores.
58 ❡Querit an si omnes hi/boni/diuites/nobiles/& alia queuis multitudo ciuiũ/in eadem ciuitate esset
59 cui nã eorum gubernatio tradenda foret? ❡Responsio in determinatis rebuspublicis vt in ijs q̃ dicte
sunt:exploratum haberi quisnã debeat gubernare.vt i regno:rex.in optimatũ statu: optimi/ virtuteq;
insignes viri: in censupotentũ republica:honorifici quidã & potẽtes/ pro virili ad totius cõmunitatis
bonũ anhelantes sed vbi in eodẽ loco ista eodẽ tẽpore cõcurrunt:nondũ exploratũ/qui iure sibi ven-
dicẽt /gubernandi potiores partes.nam si boni ac studiosi sibi vendicant: videndum ne sint admodũ
numero pauci/vt ad gubernande reipublice pondus nõ sufficiant/ an tot multitudine vt ex illorũ gu-
bernatione stare possit ciuitas.quod nõ est facile.& quid prohibet vniuersam multitudinẽ meliorem
esse possis? si propter diuitias aut propter genus id sibi arrogãt:nichil iuste dicere videntur.nã pari iu-
re si quis esset ditissimus omniũ/aut omnes nobilitate precellẽs:omnes alios gubernare deberet. sic &
in optimatũ gubernatione:si quis cęterorũ esset optimus.sic multitudo:quia potentior.eadẽ quoq; ra
tione paci:si essent potẽtiores.si opulenti primas sibi moderande ciuitatis partes deffendunt:iustum
his sermonem/vt & illis qui per virtutẽ idẽ sibi arrogant/respondere possit multitudo/ nichil sane veta
re multitudinem interdũ & meliorem esse q̃ pauci ac ditiorem/nõ secundũ singulos sed secundũ vni
60 uersos. ❡Aliam questionẽ diluit.qua querere solent/vtrũ legislator cui cordi est rectissimas condere
61 leges/respicere debeat ad meliorum an ad pluriumvtilitatem qñ id quod dictum est acciderit. ❡Di-
luit.illas inquiẽs leges rectas esse:vbi eque ad totius ciuitatis vtilitatem/ & oim cõmune ciuium bonũ
respicient .ciuis autẽ cõmuni apprehensione/est qui particeps est imperandi & parendi: tametsi alius
& alius sit secundũ vnamquamq; reipublice speciem.secũdum autem optimam speciem:is ciuis est:
qui potest atq; vult & parere & imperare ad degendam secundum virtutem vitam.

❡ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

Atqui si hoc verum. In Ethiopia magistratus ab elegãtia corporis desumebantur. vt a co 55
lore & magnitudine. vt ex quarti huius numero 10 habetur.

❡Ce vno/ceteris virtute precellenti/ostracismo/optima republica. Cap. IX.

Vod si vnus sit vsq; adeo superexcellẽs virtute/vel plures q̃ vnus: nec tamẽ 62
tot numero vt implere ciuitatem possint/vt neq; cõparanda sit aliorũ oim
virtus/neq; facultas regẽdi rempublicam ad hanc pluriũ/si sint plures/vel
vnius tãtum si vnus: nõ amplius hi ponendi sunt ciuitatis pars. fieret enim
illis iniuria: si aliis paribus/pares cẽserentur: cũ sint vsq; adeo superiores se-
cundũ virtutẽ: atq; ciuilem potentiã. putandũ est enim talem virũ: tanq̃ deũ
hoibus esse. ❡Ex quo manifestũ est: positionẽ legũ necessariã eẽ circa equales gñe & potẽ 63
tia/sed de illis qui tales sunt nõ est lex ipsi eni lex sunt. eteni ridiculus esset: q legi illos sub-
Antisthenes. iicere conaref. diceref enim fortasse quemadmodum de leone scribit. Antisthenes. cõcionã-
tibus lepusculis/ac cẽsentibus equũ omnes habere debere. ideoq; a ciuitatibus que popula-
Ostracismus riẽ regunf: ostracismus repertus est propẽ eiusmodi causam. he siquidem ciuitates equalita-
tẽ maxime oim complectunf. quare qui superexcellere videf/vel propter diuitias/vel pro-
pter amicos/vel propter aliquam aliã ciuilem potentiã: extra ciuitatem relegaf: atq; trãsfer
Hercules. tur ad tẽpus aliquod determinatũ. Tradunt etiam fabule/ob hmõi causam. Herculem ab ar
gonautis fuisse relictum. nõ enim vna cũ aliis nauem regere illum voluisse: vt nimium su-
perexcellentẽ inter nauigantes. Quapropter qui vituperant tyrannidẽ & consilium Periã-
Periander. Thrasibulus. dri Thrasibulo datũ: non simpliciter existimãdi sunt recte increpare. Ferunt enim Periãdrũ
nichil respondisse ei qui consilii petenti causa ad ipsum nussus fuerat: sed super eminentes
spicas demerendo segetem adequasse. cuius quidem facti cãm/cum non intelligeret nun-
cius/ac factum ab eo narraret: intellexisse Thrasibulum/ꝗ oportebat supereminentes ciues
auferre. hoc autem nec solum prodest tyrannis/nec soli faciunt tyranni: sed & ĩ paucorum
Ostracismus. potentia/& in populari statu similiter se habet. Ostracismus enim eandem quodãmodo vi
habet. tollendo eos qui supereminẽt/& in exiliũ pellendo. Hoc idem & in ciuitatibus & in
Athenienses gentibus faciunt ii: qui dominantur potentia. velut Athenienses circa Samicos: & Chios &
Samij. Lesbios. q̃ primũ enim imperiũ firmiter habuerunt: eos in multis pessundarunt contra fede-
Chij. ris equitẽ. Persarum aũt rex Medos & Assyrios & alios qui magnũ aliquid de seipsis sapie-
Lesbij. bant ob imperium prius habitum sepe contriuit. ❡Questio autẽ ꝑposita: circa omnes est 64
Persarum rex. rerumpublicarum species vniuersaliter: & que etiã sunt recte. nam ille que transgrediunf ad
Medi. propriã respicientes vtilitatem: hoc agunt. quinimmo & ille que ad cõmune respiciunt bo-
Babylonij qui & assyrij. num: eodem modo se habent. patet hoc quoq; in aliis artibus & scientiis. neq; eni pictor ex-
cedentem mensurã: pedem animal habere pateref: q̃uis pulcherrimus ille pes esset. neq; na-
uium artifex proram aut aliam partẽ nauis. neq; certe magister chori: eum qui pulchriorem
ac meliorẽ toto choro vocem emittit: sinet in choro esse. itaq; ob hoc quidẽ nichil prohibet
eos: qui domini sunt cõspirate ciuitatibus: si (cum eorum ꝓprius principatus ciuitatibus vti
lis sit) hoc agunt. ❡Quare secundũ eas quas confitemur superexcellentias: quandã habet 65
ciuilem iusticiam/ratio illa que circa ostracismum est. melius tamen fuisset sic ab initio per
legis conditorem fuisse prouisum. vt respublica non indigeret tali medicina. secũdo autem
loco: si quid tale accidat: conandum est: tali aliquo remedio corrigere. quod tamẽ factum nõ
est in ciuitatibus. non enim respexerunt ad cõmodum proprie reipublice: sed per seditionẽ
vsi sunt per ostracismum ciuium impulsione. in his igitur speciebus gubernandi: que lapse
sunt: quod ad priuatum commodum pertinet: ac iustũ est: patet. forsan autem non simplicit
iustum. & hoc est manifestum. ❡Sed in optima republica: magnam habet dubitationẽ: si nõ
per excellentiam aliorũ bonorũ (ceu virium & diuitiarum & amicitiarum) sed si quis excel- 66
lat virtute: quid de eo sit faciendum? non enim dicẽdum est. vt ita talis vir sit de ciuitate pel
lendus transferendusq;. atqui nec gubernationi aliorum talis vir erit subiiciendus. perinde
enim est ac si cum Iuppiter gubernaret: magistratus cum eo partirenf. restat ergo videf: na
turam huius talem esse: vt omnes sponte sua parere illi debeant. quare huiusmodi quidem
homines reges perpetuos esse in ciuitatibus.

¶NONI CAP. COMMENTARIVS.

62 ADdit insuper si sit vnus adeo virtute superexcellens/aut vno plures/ non sufficien-
tes tamen complere ciuitatem ita excellentes/vt neq; aliorum omnium virtus/ aut
gubernande republice facultas ac peritia conferenda sit ad eam quæ est plurium
aut vnius tantū:non amplius illos ponendos esse ciuitatis partē.nam illis fieret in-
iuria:si equales ceteris censerentur/cum sint vsq;adeo virtute & gubernandi facul-
63 tate superiores.sed qui ita virtute excellit: vt deus quidē habendus est. ¶Ex quo
infert legum positionem illis esse necessariam/qui genere sunt equales/& gubernā-
di potentia:sed ijs qui ita excellenti/heroicaq; virtute pollent vt dictum est/non ponitur lex.ipsi enim
lex sunt.Quę subinde narrat:clara sunt fere vniuersa exceptis ijs que in annotationibus reddunt illu-
64 striora.¶Quod modo dictum est/eos qui tam insigni virtute/aut gubernandi excellentia precellunt
non esse in ciuitatis partem vllam:intelligendum esse dicit vniuersim in rerūpublicarum speciebus/&
quę recte sunt/& que transgresse. nam respublice que trāsgrediuntur:illos in re sua publica esse nō si-
nunt/ad propriam respicientes vtilitatem.quinimo & recte/quę communē respiciunt vtilitatē:illos rei
publice sue partem non admittūt.& nimirum id quidem.nam idem perspicuum est in ceteris artibus
ac scientijs.vt pictor:haud quaq̄ patere animalis pedē habere cōmēsurationem excedentē/ tametsi
pulcherrimus pes ille esset. neq; nauifactor:proram/aut aliam nauis partem incommensuratam. neq;
chori magister:eum qui pulchriorē ac vniuerso choro prestantiorem vocē emittit/sinet in choro esse.
quare hanc ob causam:nichil prohibet eos qui soli magistratus administrant/concordare cum ciuita-
tibus/si non sinunt ita precellentes inter eos manere cum proprius ipsorū gubernantium principatus
65 ciuitatibus vtilis sit. ¶Non probat ostracismum.infert tamen ex eis quę dicta sunt: orationem illam
ꝙ relegatio/ostracismusq; fieri debeat circa iam confessas superexcellentias:quoddam iustum habe-
re ciuile:attamen id iustum nō simpliciter est probandum. sed satius fuisset sic ab initio fuisse ꝓuisum
vt tali medicina:respublica non indigeret.secundo autem loco:si tale aliquid/ostracismusq; contingat
conandum est lege aliqua corrigere.quod adhuc factum non est in ciuitatibus. Nam qui ostracismo
sunt vsi:non respexerunt ad commodum proprie reipublice:sed per factionem/vsi sunt/ per ostracis-
mum/ciuium pulsione. in ijs igitur rebuspublicis que lapse sunt/ ꝙ ostracismus priuatim cōferat ac iu-
66 stum sit:dilucidum est:at forsitan non simpliciter iustum.sed id etiam dilucidum. ¶Ostendit cum mi-
nime ostracismus probandus sit:quid in optima republica de eo qui sic virtute excellat/agendum sit.
illi sane omnes sua sponte patere debebūt:& habere huiusmodi hoies ī ciuitatibus perpetuos reges.

¶ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

IDeoq; a ciuitatibus que populariter regunt:ostracismus repertus est.Ostracismus
63 relegatio exilij in decenniū.& nomen accepit ab ostracis idest testis & calculis:qui Ostracismus.
viritim dabantur in consilio/in quibus quisq; litteris designabat eū ciuem/quē aut
damnaret aut absolueret.coniectis itaq; in deputatum locum calculis:magistratus
cui ex officio incūbebat/omnes recentebat. qui nisi 6000 numerum excederent
nichil confectum erat. sin vero eum excederent numerum calculos condēnantiū
& absoluentium se iungebat: & eam quem pluribus sententijs dānatum cognosce
ret decem ānos extorrem fore declarabat.Ostracismo: Aristoteles iustus ab Athe-
niensibus exilio mulctatus est:in qua condēnatione nōnulli penitus agrestes & litterarum ignari: Ari-
stidi tanq̄ vni ad quem nichil tale pertineret/ ostracum suum porrexerunt/ vt in Aristidē scriberetur. Aristides.
hic vero cum multitudinis aduersus se concitate studiū admiraretur: interrogauit eos nunquit ab eo
quem in exilium mittere statuissent mali quicq̄ perpessi essent/cui responderunt/nichil sibi mali factū
nec ab se virū cognitum:sed moleste ferre/ꝙ omnibus in locis ipsum appellare iustum audirent.Ari-
stides autem nichil locutus:vt petebāt inscriptum illis ostracum reddidit.& ex vrbe secedēs/manibus
in celū leuatis precatus est:vt Atheniēsibus quecūq; vellent:bene:fauste:feliciterq; euenirent.hec ex
65 Plutarchi Aristide leges.& ostracismū damnat Aristoteles: vt nūero 65 intelligit. ¶Quandē habet
ciuilē iusticiā.non verā:sed apparentē.non simpliciter:sed secundū quid:vt paucorum potētie:aut po
pularē.iccirco non probat ostracismū:sed statim subiunxit: melius fuisse alio modo legē ꝓuidisse.

¶De republica regia/& regum speciebus.Cap. X.

FOrsan vero post hec:cōgruum fuerit considerare de regia gubernatione.diximus
enim hanc esse vnam ex rectis speciebus rerūpublicarum.considerandum est au- De regia potestate.
tem: vtrum conducat ciuitati & regioni quā recte gubernari oporteat/regem ha-
bere an non/sed alia quedam species gubernādi magis conducat/ an quibusdam

conducat/quibusdam vero nō? ¶Ante omnia vero distinguendum est:an sit vnum genus 68
Prima regni species. eorum/an differentias habeat plures.facile est profecto id intueri/ꝙ plura genera sunt.neq;
regum omnium modus vnus potestatis est. in Lacedemoniorum enim republica:videt re-
Lacedemonij gia potestas esse maxime secundum leges.neq; enim potestatem habet omnium: sed cum
egredit extra regionem/imperiū habet eorum que pertinent ad bellum. preterea sacrificia
deorumq; cerimonie ei commissa sunt.hec igitur regia potestas:est/quasi authoritatē belli
perpetuam habere.vite enim necisq; alicuius non habet potestatem/nisi in aliqua regnādi
parte:vt dum ad bella egredit lege id potest/quod etiam apud āntiquos fuisse videt. Quod
Homerus. ostendit Homerus.nam Agamēnon in cōcionibus maledictia & iurgiis vexabat: sed cum
Agamennon. a concione digressus in prelio erat/occidendi habebat potestatem.Itaq;(inquit) quem ego
procul a pugna fugientem conspexero.non sibi sat erit fugere canes & aues.nam penes me
occidendi potestas.vna ergo species regni:est authoritas belli perpetua. & quandoq; per ge
Scda regni species. nus:quandoq; per electionem huiusmodi regnum obtinet.¶Est & alia insuper monarchie
species:qualia sunt apud quosdam barbaros regna/vim habentia proximā tyrannidi/licet
sint legitima & secundum morem patrie.ob id enim:quia magis apte natura sunt ad seruiē
Greci. dum nationes barbarorum q̄ grecorum/& eorum qui incolunt Asiam q̄ eorum qui Europā
Asya. perferunt sub herili principatu seruile iugum equo animo. & ob hoc tyrannica sunt huius-
Europa. modi regna.sed habēt securitatem: quia more & legibūs consistunt. & ea de causa custodiā
habent regiam non tyrannicā.reges enim a ciuibus/armis custodiunt:tyranni vero ab ex-
traneis mercede conductis.& reges secundum leges & volentibus:tyranni vero inuitis do-
minantur.itaq; alteri a ciuibus custodiuntur:alteri contra ciues custodiam parant.sunt igit
Tertia regni species. he de quibus dictū est:due species monarchie.¶Tertia vero species est: vt āntiquitus in Gre
cia fuere/quos vocabant esymnetas.est autem hec vt simpliciter dicamus:electiua tyrānis
Esymnete. differens a barbarica.non eo ꝙ non secundum legem/sed eo ꝙ non secundum legē patriā.
potestas autem huiusmodi/aut viuente eo durabat/aut tempore quodam definito/rebusue
Mitylenei. gestis finiebat.qualem elegerunt quandoq; Mitylenei Pittacum aduersus exules suos:qui-
Pittacus. bus preerant Antimenides/ & Alceus poete. ostendit hoc Alceus in quodam loco suorum
Antimenides. carminum.increpat enim ꝙ patrie maleficum Pittacum:ciuitati intemperate & aduersa la
Alceus. boranti fortuna prefecerint/tyrannū simul collaudantes.Huiusmodi igit species:quia tyrā-
Poeta nice sunt/dominationem habent:quia vero electiue sunt & volentiū regie.¶Quarta spe
Quarta species. cies regni est:quales erant heroicis tēporibus/spontanee & secūdum morem patrium & le
gem.propter beneficia enim a primis collata in populos:vel per artes:vel per bellum:vel p-
pter congregationem in vnum/vel ꝑpter acquisitionem regionis/delatum fuit eis regnū
de populorum voluntate & successoribus patrie.Hi & imperium habebant belli: & rei diui-
ne cultum exercebāt:nisi talia essent sacrificia:que sacerdotium requirerent. & preterea de
Quita species. controuersiis iudicabant.& hoc faciebant alii quidē iureiurando prestito:alii vero sine iure
iurando.erat autem illis iusiurandum per sceptri eleuationem. ¶Alii antiquis temporibus
ciuitatem & que publica erant: & externa:continuo gubernabant. postea vero (partim ipsis
regibus dimittentibus:partim multitudine detractante)illum solum in quibusdam ciuitati
bus relictū est regibus:vt cerimoniarum erga deos haberēt facultatem: vbi & dignū cēsent
dici regnum:si etiam solum in externos assit ducendi belli facultas.

¶DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

Hic ratione illorum qui mira virtute ceteris ꝑlucent/quos perpetuos esse reges oportere di
xit:de regia republica differit.imprimis id sciscitans: an ciuitati & regioni q̄ recte guber- 67
nari debeat/expediat rege gubernari/an alia gubernandi specie/ an quibusdam condu-
cat/quibusdam vero non? ¶Id determinare prosequitur.ponendo quattuor regum mo
dos/ac regni species.prima est eorum qui nō omnium sed authoritatem belli perpetuam habent/qui 68
bus & sacrificia & cerimonie rerum sacrarum commisse sunt. Secunda est eorum regum:qui scdm le-
ges & patrium morem/volentibus quidem & equo animo seruile iugū ferentibus/dominorū ritu pre
sunt ac imperant.Tertia species eorum: qui vrgentibus rebus eliguntur: quorum potestate aut p vitā
durante/aut certo quodam tempore dum res ad finem perducte sint/dominorum more exercēt im-
perium.Quarta species est heroicorum virorū:quibus ob ingentia beneficia/& longe precellentē vir
tutem sponte traditur regnum/quibus & belli potestas & controuersiarum cognitio/& rei diuine cura
(excepto sacerdotio)committi solent.& hec regni species: priscis temporibus viguit/nunc ferme ab-

soleta.Quinta.cum vnus omnium habet potestatem/& in ciuitate & in ijs quę publica sunt/& in ijs q̄
foris geruntur.sed hęc potestas:multis in locis est restricta:littera ex se facile dinosci queat.

¶ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

DE regia hic peragit gubernatione.de regno autem scripserunt Plato Theophrastus
67 Antistenes/Xenocrates/Dion.de tyrannide vero Xenophon. & Onosander de im- Xenocrates.
perio. verum quia respublica gallorum regia est/ & vtinam heroica illa quarta species/ Pręcepta.
aut q̄ illi q̄ proxime accederet:equum duxi/ vt paulo lōgiorem de regia institutione 80
protraham sermonem:nam si illā prorsus silentio pertransirē:essent forte qui me cir-
ca respublicas elucidandas occupatū/ iuste increparent/ vt qui eam sub qua semper
educatus sum/& enutritus negligerē.illis igitur vt paream.octoginta precepta quę ex Xenocrate col-
legi/in medium afferam que cum reges nostri neutiq̄ ignorantes/obseruant:sicut amplitudine regni/
virorum copia/vrbium excellentia/& prōpta ac alacri subditorum obedientia:ita cęteris principibus ac
regibus/beate vite exemplo/latissime perfulgent.cū igit reges nostri(ceu dictum est)ex nobili educa-
tione & auitis moribus/satis in his obseruandis persuasi iam sint:cuiusq; generosi principis/aut cuius
adhuc ad regni gubernationē iuuenilis formandus est animus/erit intelligere hęc precepta ad ipsum
summopere pertinere sed ne forte longior sermonis mora fastidio detineat lectores primū id esto p̄-
ceptum. ¶Regis officiū esse curare vt aut regionem/aut ciuitatē inclinatam aduersis casibus erigat/ 1
aut retineat secundis affluentē:aut amplā ex parua efficiat. ¶Quecūq; indies agenda acciderint:ad 2
hec continuo oia referenda censeat.¶Segnis non sit:sed in agendis cōsultandisq;/prudentia & vigi- 3
lantia ceteris prestet.¶Ingenij vires haud minus intēdere debet:q̄ cōuenit athletis cōtinuo certami- 4
ne corpus exercere.cū nulla theatri premia/cum illis cōferēda sint:que a regibus elaborant.¶Nichil 5
laboris/cure/studij pretermittendū:vt quanto opibus ac potentia/tanto dignitate atq; virtute cęteros
antecellat.¶His maxime studijs mentem appellat:quę sibi & ornamento & vsui futura sint.nam mi- 6
nime putandum est/curam ac diligentiā ad res alias valere plurimū:nichil vero ad bonos mores adi-
piscandamq; prudentiā prodesse.neq; enim sors hoim adeo infelix:vt cum agrestes feras arte ac stu-
dio mansuetas/nobisq; plurimū accōmodas reddamus/idipsum in nobis desperemus ꝓficere posse/
ad virtutem/mutuamq; societatē natis.¶Eorum qui prudētia ac fide prestiterint:sententiā plurimi fa- 7
ciat.¶Cōplures viros doctissimos rerū peritos/ꝑterea cū poetas/tū hos quos vulgo philosophos vo- 8
cant/quorū hi discipulū ipsum/illi auditorē habeant:sibi vendicet.¶Inferiorum iudicem/superiorum 9
vero se exhibeat emulū/ac concertatorē.¶Iniquū ducat deteriores melioribus/ imperitiores sapien- 10
tioribus imperare.nā quo ceterorū imperitiam vehemētius contēpserit.eo ingeniū suum ad bonas ar
tes/atq; doctrinam/ardētius excitabit.¶Suam ciuitatē aut gentē/& amore & pietate cōplectat:& hu 11
manū cūctis sese beniuolūq; prestet.nam nemo rei cuicūq; recte quis imperabit: qui eorum nō afficiat
voluptate:quibus est studiū operamq; ꝑstaturus.¶Popularem turbam colat.nam & paucorum potē 12
tia:& cetere ciuitatum forme:tunc diutissime perdurarunt:cum popularē multitudinem:benigne atq;
humane coluerunt.¶Beniuolentiam populi sibi conflet:neq; iniurias illis inferri patiens: neq; illatas 13
aspernatus.¶Optimos ex omnibus:atq; sanctissimos gerendis magistratibus preficiat.ne vulgus:po 14
pularisq; turba ꝑter fas:iuraq; publica male vexet.nā pulcherrima:validissimaq; sunt bene instituen-
de reipublice fundamenta.¶Studeat quoad poterit: optimas excogitare leges: & sue gēti ciuitatiue 15
cōmodissimas:& si quid in legibus ipsis parū vtile videbit: continuo emendet aut omnino amoueat.
¶Si p se id consequi non possit:eas quę in alijs ciuitatibus recte institute erunt imitet. ¶Leges ciui- 16
bus ponat:quę iuste:& iter se cōsentanee sint.& bonis ciuitatū moribus accommodate.¶Has impri- 17
mis leges exquirat:quę nō modo nullas discordias nutriant:verum etiā lites omnes ac controuersias 18
(si q̄ euenerint)funditus tollant.¶Artes & opificia inducant quę vtilia sint: vana autē & inutilia ve- 19
tētur impositis penis vt hec fugiēdo:ad illa se conuertant libētius.¶Cum inter ciues iudicaturus est: 20
non amicitia aliaue re vlla plus apud eū:q̄ ius aut equitas valeat. ¶Res similes: dissimilibus iudicijs 21
non iudicet.nā sicuti bonas leges decet immobiles esse.ita regē in iure dicundo constantē omnibusq; 22
equabilem.¶Ciuitatem suam ceu paternam domū gubernet.vt in apparatu splendor emineat: & in 23
sumptibus diligentia.¶Magnificētiam non in ijs sumptibus declaret: quę statim nullo ex se dimisso 24
fructu euanescunt.¶Maxime in amicis beneficio cōparandis:magnificentia vtat.nam eius generis
sumptus sunt:vtq; data videnť perpetuo maneant:& cum data fuerint:ꝑciosiora posteris relinquanť.
¶In re diuina:maiorum suorū ritus religionemq; imitet. ¶Hoc prius intelligat victimarū sacrorūq; 25
omniū illud esse optimum efficacissimumq;:si se sanctissimum iustissimūq; pręstet. ¶Eos magistra- 26
tus quibus plus dignitatis inerit & honoris:suis tribuat necessarijs,quibus autem ciuitatis gentilue sa- 27

28 lus initetur:fide atq; beniuolentia sibi coniunctis. ¶ Tutissimam sui corporis custodiam arbitret: vbi
non in muro sed amicorum virtute/non armatis sed ciuium beniuolentia/ nõ satellitibus sed proprio
ingenio/propriaq; virtute fuerit circũseptus.nam hec sunt quibus potissimum acquirunt regna/& ac
29 quisita seruantur. ¶ Domesticas suorum ciuium copias.ne negligat.quinimo qui largiores equo sunt
suas quodãmodo opes effundere putet.& quos diligẽtia atq; industria locupletari viderit: contra suã
30 rem augere. ¶ Veritatẽ ante omnia colat/& vsq;adeo:vt fidei plus suo verbo/q̃ ceterorum iureiuran
31 do prestetur. ¶ Ciuitates:libere ac tute/peregrinis oĩbus pateant/cõstantesq; sint in pactis/conuẽtisq;
32 seruandis. ¶ Pluris eos faciat:qui petituri aliquid q̃ qui ad eum aliquid venerint donaturi. nam cum
illos honoribus honestabit:vt illorum beniuolentiam/ita maximã apud ceteros laudem consequetur.
33 ¶ Caueat ne eum terribilem/ciues insontes metuant.nam quali se ostẽderit animo esse: tales erga se/
34 illos est redditurus. ¶ Nichil in quẽpiam:iratus statuat. ¶ In publicum pdeat cũ ei per occupationes
35 licuerit.in eoq; velit callidus & astutus videri vt nichil eum/que i ciuitate gerunt/latere videat. ¶ Ho
36 minum plectens errata: illa nõ tam peccati magnitudine q̃ sua clementia metiat. nam regiũ ingeniũ
37 est:non tam crudeliter & acerbe subditos puniẽdo q̃ eos consilio sapiẽtiaq;/emendando ac saluãdo.
38 ¶ In bello gerendo:non minus rei militaris cõfidat scientia/q̃ cetero apparatu. ¶ Nichil alienum ap
39 petat.sic enim pax recte seruabitur. ¶ Ea mente in vrbes minores sit:qua potentiores in se esse velit.
40 ¶ Certet non de omni re sed de ijs tantũ q̃ viuenti/vtilitati cedũt. ¶ Animi magnitudinẽ putet:nõ q
41 que ardua difficiliaq; suscipiat sed q̃ ratione cõsilioq; suscepta fortiter cõstanterq; pficiat. ¶ Emulet
nõ tam eos qui ampla nacti sunt imperia: q̃ qui vel parua iuste/moderate/fortiterq; gubernant. nam
42 nõ qui terrarũ orbẽ in suã potestatem redegerit/periculis metuq; agitatus possidens/felix:sed qui pre
43 senti fortuna contẽtus/ea q̃ rectissime vtit. ¶ Amicos sibi cõparet:non quicũq; volẽt/sed quos suapte
virtute dignos amicitia sua putauerit.nec eos quorum familiaritas voluptati tãtũ cessura sit:sed quo
44 rum ope/res ac negocia publica gerere possit q̃ optime. ¶ Prius scrutet: quali ij quos sibi amicos asci
uerit/estimatione apud alios fuerint.nam tali ingenio esse iudicabit:quasi fuerint illi/ quos familiarita
45 te ac amicitia cõiunctos habebit. ¶ Publica negocia/ceterasq; res q̃ p ipsum geri nõ potuerint/aliorũ
46 cure cõmitate.sed ea expectatione:vt si minus bñ euenerint i se vnum omnis culpa vertẽda sit. ¶ Re
pudiet sũmopere eos qui quodcũq; dixerit/feceritue/laudant continuo & assentando extollũt.at po
tius amet & perhumane eos audiat(qui eum cum errauerit)& monere & corrigere ausint.nã ijs quos
47 altius fortuna euexit:nulla perniciosior adulatore/pestis adhibetur. ¶ Prudẽtia/fideq; pstantibus vi
ris:liberiorem tribuat i se loquendi potestatẽ.vt si quãdo quicq̃ quod ignoret/sibi deliberandum acci
derit:habeat qui intrepide consiliũ afferant/ quos dignis honoribus honestet.& adulatores affectos
ignominia:penitus abigat ne plus malorũ iprobitas q̃ bonorũ virtus & merita:ab ipso capere videat.
48 ¶ Si quempiam cõpereat:compertumue habuerit in alios falsas calũnias machinatũ eundẽ quasi fa
49 cinus admisisset:pena mulctet. ¶ Sibiipsi non minus q̃ alijs imperet. nã id imprimis regiũ si nulli om
niũ voluptatũ turpiter seruiet.quinimo sic illas domitas sternat:vt illi magis:q̃ subdit homies pareãt.
50 ¶ Neminẽ sibi socium aut familiarẽ.temere incõsulteue diligat: sed eorũ cõsuetudine delectet qui &
51 vsui sint:pariter & ornamento. ¶ Laudes nõ ex illis rebus expetat:in quibus boni eque atq; improbi
52 excellere possunt:verum ad gloriam per virtutẽ solem contẽdat. ¶ Ij honores ipsum nõ efferant quos
ppls palam metu potius q̃ iudicio affert.sed ciues cũ soli liberiq; de eo cogitãt: virtutẽ mirent: potius
53 q̃ fortunam. ¶ Abiectis in rebus:nunq̃ leticiã declaret:sed efficiendũ: vt solo magnarum rerũ studio
54 affectus videatu. ¶ Mores ita omni ex parte cõponat.vt ipsum veluti speculum rectissimamq; viuẽ
di normam:ciues sibiipsis proponant:nam quid indignius q̃ priuatos homines honeste ac moderate
viuere:reges autem ipsos impure atq; turpiter/adde & id exploratissimũ esse:ciuitates oẽs principum
55 suorũ vitam imitari solere plurimum. ¶ Si ciuium opes cũ modestia:excreuisse cõspexerit:hoc illi bñ
56 administrati regni certissimum sit argumẽtum. ¶ Liberos suos potius virtutis velit q̃ diuitiarum locu
pletes:heredes relinquere.he namq;:casu quidẽ vel leuissimo dilabuntur:illa vero immortalis cõstãs
57 eternaq; permanet.itẽ diuine gloria non aũt gloria diuitijs cõparatur. & gloria nunq̃ nisi virtuti con
iuncta est: diuitijs vero sepissime comes est improbitas. ¶ Veste ceteroq; corporis cultu ornato vtat:
in reliqua autẽ vita meliores omnes delitias repellat. vt illi qui eum extrinsecus oculis intuent: dignũ
58 iudicent principatu.qui aũt familiarius secretiusq; diuersant: ob singularem animi virtutẽ atq; mode
59 stiamq; idipsum quoq; de eo sentiant. ¶ Si quid illi serio dicendũ faciẽdumue sit:accurate prius illud
60 pensitet. ¶ In declarãda modestia:carere q̃ abundare malit.nam plus solet ea virtus in egestate q̃ in
copia opulentiaq; splendere. ¶ Vrbanum & grauem pro loci & temporis oportunitate seipsum expri
mat:& sic vtraq; amplectatur:vt id quod i vtroq; inerit vicit penitus euitet.nam alterum regiũ alterũ
familiari consuetudini accõmodũ & in vtroq; excellere difficillimũ.quos eni natura graues effinxit

hi a salibus atq; facetijs/in tristẽ quandam frigidamq; recedunt seueritatẽ. & contra quibus vrbanum est ingeniũ/atq; festiuũ i paulo humiliores delapsi mores/ sue dignitatis fastigiũ grauitatẽq; amittũt.
❡Philophia omniũ bonaꝝ artium prĩceps.regem omniũ rerũ quas scire par & vsus est/gnarũ m do- 61
ctumq; efficiat.hec eni iter/rationemq; mõstrat:vsus vero & exercitatio/ ad res grãdes facilitatẽ prõ-
ptitudinemq; suppeditat.❡Quę tyrannis & priuatis hoibus euenere:ea sepius mente reuoluat.nam 62
prudentius de rebus futuris consulet:si que preterita cognouit/animo repetat.❡Statuas hmõi relin- 63
quat:quę suarũ potius virtutũ/animiq; representent imaginẽ/ q̃ posteris liniamẽta exprimãt. nam in-
dignum est priuatos q̃plurimos mortẽ sponte oppetijsse/vt vita functi immortali laude predicarẽtur:
reges autem ijs studijs nullã operam dare/quibus viui nomen suum longe/lateq; celebratum valẽt illu
strare.❡In primis ciuitatẽ quam vel maxime incolit:tutissimã seruet. ❡Si in pericula forte inciderit: 64
gloriose malit/pulchreq; mori q̃ turpiter ac fede viuere.❡Quicquid dicat/faciet/cogitetue/semper se 65
regem esse meminerit:vt nichil vnq̃ agat tanto nomine indignum.❡Sicuti animum natura/non vna 66
cũ corpore interiturũ illi tradidit:ita enitaꝛ pro viribus vt immortalem ꝑpetuamq; sui memoriam po- 67
steritati cõmendet.❡Assuescat insuper nichil ineptũ/nichil nõ decoꝝ nichil non regiũ dicere:ne tur- 68
pia loqui assuetus/eadẽ & aio sapere videaꝛ.❡Quecũq; illi cogitanti rõ optima esse mõstrauerit:ea- 69
dẽ vt ab eo fiant/operã det.❡Clarorũ virorũ res gestas emuleꝛ:vt quorũ famã & gloriã admiratione
ꝓsequeꝛ/eoꝝ quoq; facta non minus imiteꝛ.❡Ea dicat/faciatq; que liberis suis vt facerẽt/ cõsuleret. 70
❡Nõ eos sapientes putet/qui vel minimis de rebus accurate contendunt:sed eos qui de maximis q̃ 71
optime sentiãt.❡Non fidẽ illis ꝓbeat:qui cũ ipsi miseria ac egestate laborãt/alijs tñ felicitatẽ nõ dubi 72
tãt polliceri.❡Illis credat potius:q̃ qui modeste de se loquẽtes/seipsos & gratia & vtilitate hoibus cõ- 73
mendãt.❡Eos asperneꝛ:qui aut secundis elati casibus/aut aduersis depressi nullã ferre fortunã sciũt. 74
admireꝛ aũt eos:qui nullo humanoꝝ casuũ turbine cõcussi/ cõstãtes/immotiq; oẽm fortunã perferũt. 75
❡Maxime aũt ijs aim adhibeat:qui tẽporibus cõsilia sua accõmodent.cõtra autẽ eos asperneꝛ: qui 76
nulla aut tẽporũ aut actionũ habita ratione/de vniuersis cõfuse & indiscrete disserunt.quo eni pacto
alios sapientes efficiat:qui sibi nullo vsui fuerit? ❡Mentatũ viꝝ & rerũ vsu/cognitioneq; valẽtem cũ 77
nactus fuerit: hũc plurimi faciat:hunc colat:hũc q̃ charissimũ sibi seruet nõ ignarus eũ qui cõsilio ex-
cellat oim possessionũ vtilissimã:regiãq;:imprimis esse adeptũ.❡Regnũ suum amplissimũ ab eo ma- 78
xime effici speret:qui eũ sapientissimũ reddere possit.❡Ea munera penitus asperneꝛ: quæ sibi pluris 79
constant a donantibus accipienti:q̃ si eadem a mercatoribus:precio sibi compararet. ❡Ea vero ma 80
xime expetat pendatq; maximi: quibus quo vtatur crebrius nec vllo intermiserit tempore eo & mi-
nus trita & longe sibi cõmodiora preciosioraq; reddenꝛ.& hec siquidem ꝙ sola virtus & philosophia
donare possit:existimet. Hęc pro institutione regia:de pręceptis Isocratis Atheniensis ❡Verũ & his
preceptis ad regiam institutionem Claudianus adderet.o Monarcha. Claudianus

Hoc te preterea crebro sermone monebo
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas/ cunctis tua gentibus esse
Facta palam/nec posse dari regalibus vsq̃
Secretum vicijs.nam lux altissima fati
Occultum nichil esse sinit/Latebrasq; per omneis.
Intrat & abstrusos explorat fama recessus.
Tu ciuem/patremq; geras.tu consule cunctis.
Nec tibi/nec tua te moueant:sed publica vota.
Incõmune iubes si quid:censesq; tenendum:
Primus iussa subi.tunc obseruantior æqui
Fit populus:nec ferre negat:cum viderit ipsum
Auctorem parere:sibi componitur orbis
Regis ad exemplum.nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent:vt vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

❡De speciebus regum/imperatore/optimo viro/optimis legibus/vno/multis po-
tentia circa regem.Cap. XI.

Egie ergo potestatis tot sunt species.quattuor videlicet numero.vna quidẽ qualis
69 R erat temporibus heroũ.hec aũt erat volentium/& apud quosdam: determinatarum
rerũ.dux eni belli:& iudex cõtrouersiarũ erat rex: & dñs cerimoniarum erga deos
Altera erat barbarica:ex progenie scilicet dominatio scd̃m leges.tertia erat quã Esymnetiã

vocant:& quã esse diximus electiuã tyrãnidem. Q uarta Laconica.ea aũt est(vt simpliciter
dicã)imperium belli secundũ genus ppetuum.iste quidem igĩt per hunc modũ inter se diffe
runt.Q uinta autẽ est species regni. qñ vnus omniũ habet potestatem.quemadmodũ vna
queq; gens & ciuitas vnaqueq; publice ordinata:ad exẽplar gubernationis domus.vt enim
gubernatio patrifamilias est regia quedã potestas domi :ita regia potestas & ciuitatis/& gẽ
tis vnius aut plurimi/quasi domestica quedã gubernatio est. ¶ Fere autem due sunt (vt sic 70
dixerim)regni species:de quibus cõsiderationem facere expedit.vna hec de qua diximus:al
tera Laconica.nã aliarũ cetere ĩter has medie sunt.paucιorum enĩ dñe q̃ oĩmoda potestas re
gia/pluriũ vero q̃ Laconica. ¶ Itaq; cõsideratio fere circa duo versat̃. vnum quidẽ:cõducat
ne ciuitatibus ppetuum belli ducem habere/& hũc/an per genus/an per electionẽ? Alterũ: 71
conducat ne vnũ habere potestatem oĩm/an non cõducat?de duce igĩt belli considerare po
tius ad leges pertinet:q̃ ad aliquã speciem reipublice.nã in omni republica id cadere potest:
quare dimittamus hãc primã partem.de regia aũt(qñ hec est vna reipublice species)reliqua
inquirendũ est particula.quare & par est de ea cõsiderare/& dubitationes(que in eã cadunt)
Questio. pcurrere. ¶ Initium vero huius questionis est:vtrũ expediat magis ab optimo hoĩe regi/an 72
ab optimis legibus? ¶ Q ui gubernationem hominis p̄ferunt:aiunt leges solũ vniuersalit̃ 73
Ad partẽ vnã ratiocinatio. puidere/non autẽ de singulis(que accidũt)iubere. quare in quacũq; arte p lr̃as precipere fa
Egyptus. tuũ est.& in Egypto post tertiã diem mouere licet medicis.q̃ si prius:suo periculo id agunt.
Patet ergo p̄ropt̃ eãdem cãm:no esse per litteras & leges optimã gubernationem.attamẽ &
Ad partem alteram. illã adesse oportet gubernãtibus vniuersalẽ rõnem. ¶ At melius certe:cui nõ adest turbatio 74
aliqua oĩno/q̃ cui natura inest.eiusmodi aũt turbatione lex caret.mens vero humana ex ne
cessitate id habet. Sed forsan dicat aliquis:q̃ per hmõi rõnem:probabilius deliberabit circa
Dilutio. singula. ¶ Q uod igĩt necesse sit ipsum legis cõditorem esse/ac leges poni/manifestũ est:
Questio sed nõ dominas esse quatenus trãsgrediunt̃.nã in ceteris quidẽ eas dominari oportet. ¶ At 75
Ad partẽ vnã primo.. de quibuscũq; lex aut puidere non potest omnino/aut non bene puidere:vtrum in his vni 76
viro optimo dãda sit potestas/an multis? ¶ Etenim nunc plures simul cognoscũt de causis/
& deliberãt & iudicãt(sunt autẽ hmõi cũcta iudicia de singularibus)secundũ autẽ vnũquẽq;
(quicũq; etiã fuerit)is cõperiet̃ cõpatus/fortasse deliberãdo iudicãdoq; deterior.sed & ciui
tas ex multitudine cõstat: & vt cõuiuiũ ad qd̃ plures cõferũt melius est/q̃ vna atq; simplex
Secundo. mẽsa:sic iudicia multorũ sepe meliora sũt:q̃ vniuscuiusq;. ¶ Preterea multitudo minus sub
iacet corruptioni/quẽadmodũ aque magna cõgeries:sic etiã plures q̃ pauci/incorruptibilio
res sunt.at cũ vnus iudicat:si ira vel alia hmõi pturbatio vincat/necessariũ est iudiciũ corrũ
pi.sed in multitudine:difficile foret oẽs irasci/atq; errare.sit vero ea multitudo liberorũ ho
minũ qui nichil agunt p̄ter legẽ:nisi in quibus lex ipsa necessario deficit. q̃ si hoc nõ facile
Ad partem alteram. in pluribus/si plures sint boni viri & ciues : vtrũ incorruptior erit vnus in gubernãdo an cũ
erũt plures & boni oẽs /an patet q̃ plures? ¶ Eniuero plures iter se factionibus cõtẽdũt. vnus 77
autẽ nõ cõtendit. ¶ Sed aduersus hoc forsan ponendũ est:q̃ studiosi viri boneq; mentis sint 78
oẽs /vt ille vnus.si ergo pluriũ gubernatio/bonorũ aũt viroꝝ oĩm/optimatiũ dicit̃/vnius
autẽ regnũ:optabilius fuerit ciuitatibus ab optimis gubernari q̃ a rege/& cũ potestate & si
ne potestate pricipatus mõ reperiri queãt plures similit̃.& ob hoc forsan rex ab initio reptus
est:q̃ difficile erat viros plures excellẽti virtute reperiri/p̄sertim cũ tũc ciuitates parue fuis
sent.Preterea ob beneficia accepta reges creauere:qd̃ opus est bonoꝝ viroꝝ.sed cũ postea cõ
tingeret vt plures pari virtute repirent̃:non amplius tolerauerunt regẽ/ sed cõmune quiddã
querentes/respublicas constituere.cum vero deteriores facti:lucrum sibi quererẽt ex guber
natione reipublice:paucoꝝ hinc potentiã exortam fuisse credendũ est. honorabãt enĩ diui
tias.ex his vero in tyrannides transiere.ex tyrannide rursus ad popularem potentiã.semper
enim ad pauciores redigentes pp̄ter turpem questus cupiditatem multitudinẽ corroboraue
runt/vt tãdem insurgens multitudo ad popularem statũ ciuitates:redegerit.qñ autem cõti
git maiores esse ciuitates:nõ facile fortasse:aliã q̃ popularẽ speciem remanere. ¶ Si aũt quis 79
ponat optimum esse ciuitatibus a rege gubernari: quomodo fiet in filiis:vtrum p genus erit
successio? At si genitorum qualescumq;: perniciosum est. Sed dices: non relinquet regnum
huiusmodi natis rex:cum id sua sit in potestate.At non facile etiam est in hoc fidem habe
re.arduum enim ac maioris virtutis q̃ secundum humanã naturã. ¶ Q uestio est etiã vtrũ

habere debeat qui regnaturus est: circa se potentiam quandam/qua possit cōpellere nō parē
tes. Alioqui quomodo gubernationem exercebit? ❡ Sed enim habeat potestatem a legibus
cōcessam/& nichil ex voluntate sua faciat preter leges: tñ necessaria sibi erit potētia/ꝑ quā Primo.
leges tueri queat. ❡ Forsan quidē de hmōi rege non difficile est determinare. nā oportet ip Secundo.
sum vires habere: sed tales vt vnoquoq; separatim & simul pluribus potentior sit: populo ta Tertio.
men sit impotentior. vt antiqui solebant custodiam ciuitatis tradere: qñ aliquem preficie
bant/quem Esymnetam vocabant/vel tyrannum. & Dionysio postulanti circa se habere Dionysius.
aliquos custodie causa: consuluit quidam Syracusanis/tot esse dandos. Syracusani.

❡ VNDECIMI CAP. COMMMENTARIVS.

Resumit easdem species/sed cōmutato ordine quattuor scilicet quibus non omnium pote
69 stas/curaq; incūbit. primā heroicā. hinc barbaricā: que ex more patrio & legibus domina
tio quedā est. tertiam electiuā tyrannidem: quam Athenienses αισυμνητειαν appellabant
& quartam Laconicam: ꝙ apud Lacedemonios hec regni species maxime fuerit. q̄ qui
dem ducendi belli perpetuū est imperium. & quintam quando vnus oim habet potestatem ceu pa
70 terfamilias in domo. ❡ Adijcit duas esse precipue regni species: eam scilicet in qua vnus omniū ha
bet potestatem. de qua pauloante sermo habitus est/& eam in qua penes vnum/sola belli adest pote
stas/q̄ & Laconica dicitur/de quibus incumbit determinatio. nam cetere inter has duas: aut paucoꝝ
71 domine q̄ illa quinta/aut pluriū q̄ prima illa & Laconica. ❡ Cōsiderationem de his duabus regni spe
ciebus circa duo versari. Primū quidem. ciuitatibus ne cōducat perpetuum habere imperatorē/belli
carumq; rerum ducē? & si sic: an per genus/an ꝑ electionem? secundum. cōducat ne vt vnus habeat
omniū potestatem: an secus? verū de duce belli: ad leges potius q̄ ad aliquā reipublice speciē pertinet
cōsideratio. quare primā partem missam faciamus: de regia gubernatione quia species vna est reipu
72 blice determinationē suscipiētes. ❡ Incipit tem ꝓsequi primū quernes/vtrū magis expediat rempu
73 blicam ab vno optimo homine regi/an a legibus optimis? ❡ Rationem adducit eorū: qui optimū ho
74 minem legibus ꝑponunt. ❡ Q; optime leges optimo sint preferende viro/argumētatur. ❡ Questio
75 nem aliam mouet: an in quibus lex non potest prouidere omnino/aut nō bene ꝓuidere/vni viro opti
76 mo danda sit potestas an multis? ❡ Argumentatur eo in casu/multis potius dādam esse potestatem.
77 ❡ Argumētatur ad oppositam partem: tutius vni optimo q̄ multis hāc potestatem esse tribuendam.
78 ❡ Iterum aggredit: ꝙ id concedi multis melius sit. ❡ Disputat: nō esse optimū ciuitatibus/a rege gu
79 bernari. ❡ Disputat insuper regē circa se potentiam quandā habere oportere/qua possit cōpellere nō
80 parentes: verū tantā/que populo sit impotētior. quemadmodū Syracusanus quidam cōsuluit: vt Dio
nysio circa se aliquos habere postulanti tot videlicet qui multitudinem superare non valerent daren
tur. & hec solum differendi modo sunt allata: & littera satis peruia.

❡ ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

Tertia erat quam Esymnetam vocant. Greci αισυμνητηρα και αισυμνητην olim regem/& Aristoteles.
αισυμνητην και αισυμνητεια reginam & regnum appellauerunt: de quibus hic Aristoteles/
69 & in superiori capite loquit. ❡ Et in Egypto post tertiā diem mouere licet medicis. moue
73 re: catharticū exhibere/quam medicinā solutiuā/purgatiuamq; dicunt. ❡ Etenim nūc plu Herodotus.
76 res. apud Herodotū in Thalia/Otanes Persa/popularium partes has tutatur/& ꝙ melius sit multitu Otanes.
dinē gubernare. Megabysus partes paucorū: & q̄d paucos bonos & eruditos. Darius ptes regias: ꝙq; Megabysus.
vnū oim optimū/pricipari melius est. cuius oratio a Persis approbata fuit. ita quoq; approbat Aristo Darius.
teles: regiā gubernationē oim esse/& antiquissimā & optimā. Otanes eni dicebat. cū dominat multitu Otanes.
do: iprimis nomē obtinet: oim pulcherrimū ισονομιαν. i. iuris equalitatē. deinde nichil eoꝝ agit: q̄ mo
narcha id est vnicus priceps. nā magistratus: tū sorte diligunt/tū administratorū rationē reddunt. oia
deniq; cōsilia in cōmune referunt. quare (vt mea fert sentētia) cēseo nobis qui monarchiā deiecimus:
statū multitudinis esse optādū. in multitudine eni oia insunt. At Megabysus cōtra q̄ dixit Otanes de Megabysus
abolēda tyrānide: ea sint ꝓ dictis a me quoq;. sed q̄tenus hortat summā deferri ad multitudinē i hoc
ab optima aberrauit snia. eteni populari multitudine: nichil est neq; insipiētius neq; insolētius. plebi
eni suū est: nichil itelligere. nā quo pacto sciat: qui neq; edoctus est/neq; honestum quicq̄ nouit nec
domesticū quidem. qui ad res agendas sine consilio preceps torrenti flumini simillimus ruit. ex quo:
si qui male consultū Persis cupiunt: ij statu populari vtantur. nos vero qui centū virorum optimorum
delegimus ad hos iperium deferamus. nā inter eos: & ipsi erimus. & ex optimis viris: credibile est op
ma existere consilia. Tertio vero loco suscepit Darius. Que Megabysus dixit: quo ad statum popula Darius.
rem/recte quidē michi videt. quo ad vero statum paucorū non recte. propositis enim tribus statibus
& ijs omnibus optimis ita vt optime imperet populus optime pauci optime vnus iter hec multo an

tecellete vnius imperium sentio.nam vnius viri qui optimus sit/imperio: nichil melius esse cõstat. in
statu enim paucorum:cũ plures virtuti incumbant/in publicum vehementiora priuatim odia excitari
cõsueuerũt.nã cum quisq; princeps esse optet/& in dicẽda sentẽtia vicere:ad ingẽtia inter se odia eua
dũt.ex quibus seditiones oriuntur/e seditionibus cedes/e cedibus ad vnius imperiũ deuenitur.plebe
etiã imperitãte:malicia exoritur.qua exorta:inter malos nõ odia: sed amicitie valide fiunt qui aduer-
sus rẽpublicam facinorosi:se mutuo occultant.idq; tam diu fit:dum aliquis pplo ꝑpositus/tales hoies
cõpescat.is videlicet/quẽ populus inter ceteros admiretur.qui cum admirationi est: tũc vere monar-
ches ostendit/declaraturq; vbiq; monarchiam esse prestantissimam.atq; vt omnia summatim dicam
vñ nobis libertas extitit/& a quo data/a pplo ne/an a paucorum potẽtia an a monarcha/ Ego sentio:
cũ sitis p vnum virũ liberati/vos debere talem rẽ cõplecti/ne alioqui leges patrias & bene quidem cõ
ditas(qd nequaq̃ satius est)dissoluatis.huic sententię Darij: ceteri assensere.

¶De potestate regia/multis/vno multitudine apta regno & aliis rebuspublicis. Cap.XII.

Verum de eo rege qui cuncta ex volũtate sua gerit:cõsideratio est nunc facieda.nã 81
Huius. ille qui secundũ leges dicit rex:nõ facit(vt diximus)regie gubernationis speciẽ.
61 quia in cunctis rebuspublicis cadere potest(vt siquidã ducendo exercitui/quoties
ciuitas bellũ gerit:ꝑpetuo sit ꝑfectus)puta in populari statu & optimatium gubernatione/
pluresq; authoritate vni cõmittũt belli gerendi.talis eni quedã est deputatio apud Doraicũ
Doracium. & apud Sypõtinos:licet apud Sypõtinos paulo cõstrictior. ¶Sed regia ille potestas plenissi- 82
Sypontini. ma ꝑ quam rex ex volũtate sua gubernat: videt quibusdã non esse scdm naturam/vt vnus
Primo. oĩm dñs sit ciuium/cũ ex similibus ciuitas cõstet.nã similibus natura idem iustum esse ne
cessariũ est:& eandem dignitatẽ secũdũ naturã.quare vt parem habere ipares alimoniã aut
vestẽ/nociuũ est corporibus:ita & in honoribus se res habet.similit ergo & inequalẽ equali
bus.ex quo nõ magis ꝑesse q̃ subesse iustum est.& p vicissitudinem eodem mõ/& hec iam
Secundo. lex.nã ordo lex est.¶Melius est igit:vt lex dominet:q̃ aliquis ciuiũ.hac quoq; rõne si quos
preesse oportet:ita sunt ꝑficiendi/vt custodes legũ atq; ministri.necesse eni est aliquos esse
magistratus: sed non vnũ hũc esse debere/aiunt esse iustum/cũ omnes similit se habeant.
Tertio. ¶Quecunq; vero vident p legem quidem determinari non posse/neq; p hoiem agnosci
potuisse:prudenter cauens lex instituit/cetera iustissima sententia iudicari atq; dispẽsari de
bere p eos/qui iudiciis ꝑsunt:ac insuper emendare pmittit/quod videat expertis:vt melius
Quarto. disponant q̃ vt iacent.¶Qui igit legem ꝑesse iubet:videt iubere deum preesse & leges.q
aũt hoiem iubet ꝑesse:adiũgit & bestiã.libido qppe talis est:atq; ita obliquos agit etiã viros
Quinto. optimos:qui sunt i potestate.ꝑpter quod mens absq; appetitu lex est. ¶Videt autẽ de arti-
bus falsum esse exemplũ:qd fm lrãs medicari vanum esset.verum & melius fuerit:si artem
possidentes illis vtant.nã illi quidẽ nichil contra rõnem propter amicitiã agunt:sed recipiũt
mercedẽ/cum sanos effecerit.at i ciuilibus magistratibus multa per affectionẽ & gratiã con
sueuerunt delinquere.& cum de fide medici timeret:ac suspicio foret/ne suscepto ab inimi
cis ꝑcio necare velit:tunc ex lrĩs/curam magis optaremus.atqui egrotãtes medici/alios ad
se medicos vocant/& magistri palestre/alios magistros:quasi nequeãt vere discernere/qui
de ꝑpriis iudicãt/& in affectu constituti sunt.quare manifestum est:ꝙ iustũ querentes/me
Sexto. diũ querũt. Lex eni mediũ. ¶Preterea validiores & de validioribus rebus leges :sunt leges
ille q̃ ex moribus ꝑueniunt q̃ que ex lrĩs.Quare si securior homo magistratũ gerẽs q̃ hi fm
Primo. lrãs: non tamen q̃ hi qui secundum morem.¶At vero nec facile est vnum discernere. opus 83
ergo erit:vt plures sint sub eo magistratũ gerentes.quare quid refert hoc(multos inq̃)stat im
Secundo. ab initio esse:vel vnũ cõstitutum esse hoc mõ/ ¶Insuper quod prius dicebat.siquidẽ vir stu-
Hoc mõ scili- diosus qm melior sit ꝑesse debet:vno aũt duo boni meliores sunt. hoc eni est qd Homerus
cet multos ma ait:duo simul euntes.& optatio Agamennonis:vtinã tales decẽ michi cõsultores adessent.
gistratus sub se ¶Sunt aũt etiã nũc magistratus cũ potestate iudicãdi de quibusdã:ceu iudex de qbus lex de
Homerus. terminare nõ potest.tanq̃ nõ optime ꝑcipere potuerit iudicabit.nã de quibus lex determiare
Agamennon. potest:nemo dubitaret.sed cum quedã cõphẽdi legibus possint quedã nõ possint:& hec sint
Tertio. illaque dubitationẽ & questionẽ faciunt vtrũ melius sit ab optima lege an ab optimo viro
gubernari/nã q̃ i cõsultationẽ veniunt: de eisdẽ ferri legẽ ipossibile est.nõ igit aduersus hoc
aiunt ꝙ non necessarium sit hoiem in huiusmodi rebus iudicare.sed ꝙ nõ vnum solum sed
Quarto. plures iudicat enim vnusquisq; in magistratu bene.si sit eruditus a lege. ¶Forsan vero ab-

surdū videri posset: si melius discernat quis duobus oculis & duabus auribus audiat & duo-
bus pedibus/duabusq; manibus agat: q̄ plures pluribus. cū & nunc quidā reges & tyranni:
oculos sibi plures cōparent/& aures/& manus/& pedes. nā & eos qui sunt in magistratu &
suos amicos vha principatus pticipes efficiūt/curationē rerū eis cōmittendo. qui nisi sint
amici: nō faciunt scdm illorū intentionem. si vero sunt: amici sunt & illorū & principatus/
cum amicus par sit & similis. quare si eos censet pficiendos: certe pares & similes guberna
tioni pesse censet oportere. Que igit cōtendētes cōtra regiā gubernationem aiūt: fere ista
84 sunt. ¶Sed hec forsan in quibusdā ita se hnt: in quibusdā aūt nō ita. est eni quiddam natura
dominabile. aliud regibile. aliud ciuile. & iustū/& vtile. tyrānicum vero nō est fm naturam
nec vlla aliarum gubernationū: que rectā transgrediunt formā. hec enim fiūt preter naturā.
¶Sed ex his que dicta sunt patet: q in similibus & paribus/nec vtile est neq; iustū/vt vnus
sit dn̄s oim/neq; si nō sint leges/sed tanq̄ ipse sit lex/neq; si sint leges: neq; bonus bono-
rū: neq; nō bonorū non bonus: neq; si scdm virtutē sit melior nisi aliquomodo. quis autē
85 iste sit modus dicendū. dictū est etiā aliquopacto & prius. ¶Et primo determinandū est. qd Numero. 56
cōgruat regi: qd optimatibus: quid reipublice. Regibus congruit hmōi multitudo: q̄ natura
apta sit ferre genus pstans virtute ad pricipatum ciuilē. optimatibus vero cōgruens est mul
titudo liberorū: que nata sit ad ferēdū gubernationē eorū: qui sint scdm virtutem primarii.
Ad ciuilē aūt gubernationē reipublice: cōgruit ea multitudo in qua populus innascit belli-
cus: qui gubernari possit & gubernare scdm leges & dignitatē: impartiēs iis quibus est opus
86 honores & magistratus. ¶Qñ igit aut totū genus: aut inter alios vnū aliquē: scdm virtutē
ita pcellere cōtingat: vt vnius ipsius virtus maior sit aliorū oim virtute: tūc iustū est hoc eē
regiū genus & oim dominari: & hunc vnum: esse regē. vt eni dictū est prius: nō solū sic se ha
bet secundū iustū qp pferre solent rerūpublicarum institutores: & qui optimatū: & qui pau
corū potētie & qui popularis. oēs eni fm excellentiā cēsent sed excellētiā nō eandē sed secū-
dū qd prius dictū est. neq; iterficere: neq; i exiliū agere: neq; relegare hūc posse decet: neq; di
gnari: vt per vices gubernet. non eni natura fit: vt pars superet totū. haberi vero tantā excel- Quas differē-
lentiam: hoc accidit. quare restat solū: vt huic suadendi pareat: & potestatem eū habere nō p tias: quos mo-
vices sed simpliciter. De regia igit gubernatione: & quas differēcias habeat: & vtrum vtilis dos & species.
87 sit ciuitatibus an nō: & quibus & quo mō in hūc modum determinatū sit. ¶Cū vero tres di
xerimus esse rectas gubernādi species harū vero necessariū est eam esse optimā que ab opti-
mis gubernetur. talis autem est in qua contingit: aut vnum aliquē omnium aut genus totū: Huius
aut multos virtute prestante gubernare eos qui gubernari valeant ad eam vitam: que sit ma- 29
xime expetenda: & in primis ostēsum sit sermonibus necessarium esse: vt sit eadē virtus bo- Huius
ni viri & ciuis optime ciuitatis: patet q eodē modo & p eadem fit vir bonus & ciuitatem sta 16
tueret quis ab optimis gubernari vel a rege. itaq; fere eadem disciplina: & idem mores faciēt
studiosum virum: qui faciunt ciuilē & regium. ¶His determinatis conandū iam erit de op-
88 tima republica dicere quemadmodum fieri nata sit & quo modo constituatur. nam necesse
est de illa conuenientem considerationem facere.

¶DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

81 Esumit de regia illa potestate: q̄ vnius est/omnium quidem habentis potestatē. ¶Dispu-
82 R tat/illam plenissime authoritatis potestatē regiā non esse secundū naturā: neq; debere in
ciuitate libera dominari: sed legem potius. quod sex rationibus prosequitur que in littera
83 sunt aperte. ¶Contendit item quattuor rationibus multos bonos principatui vnius qui
omnium potestatem habeat esse preponendos. & similiter in littera dilucide sunt & aperte. ¶Diluit
84 primam rationem factam numero 72. vultq; quibusdam cōmunitatibus expedire vt vnus omniū po
testatem nō habeat esse etiā quibus id vel maxime expe[d]it. nam est quiddā qd natura dominari na-
tū est: quiddā qd natū est regi/quiddam ciuile: & horū qdq; iustū & cōducibile neq; preter naturam.
sed qd tyrannicū est: nō est secundū naturam/neq; aliarū transgressionum vlla. ille enim preter natu-
ram fiūt. & id ingenue fatemur q in similibus & equalibus/neq; conducibile neq; iustum est/vt vnus
sit oim dominus/neq; si nō sint leges neq; etiam si leges existāt/neq; bonus bonorū/ neq; nō bonorū Numero,
nō bonus neq; si virtute sit melior nisi aliquo modo. quis aūt is sit modus dicendū est. Dictū autem 56
85 est etiam quo pacto & prius: si longe videlicet eniteat prefulgens virtute. ¶Declarat que multitudo
86 apta est regie gubernationi/que optimatū/& que reipublice censuq; potestati. ¶Qd regium genus/
57 & quis merito rex sit habendus: littera perspicua. ¶Ostendit eodem modo/& per que fit vir bonus:

quis statuere possit ab optimatibus aut rege gubernari. nam eadem virtus viri boni/ qui rectam rēpu-
blicam administrat & boni ciuis: vt numero 10 huius visum est. & tres esse rectas gubernatiões/ regiã
optimatum/ & rempublicam: ostẽdit numerus 29 huius. quare eadem disciplina/ & iisdem fere mores
faciunt studiosum vir℞: qui faciunt ciuilẽ & regium. ¶ At sequentis libri materiam transit/ p̄paratq; di 88
cenda: nam in eo consequenter de optima republica differere incipiet.

Doracium.
Aristoteles.

¶ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.


Alis enim quedã est deputatio apud Doraciũ & apud Sypõtinos. Sic Aristoteles habet. 81
talis eni principatus quidã est: & apud epidamnũ/ & apud Opunta quidẽ secundum par
tẽ aliquam minor. επιδαμνον και οπουντα. ¶ Qñ igitur totum genus. Omnis respublica 86
scdm excellentiã aliquam sumitur/ sed non eandẽ. nam absolute regia: scdm heroicã quan
dam/ & beneficã vnius virtutem. Optimatũ: scdm excellentiã virtutis pluriũ. Cẽsupotestas secundum
virtutis bellice/ mediocri quidẽ vita viuẽtium excellentiã. Immo & transgressiones excellentiã quãdã
habere videnť. vt tyrãnis/ potẽtie. pauco℞/ nobilitatis & opũ popularis gubernationis/ libertatis viuẽ-
di excellentiam. ve℞ si excellentia solũ in bonum sonat/ potius habere videanť q̃ reuera habeãt.

¶TERTII POLITICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

¶QVARTVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶ De optima republica/ & pertinentibus ad legislatorem. Cap. I.


N cunctis artibus & scientiis/ que nõ circa partẽ: sed circa genus aliquod 1
perfecte existunt: vnius est cõsiderare/ quid cuiq; conueniat generi. ceu ex
ercitatio corpori qualis quali conueniat/ & que sit optima: optime eni na-
tura disposito atq; distributo: optimam conuenire necessarium est. & que
plurimis: vna omnibus etenim id ad gymnasticen pertinet. Preterea vero
si quis non exactum illũ cupiat habitum & scientiam circa certamina: ni-
chilominus magistri gymnasiorũ & exercitatoris est hanc p otentiã prepa
Ad legislato-
rẽ ptinentia.
8
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
rare. codemq; modo i medicina/ & in effectione nauiũ/ & vestium. & in omni alio artificio
videmus contingere. Quare manifestũ est: q̄ huius est sciẽtie videre/ que sit optima respu-
blica: & qualis maxime ad votũ fuerit/ nullo externorũ eam impediẽte/ & que quibus cõue
niat. nã plures optimã assequi: forsan impossibile est. ¶ Itaq; & ea que sit simpliciť optima/ 2
& ea que ex rebus subiectis q̃tũ fieri potest optima latere nõ debet legis conditorẽ/ ac vere
ciuilẽ hoiem. Ac preterea tertia: que sit ex suppositione. nã oportet datam quoq; cõsiderare
posse: queadmodum ab initio cõstituať/ & constitura quodã modo seruetur q̃ plurimo tem-
pore. dico aũt: ceu si cui ciuitati cõtigerit/ neq; optimã gubernationẽ habere/ neq; necessa-
ria illi suppeditare/ neq; illis ipsis que adsint recte vti/ sed aliis deterioribus. Preter hec autẽ
omnia: eã gubernationem que oibus maxime congruat ciuitatibus/ nosse oportet. vt tradũt
plurimi eorum qui de republica tractant. & si de aliis recte dicant: de vtilibus certe aberrant.
nõ solũ enim rẽpublicã optimam cõsiderare oportet: sed etiã illã que in vsum cadere possit/
& q̃ sit facillima & cõmunissima omniũ. nunc aũt alii supremam querunt solũ/ multis sane
Quintum.
Sextum.
Septimum.
Octauum.
adminiculis indigentẽ: alii magis comunẽ aliquã nominãtes: tollẽtesq; eas q̃ in vsu sunt: la-
conicã vel aliã quandã cõmẽdant. At eni oportet talem institutionẽ reipublice inducere/ vt
suadeanť ac possint hoies ex iis que sibi adsunt facile eã recipere. nam est nõ minus difficile
corrigere rẽpublicam iam institutã q̃ ab initio instituere. queadmodum & post discere/ q̃ ab
initio didicisse. Quapropť p̄ter ea q̃ dicta sunt: rebuspublicis q̃ nũc existunt: auxiliari posse
opertet ciuilẽ hoiem: vt diximus & prius. Hoc aũt facere nõ potest. si ignoret quot sunt spe-
cies earũ. nã nũc quidã putãt vnã esse popularẽ & vnã paucorũ potentũ: qđ nõ est verũ quare
oportet nõ latere differẽtias oim: & quod sint/ & quotupliciť cõponanť. Leges etiã simul cũ
hac ipsa: prudenti indagine cõsiderande erũt: que sint optime & que cõueniant vnicuiq; gu
bernationi. sunt eni leges oẽs ad rempublicam accõmodande: nõ aũt respublice ad leges. est
namq; respublica: institutio ciuitatis circa magistratus honoresq; publicos/ queadmodũ de
bent ipartiri: & in quo potestas dominandi sũma debeat cõsistere: & quis sit finis cuiusq; so
cietatis. leges autem earum varie sunt: p quas modus reipublice gubernãde significatur. se-

cundũ quas debeant illi qui sunt in potestate imperare/& prohibere trãsgressores. Ex quo patet:ꝙ necessariũ est differentias & numerũ tenere singularũ rerumpublicarũ/etiam & legum positioues.neq; enim fieri potest: vt eedem leges vtiles sint paucorũpotentie/ac popularibus omnibus.si quidem plures sunt & non vna popularis potestas/neq; vna dumtaxat paucorum potentia.

ℭPRIMI CAP. QVARTI POLITICORVM COMMENTARIVS.

1 Stendit policite discipline esse cõtẽplari que sit optima respublica/ & qualis maxime optã
o da:si nulla externa afferent impedimentũ.est & eiusdẽ considerare: que respublica/cuiq;
ciuiũ multitudini sit accõmoda. nam in omnibus artibus & scientijs/ q̃ circa aliquod totũ
rei subiecte genus.exacte cõsistunt:vnius eiusdẽ artis ac discipline est cõsiderare/ quale cuiq; in suo
genere cõueniat/quidq; eo in genere sit optimũ.ceu gymnastice est considerare/qualis cuiq; corpori
exercitatio cõpetat:& que sit optima.optime eni natura affecto quodq; distributũ est optime:optimã
cõuenire necesse est.& q̃ id cõsiderat in plurimis:vna in omnibus disciplina est.id eni gymnastice of
ficiũ est.& tametsi etiam quispiã huiusmodi exactũ habitum/exactãq; circa certamina scientiam nõ
affectet.nichilominus tñ magistri exercitationũ est hanc posse instituere disciplinã. simili quoq; mo
do & in medicina/& in artificio conficiendarũ nauium/et in arte vestiaria/& in quaq; alia arte:cõtin
gere videmus.quid mirũ igitur si vnius eiusdemq; discipline(politice inq̃)sit cõsiderare que optima
sit respublica/& qualis cuiq; cõueniat. nam plerisq; societatibus:optimã assequi rempublicã fore ipos
2 sibile est.ℭ Octo q̃ legislatorẽ/virũq; ciuilẽ latere nõ debent.Primũ.que sit optima simpliciter/respu 1
blica.Secũdum.que optima ijs q̃ illi subijciunt. Tertiũ.que optima ex suppositione:si videlicet noua 2
ab initio instauraret/aut lapsa restitueret.nam oportet legislatorẽ/si id daretur:posse cõsiderare quo 3
modo ab initio bene constituat/& constituta quonã modo q̃plurimo seruet tpe. ceu si quedã ciuitas
lapsa cum neq; optimã haberet gubernationẽ/neq; necessaria illi suppeditarẽt/ neq; si adessent vti sci 5
ret:sed deterioribus illis abrogatis legislatori cõmitteret ordinãda.Quartũ.que gubernatio maxime 4
omnibus congruat ciuitatibus queq; omniũ & facillima et cõmunissima sit.Quintũ.talem reipublice 5
statũ/talemq; ordinationẽ inducere debet legislator.quã persuasi homines & velint & possint ex iis q̃
sibi assunt/facile admittere. Sextũ.presentibus rebuspublicis politicũ ciuilemq; hoiem suppetias ferre 6
posse oportet:vt & prius tertio loco dictum est. Septimũ.viri politici est nosse rerũpublicarũ species/ 7
& transgressionũ earum:alioqui transgressis auxiliũ ferre non possit. & sunt qui putant popularẽ gu
bernationẽ vnam esse reipublice speciẽ/& paucorũ potentiã vnam:quod nequaq̃ verũ est.horum igi
tur omniũ nosse differentias atq; species oportet: & quot modis adinuicẽ compositionẽ admittant.
Octauũ.que leges cuiq; reipublice cõueniant.nam leges omnes ad rempublicã:non autẽ respublice 8
ad leges sunt accõmodande. resumitq; hoc in loco diffinitionẽ reipublice positã in supiori libro/nu
mero 25:et colligit specialius qd & septimo loco dictũ est/oportere politicũ hominẽ nosse species &
modos rerumpublicarũ/tam verarꝫ q̃ trãsgressarꝫ eorumq; numerũ et legum positiões.nam alie sunt
leges vnius speciei & alterius. neq; eni fieri potest vt modis oibus paucorꝫ potentie/& modis oibus
popularis status:eedẽ leges cõducant sunt enim modi speciesq; plures/& non vna solũ popularis gu
bernatiõis/neq; vna solum paucorꝫ potẽtie:vt capite 4 et 5 huius/amplius cognoscetur.et hec sũma
tim sint dicta.

ℭANNOTATIONES AD CAP. PRINVM QVARTI POLITICORVM.



1 Rgumentum.Hoc in quarto hec discutiuntur.legislator.species rerumpublicarꝫ.
apta multitudo:vasramẽta.partes reipublice.De speciebus rerumpublicarũ:que.
diuersitas.partes/et species popularis gubernatiõis.species paucorꝫ. species opti
matum.quid censupotestas. modi mixtionis:modi tyrannidis. optima respubli
ca.De partibus reipublice:consilia.magistratus.iudicia.De legislatore:a numero
1 ad 3. que species reipublice:a 3 ad 7.de diuersitate:a 7 ad 10.de populari gu
bernatione: a 10 ad 19/et rursus numero 22. de paucorũ potentia a 19 ad 21/et
rursus 23.de optimate a 24 ad 26.de censupotestate quid ad 26 ad 33.de mixtiõibus eius:a 33 ad
37.de tyrannide:a 37 ad 39:de optima republica:a 39 ad 46.de apta multitudine: a 46 ad 49.
de vasramẽtis:a 49 ad 55.de consilijs:a 55 ad 64.de magistratibus:a 64 ad 75.de iudicijs:a 75
2 ad calcẽ libri.hinc capitũ ratio.ℭQuod nõ est verum.Cap.quarto/quinto et sexto huius ostenditur
verũ non esse vnam solam speciẽ paucorũ potẽtie/aut gubernatiõis popularis. ℭLeges etiam simul
Leges & populares et paucorũ potentie/ex sexto libro.ℭEx quo patet:ꝙ necessariũ est differentias
et numerũ tenere.differẽtie ille & numerus:ex capite tertio huius habentur.

FVit et prius quidam: qui isto modo tradidit. Socrates i politico isto modo distinxit. inquit Socrates.
enim vnius principatũ in regnum & tyrannidem distribuimus. dominationẽ vero/que nõ Politicus.
multis cõpetit in speciem vnã que laudãda est/optimatũ scilicet gubernationẽ: alterã que
vitupanda est paucorũ potentiã. ad multoꝝ administrationẽ/tunc simplicẽ posuimus po-
pularem gubernationẽ denominãtes: nũc rursus & hanc duplicẽ esse dicamus: vel vt leges seruet vel
transgrediat. et subiungit vnius igitur dñatio/bonis cõiuncta cõscriptionibus/quas leges vocauimus
omniũ lex optima est. legũ expers dura est. et subiectis omniũ onerosissima. gubernationẽ vero i qua
non multi cõmunicant: quo ad vtraqꝫ spectat/mediam censere debemus (quemadmodũ quod pau-
cũ est: inter vnũ/multaue medium optinet) ceterũ multoꝝ administrationẽ/ſm omnia debilẽ. vtpote
que ad alias cõparata: nichil magnum siue bonũ siue malum valeat. quia magistratus ad exigua re-
dacti sunt/in multosqꝫ diuisi. quapropter legitimarũ omniũ rerũpublicarũ hec deterrima est. iniqua-
rum optima. hec illic Socrates.

¶ De diuersitate partiũ ciuitatis/de prisca/& ꝑpria de rebuspublicis sententia. Cap. III.

7 VT igitur sint plures rerumpublicarũ species/illa est causa: ꝙ cuiusqꝫ ciuitatis par- Socrates.
tes sint plures. videmus enim primo: ex domibus omnẽ constare ciuitatem. dein-
de rursus ex hac multitudine alios esse diuites alios pauperes/alios medios: diui-
tumqꝫ et pauperũ partem esse bellicam/partem imbellẽ. & rursus ex plebe partem agrorum
culture deditã videmus: partẽ mercature/partem opificiis ac sordidis ministeriis. nobilium
quoqꝫ differẽtie sunt ſm opulentiã et magnitudinẽ census. sunt enim alii equites. quod mu-
nus nemo facile supportare potest: nisi sit diues. Quapropter antiquis tẽporibus quecunqꝫ
ciuitates equestri potẽtia excellebant: in his paucorũ potentia gubernabat: equitatu autẽ
bella cõtra finitimos exercebant: ceu Eretrienses & Chalcidenses & Magnesii/qui sunt Eretrienses.
sub Meandro. et alie plures Asiaticarum ciuitatũ. preterea sunt alie ꝙ ſcdm diuitias nobi- Chalcidenses.
lium differẽtie. quosdã enim genus/quosdã virtus extollit: & si quid aliud tale ciuitatis par Magnesij.
tem esse oportet: dictũ est/vbi de optimatibus tractauimus. ibi namqꝫ distinximus: quot ex Menander.
partibus necessariis omnis constat ciuitas. ꝯ he quidem partes/quãdoqꝫ concurrũt omnes Asia.
ad rempublicã gubernãdam: quandoqꝫ pauciores/quandoqꝫ plures. patet igitur ꝙ necesse
est plures esse respublicas inter se differentes specie. nam & ipse earũ partes inter se specie
differũt. Res enim publica est institutio gubernationũ. hanc vero distribuunt omẽs: vel se-
cundũ potentiã eorum qui participes sunt/vel ſm aliquam equabilitatẽ cõmunem: dico au
tem: veluti tenuiorũ/vel opulentoꝝ/vel cõmunẽ aliquã amborũ. necessariũ est ergo respu-
blicas tot esse: quot sunt institutiones circa earum supeminentias/et secũdum differentias
8 partium. ¶ Maxime vero due videntur esse: quemadmodũ de ventis dici solet/alios quidẽ
esse boreales alios australes/ceteros autẽ ventos horum esse excessus. sic etiam respublicas
duas esse popularẽ scilicet & paucorũ potentiã. nam optimates/speciem esse paucorũ poten
tium posuere: & eam que vocatur respublica dixerunt esse popularẽ. quemadmodũ de ven-
tis Zephyrũ quidem borealẽ: Eurum autẽ australẽ. eodemqꝫ modo in harmoniis/vt quidã
tradũt. nam & in illis duas species posuerũt: vnam doricã alterã phrygiam. ceteras oẽs vel
ad doricã vel ad phrygiam referri. maxime quidẽ igit̃ consueuerũt de rebuspublicis sic exi
9 stimare. ¶ Sed certe melius ac verius est/vt nos diuisimus. duaꝝ vel vnius recte constitute/
ceteras trãsgressiones esse. & aliquas esse bene cõtempate harmonie/alias vero ipsius opti-
me reipublice. ad paucoꝝ vero potentiã que duriores sunt ac magis violẽte: que vero remis
se & molles/ad popularem statum.

¶ TERTII CAP. COMMENTARIVS.

CAusam diuersitatũ rerumpublicarũ ostendit esse: diuersitatẽ partiũ ciuitatũ/siue recte sint
7 siue lapse. sed hic precipue de lapsis. Sunt diuites/sunt pauperes/sunt bellici/sunt imbelles
sunt agricole/sunt nobiles/sunt ignobiles/sunt opifices/& mercatores/et id genus. et que
pars obtinet in ciuitate preualẽtiorqꝫ est: in ea ciuitate rem efficit publicã. littera clara est. &
8 de partibus ciuitatis exactius adhuc numero 11 huius et 13. ¶ Ponit priscoꝝ sententiã de rebuspubli
cis: qui duas precipue/popularẽ & paucoꝝ potentiã esse crediderũt/ceteras autem ad eas reduci. vt
duos ꝑcipuos ponebant ventos/ad quos reliquos reuocabant: boream videlicet & austrũ: & duos ca
9 nendi modos: Doriũ & Phrygium. ¶ Hunc de rebuspublicis opinãdi modum: refutat Aristoteles/ap
probans modũ qui capite quinto tertij/et nũero 3 huius/ꝑ de rebuspublicis/& de transgressiõibus la-

bibusq; carũ positus est.et rectarum rerũpublicarũ: quasdã esse bene cõspirantis/ contẽperateq; har-
monie vt ee que respublice & cẽsupotestates.alias autem esse ipsius optime reipublice/ ad optimũq;
pertinere gubernatiõis statũ:vt sunt regia & optimatũ respublice. et lapsarũ/que duriores sunt et ma-
gis violente/ad paucorũ statum pertinere:que vero molliores & licentiosiores ad popularem.

¶ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

Bi de optimatibus tractauimus/ allegare videtur aliud opus eius q̃ que passim in mani- 7
bus habeanť.verũ partes ciuitatis necessarie:ex numero 11 huius/et ex operibus facile ex
numero 28 septimi intelliguntť. ¶Maxime vero due vidẽtur esse:quemadmodũ de ven- 8
tis dici solet:duodecim esse vẽtos/quorũ duo maximos habẽt effectus auster & boreas:ex libris me-
teoricis est cognitũ. Et harmoniarũ modos apud musicos septẽ esse:Doriũ/ Hypodoriũ/Lydiũ/Hy-
Nicomachus. polydiũ/Myxolydiũ/Hypophygiũ & Phrygium.ex Nicomacho/Philoxeno/ Cleonide & alijs musi
Philoxenes. cis cognoscitur.et hec vt hic ostendãtur:a presenti cõtemplatione sunt aliena.discitur eni vnũquodq;
Cleonides. proprio in loco/vel cõmodissime.

¶De populari gubernatiõe/partibus ciuitatis/speciebus plebis/& speciebus nobilium/& speciebus popularis gubernationis.Cap. IIII.

NEq; vero popularis ita simpliciter nunc ponenda est/vt quidã ponunt: vbi multi-
tudo dominatť.nam & in paucorũ potentiis & vbiq; dominari maior pars preua- 10
let.eteni si essent vniuersi mille trecenti/& horum mille essent opulẽti/neq; par-
tem gubernatiõis darent trecentis illis paribus ingenuis ac in ceteris paribus: nemo cer-
te diceret hanc esse popularẽ. Eodemq; modo pauci siquidẽ inopes in ciuitate potẽtiores es-
sent q̃ multi opulenti/nec honores illis impartirentť:nemo vtiq; diceret hanc esse speciem
que appellatť paucorũ potentiũ.potius itaq; dicendũ fuerit popularẽ quidem esse:cum penes
ingenuos homines est gubernatio.Paucorũ autem potentiũ cum penes opulẽtos.sed cõtin-
git vt alteri multi sint:alteri pauci.pleriq; enim ingenui sunt:rari vero diuites. Eteni si ma-
Ethiopia. gistratus/honoresq; publici sm magnitudinẽ distribuerentť/vt in Ethiopia quidam tradũt
fieri/vel sm pulchritudinẽ:paucorũ esset gubernatio/cum parua sit multitudo magnorũ &
et formosorũ.verũtñ non isto modo sat est respublicas istas determinasse:sed cũ plures sint
partes & multitudinis & paucorũ potentiũ/adhuc resumendũ est.vt neq; ingenui pauci exi-
Apollonia. stẽtes/pluribus:neq; ioniũ multitudo ingenuis dominetť.vt in Apollonia/que est in ionio
Ionium. & in Thera.in vtraq; enim istarũ vrbium honores/dignitatesq; erant illorũ qui nobilitate
Thera. prestabãt/& eorum qui primi in eas colonias venerant/qui erant pauci:non autẽ diuitum.
Colophon. licet diuitũ multitudine superaret populus/ vt & in Colophone antiquitus. ibi enim possi-
Lydi. debat magna patrimonia multitudo:anteq̃ bellum gererent aduersus Lydos. Sed est mul-
titudinis quedã gubernatio: quãdo ingenui homines et inopes multi existentes gubernãt
rempublicã. Paucorũ vero potentiũ:quando opulenti & nobiliores pauci existentes guber-
nant.Q; igitur plures sint rerumpublicarũ species/& quibus de causis patet. ¶Quamob- 11
rem vero plures sint:q̃ ille quas dictum erat/& quenã iste sint & ppter quid: deinceps dice-
mus pricipio vnde prius assumpto.Fatemur enim nõ vnam partem/sed plures:omnẽ habe-
re ciuitatẽ.vt igitur si animalis vellemus species capere: primo segregarẽmus id quod ne-
cessariũ sit omne animal habere/ceu quedam sensoriorũ/& quod cibum cõficiat atq; rece-
ptet:puta os & ventrẽ.& preterea illas quibus mouentť partes.Si itaq; tot species solum/ha-
rũ vero differẽtie essent.dico autẽ ceu oris genera plura/et ventris & sensoriorũ: & preter-
ea earũ quibus mouetť partiũ:harum cõiugationis nũerus necessario efficeret plura genera
aĩaliũ.nõ enim fieri posset:vt idẽ animal haberet plures differẽtias oris/sic etiam neq; au-
riũ itaq; quando suscepte fuerint omnes cõbinationes istorũ facient species animalis:& tot
Partes ciui- quidẽ species quot cõiugationes sunt partiũ necessariarũ. Eodẽ modo de dictis rebuspubli
tatis. 1 cis.ciuitates enim non ex vna sed ex multis partibus cõstant: vt sepius dictum est. ¶Vna
2 quedam pars est circa alimenta multitudo:quos agricolas dicimus. ¶Secũda vero pars ea
que vocatur mechanica.hec autem versatť circa artes: sine quibus ciuitas habitari non po-
3 test.harũ vero artium alie sunt necessarie:alie ad delicias ptinent & ad vite cultum. ¶Ter-
4 tia pars est forensis multitudo/que circa emendũ vendendũq; & circa mercaturã & nũmu
5 lariã versatť. ¶Quarta pars mercenarii. ¶Quinta.ppulsatores belli. que quidẽ pars non

minus necessaria est ciuitati q̄ aliqua superiorū: si velint aduersus inuadentes tueri liberta-
tem. impossibile est enim vt que ciuitas vocari mereatur: sit natura serua. per se enim suffi
ciens ciuitas. seruus autē non per se sufficiens est. ¶Quapropter in libris de republica ornا
te quidē hoc: sed non sufficiēter dictum est a Socrate: inquit enim ex quattuor maxime ne- Socrates:
cessariis ciuitatē constare. hos autem esse textorē, agricolā, coriariū, edificatorē. rursus ve
ro adiungit, quasi illi non sufficiant. fabrū ferrariū, et pastorē necessariarū pecudum, & in
super negociatorē & nummulariū. et hec omnia ciuitatem cōplent primam. ¶Quasi ve
ro ciuitas omnis necessariorū gratia sit constituta, ac non magis gratia honesti: & quasi
eque indigeat coriariis & agricolis. ¶Propulsatores autem belli non primā facit partem, 6
anteq̄ aucta regione & vicinis coactis ad bellum deueniatur. atqui & in quattuor illis & in
quotcumq; cōmunicātibus, necessariū est esse aliquem qui ius dicat & decernat. Siquidem
ergo animā quis ponat animalis esse partē magis q̄ corpus: & ciuitatū magis talia ponen-
da sunt esse partes, q̄ ea que pertinēt ad necessariū vsum, propulsatores belli videlicet ac iu
sticie iudiciarie exhibitores, et p̄terea cōsultores, qd̄ est ciuilis prudentie opus. & hoc siue
separatim existat quibusdā siue eisdem: nichil refert ad hunc sermonē. nam & in armis esse
& agros colere: sepe cōtingit eisdē. Quare si & hec et illa ponēda sunt ciuitatis esse partes:
manifestū est ꝙ ꝓpulsatores belli pars necessaria sunt ciuitatis. ¶Septima pars est eorū: qui 7
magna patrimonia hn̄tes reipublice onera sustinent: quos opulētos vocamus. ¶Octaua eo 8
rum qui publicā operam exhibent. & qui in magistratibus gerendis occupati existunt. ciui
tas enim absq; magistratibus esse nō potest. necessariū est igitur esse quosdā, qui magistra
tus gerere valeant: & hoc munus sufferre in ciuitate, vel perpetuo, vel ad tempus. ¶Reli- 9
qua vero sunt illa: de quibus ad integrū determinabimus quod in cōsulendo & ius contro-
uersiā habentibus reddendo, versatur. Si igitur hec ciuitatibus adesse oportet, recteq; fieri
& iuste, necessariū est esse aliquos qui virtutem habeāt rerum ciuilium. ¶Ceteras ergo po 10
12 tentias eisdem adesse posse videtur pluribus, ceu eosdem esse propulsatores belli & agrico
las & artifices, & preterea consultores & iudicantes. arrogant quoq; sibi virtutem cuncti: &
multifariā se existimāt idoneos ad gubernandū. verum pauperes & diuites eosdem esse im-
possibile est. quapropter he partes precipue videntur esse ciuitatis, inopes scilicet & opulenti.
Et preterea ex eo quod vt plurimū alii pauci sunt, alii multi: contrarie partes inter se appa-
rent. quare & respublicas secūdum earum preualentiā constituerūt. ac due videntur popularis
scilicet & paucorꝫ potentia. sed ꝙ sint plures respublice et ob hoc quas causas: dictum prius.
¶Quod vero & popularis ipsius species sint plures & paucorū potentiū ostendemus. Pa-
13 tet autem hoc ex iis que dicta sunt. nam & in plebe & in nobilitate plures sunt species, ple-
bis quidē vna species agricole, alia artifices, alia negociatores, qui emēdis vendēdisq; re-
bus intēdunt, alia circa rem maritimā. & horum alii bellatores, alii mercatores, alii portito Tarētum.
res, alii piscatores. multis enim in locis horum turba ingēs. vt piscatores: Tarenti et Byzan Byzātium.
tii. naualis multitudo: Athenis. mercatores: in Egina. & Chio. portitores: in Tenedo: insup Athene.
manuales & paruas facultates habētes: qui ociosi esse non possunt. preterea qui non ex vtro Egina.
q; parente ciue sunt orti, liberi tamen homines: & si qua huiusmodi plebeorū hominū spe- Chius.
cies altera. ¶Nobilitatis vero: diuitie, genus, virtus, disciplina: & his similia. que dicū- Tenedus.
14 tur secūdum eādem differentiā. ¶Popularis igitur prima species dicitur maxime secūdum Spēs popula-
15 equalitatē. vult enim lex huiusmodi popularitatis, pares esse diuites & pauperes, nec alte- ris gubernatio
ros plus posse, alteros minus: sed vtrosq; esse equales. siquidē maxime libertas est in popula nis. 1
ri statu: vt putant quidā. & equalitas certe fuerit maxime simili modo omībus republica par
ticipātibus. cum vero populus sit multitudo, & id obtineat quod pluribus videatur: necesse
est vt hec sit popularis gubernatio. vna igitur species popularis hec est. ¶Alia vero species:
16 vt magistratus honoresq; in republica secundū censum patrimoniorū: & cum quidē paruū,
tribuātur. ita vt qui tanta possidet, habilis sit ad honores reipublice suscipiendos. qui vero
non possidet: inhabilis sit. ¶Alia species popularis est: vt omnibus omnino ciuibus habi-
litas sit, modo sint obnoxii: dominet̄ autem lex. ¶Alia species popularis est: vt omnes om
nino habiles sint ad magistratus gerendos: modo sint ciues, & dominet̄ lex. ¶Alia species
eodemq; modo: nisi ꝙ non lex dominat̄: sed multitudo Hoc autem fit: quando populi de-

creta preualēt legibus. ¶ Accidit vero iſtud ob quoſdā qui populū ducunt. nam in iis rebuſ
publicis in quibus dominaṫ lex: non fit aliquis qui populū ducat/ſed optimi ciuium rempu
blicā gubernant. at vbi leges non dominanṫ: ibi ductores populi oriūtur. ſolus enim popu
lus regit/cōpoſitus vnus ex pluribus. multitudo enim dominādi authoritatē habet: non vt
Homerus. ſinguli/ſed vt omnes. Homerus autē cum dicit non eſſe bonū vt plures regant: vtrū de hac
dicit vel de alia cum plures gubernant vt ſinguli/incertū eſt. talis ergo populus vtpote abſo
lutam poteſtatē habens: dominari ſolus querit/nec vlli legi ſubeſſe: efficiturq́; dominator.
quare aſſentatores eius in precio habenṫ. ¶ Et eſt huiuſmodi populus: in gubernatione ſua 17
tyranno perſimilis. iidem nempe mores & vtrobiq́; meliores deprimūtur. & decreta huius
populi perinde ſunt: vt tyranne precepta. & ductores ſuaſoreſq́; huiuſmodi populi: ſunt ve
lut adulatores illi qui circa tyrannos verſanṫ. et maxime vtriſq́; apud vtroſq́; potentia eſt/
adulatoribus inq̄ penes tyrānū ac ductoribus ſuaſoribuſq́; populi ad ipſum populū. Hi acto
res ſunt vt decretū populi leges infringant: et ad populū cuncta referūt. cōtingit autem illos
fieri potentes: ex eo quia populus dominaṫ omniū/ ipſi vero voluntati populi. nam fides a
populo eis adhibeṫ. Preterea qui de magiſtratibus cōqueriūtur. aiunt ad iudicia populi nego
cia referri oportere: populus autē audit gratanter eorum ꝓuocationes. quare per hunc modū
magiſtratus diſſoluunṫ omnes. ¶ Merito igitur reprehēdere videntur: qui dicunt huiuſmo 18
di popularē eſſe potentiā/non autem reipublice ſpeciem. vbi enim leges dominari nō pre
ualent: non eſt reſpublica. nam lex dominari omnibus debet: de ſingularibus autem magi
ſtratus & reſpublica iudicare. quare ſi eſt popularis potentia vna ſpecierū reipublice: clarum
eſt ꝙ talis gubernatio in qua decretis populi cuncta efficiunṫ: non eſt proprie popularis potē
tia. nullū enim populi decretū recipit eſſe vniuerſale. De popularis igitur ſpeciebus: in hūc
modum determinatum ſit.

¶ QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

REfutat diffinitionē popularis gubernationis ita ſimplicē & nudam vt nōnulli eam ponūt/ 10
reſumens pene vniuerſa que capite quinto tertij/ dixit: quedā etiam ſpecialiora ad illius in
telligentiā adducēs. vt de ethiopibus: qui a corporū elegātia & pulchritudine/magiſtratus
diſpēſabant. de apolloniatibus/ Theracenſibus/ & colophonijs: que in littera ſatis cōſtant.
ex qbus liquide diffinitiones ille ita nude tradite atq́; intellecte: inualide monſtrarenṫ. ¶ Vult plures 11
eſſe modos & ſpēs rerūpublicarū ſpeciatim/q̄ que iam expreſſe ſunt: et cauſe cognoſcunṫ ex enume
ratiōe partiū ciuitatis/a quarū vnaquaq́; ſumi poteſt ſpecies vna gubernādi. et ptes ciuitatis annume
1. 2. rat. vna eſt: agricole/ qui circa alimēta verſanṫ. Secūda opifices/ qui verſanṫ circa artes/ aut neceſſarias
3. aut ad delicias aut voluptates/ aut ad ornatū ptinētes. Tertia: cauponaria/ vendētiū emētiūq́; merca
4. 5. 6. toria/ & nūmularia. Quarta mercenarij. Quinta ꝓpulſatores belli. Sexta: ij qui ius dicunt atq́; diſcer
7. 8. nūt. Septima: opulenti & diuites qui onera reipublice ſuſtinere valēt. Octaua: publicis magiſtratibus
9. fungētes. Nona: ij de quibus alio in loco exactius/ cōſultores & ius in cōtrouerſijs aſſignātes. Interim
notat Societatē in diuiſiōe partiū ciuitatis: que a Platone poniṫ in libris de republica. ¶ Primas ptes 12
ciuitatis eſſe inquit opulētos & inopes: et que maxime inter ſe cōtrarie videnṫ: ꝙ nunq̄ cōtingat eoſ
dem ſimul eſſe opulentos et inopes/ ꝙ vt plurimū hi multi ſint illi vero pauci/ ꝙq́: vbi opulenti ꝑua
lent rem ſtatuāt publicā/ vbi vero inopes et illi quoq́; ſibi gubernādi facultatē arrogāt. Sed alie partes
coincidere poſſunt: vt cōtingit eoſdem eſſe/ et agricolas & artifices & belli ꝓpulſatores/ inſuper & cō
ſultores & cōtrouerſiarū iudices et magiſtratū gerentes. nam cuncti ſibi virtutē arrogant: et multifa
riā ſe idoneos ad reipublice gubernationē exiſtimant. ¶ Species plebis nouē enūerat: ex quibus ce 13
2. 3. tere facile intelligent/ ſi que ſint. circa terrā agricolas opifices/ et negociatores qui vēdendis emendiſ
4. 5. q́; rebus intendūt. circa mare: nauales bellatores/ vt Athenis. mercatores. vt in Egina & Chio. piſca
6. 7. tores: vt Tharenti/ et Byzantij. portitores: vt in Tenedo. inſuper manu operarij paruas facultates ha
8. 9. bentes. et liberi/ qui tamen nō ex vtroq́; parente ciue ſunt orti/ et ſi qua huiuſmodi plebeoꝝ hominū
eſt ſpecies. ¶ Tangit quattuor nobiliū ſpecies. ob inſignes diuitias/ nobiles genere/ virtute/ diſciplina. 14
1 ¶ Subiungit popularis gubernatiōis ſpecies quinq́;. Prima eſt ſm equalitatē: vbi & pauperes & diui 15
2 tes/ equā habent gubernādi poteſtatē. Secunda. in qua magiſtratus & honores ſm cenſum & quidē
exiguū diſpenſanṫ/ lege poſita/ vt qui tātula poſſidet ſit habilis ad magiſtratus adipiſcendos. qui ve
3 ro nō/ inhabilis eſto. Tertia: in qua om̄es omnino ciues indipiſcēdoꝝ honorū habiles ſunt/ modo cō
4 perianṫ idonei/ ſed lex dominaṫ. Quarta: in qua omnes oīno ciues ad gerendos magiſtratus habiles

habenť/at lex dominať.Quinta.in qua omnes oino ad magistratuū functiones sunt indifferētes/ve- 2
16 rum nō lex sed multitudo dominať.Hac em̄ in specie:decreta populi plus possunt q̄ leges.¶ Ostēdit
in hac quinta specie oriri quosdā populi ductores(quos demagogos quidē greci dicūt)qui beniuolē-
tia & fauore populū quo volunt ducūt/populo assentātes.in quarta & tertia spē nunq̄ oriť hec pestis:
17 neq; in duabus alijs modo sinant leges dn̄ari.littera dilucida.¶ Assimilat in quinq;/populū quinte &
deterrime gubernatiōis popularis/tyrāno.primo:quia & populo huic & tyranno:ijdē sunt mores.se-
cūdo: q̄ decreta huius populi sunt vt tyrāni precepta.tertio: qđ tyrāno sunt adulatores:id sunt apud
hmōi populū/populi ductores atq; suasores.quarto:q̄ adulatores maxime possunt apud tyrannū:et
hic quoq; populi ductores apud populū.quinto Insuper cum accusanť magistratus populi ductores
aiunt ad populū referri debere:vt & oēs accusationes volunt adulatores deferri ad tyrānos/sicq; oēs
18 dissoluūtur atq; pereūt magistratus.¶ Damnat hāc quintā spēm gubernatiōis popularis.neq; dignū
censet:vt ei vllo modo reipublice nomē tribuať.q̄ in ea neq; lex neq; magistratus authoritatē vllam
habeant:sine quibus respublica esse non posse diffinita est.littera conspicua est.

¶ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.



E quibus ad integrū determinabimus.cap.vndecimo &duodecimo huius:vbi de Ex socrate popularis.
consilijs/magistratibus & iudicijs.¶ Et est hmōi populus:in gubernatiōe sua/tyrā
no psimilis.de viro populari huius speciei:Socrates in octauo de republica.Quan
do inquit iuuenis/nutritus ruditer & aride nimiū/fucorū mel gustat:adheretq; ardē
tibus/vehemētibusq; & calidis aialibus/potētibus oiformis et varias voluptates vn
diq; cōparare:hinc oriri existima mutationē qua ex paucorū potentia que in eo est
transit in popularē/propter inscitiā paterne educationis. qui externas cupiditates & non necessarias
non reprimit increpādo:coarguendo vehemēter/ne paucorū cōditio/populari statui cedat. verū ne-
glecta iuuenilis animi cultura:multe vehemētesq; fiunt cupiditates/trahuntq; ad cōsuetudinē.ac dū
clam serpūt:magnū excrescūt in numerū. & tādem iuuenilis animi arcem occupāt/presentiētes vacu
am esse doctrinarū honestorūq; officiorū/verarūq; rationū: que in priorū hominū mentibus/optimi
omniū custodes/seruatoresq; extant.succedūtq; false superbe/petulātesq; rationes et opiniones in ea
rum locū:neq; presidiū admittunt/neq; priuatorū senum monitus excipiūt. et pudorē/fatuitatē appel
lantes:turpiter in exilium pellunt.et tempantiā nominātes ignauiā reprobantesq; eijciunt.modestiam
quoq; in moribus/& in sumptibus moderationē: tanq̄ rusticitatē & illiberalitatē penitus detestanť &
fugāt.cum multis futilibusq; cupiditatibus viuētes: petulantiā/ingenuā educationē nominant. licen-
tiam:libertatē.prodigalitatē:magnificentiā impudentiā.fortitudinē illas extollūt/illisq; applaudūt:sic-
q; transit iuuenis ex insita necessariarū cupiditatū affectiōe/in resolutam non necessariarū voluptatū
licentiā/illarū gratia erogans pecunias/laborās/exercitiaq; suscipiens. idies ita viuens: vt incidētibus
presentibusq; cupiditatibus semp obsequať/dum alias ebrietati modulatiōibusq; indulget/alias aque
potu cōtentus est/ & media.interdū gymnastice studijs se exercet nōnunq̄ remissiore aio torpet.quā
doq; philosophie studiū attingit.sepe etiam se ad rempublicā cōfert/proditq; in mediū:quicquid ob-
tulit fors/et dicens & faciens.si quādoq; milites admirať:ad eos ferť.sin mercatores/ ad hos aduētat.
neq; ordine vllo/aut necessitate vitā suam dirigit:sed hanc viuendi licentiā/iocundā & liberalē/& bea
tam vitā appellans/assidue colit.¶ Et de ciuitate populari.Talis popularis ciuitas:in qua neq; coga- Ex socrate ci-
ris magistratibus fungi/etiam si ad id sufficias/neq; parere si nolis/ neq; bellū gerere alijs bellu geren uitas popula-
tibus/neq; pacē agere a gētibus alijs nisi id placeat.si qua lex impare vetet/ & sentētias ferre:nichilo- ris.
minus & iperes & sentētias feras in iudicio/si tibi visum fuerit:& morte & exilio dānati nichilominus
vrbē incolāt & pdeant in mediū et psepe(quasi nemo videat/aut curet)instar heroū quorūdam p vr
bem incedāt.indulgētia maxima et sine vlla obseruatiōe nihil curās/ex q̄bus studijs se quis ac ciuilia
cōferat/sed honorans quisquis ameť a vulgo.in qua nūq̄ vir p̄clarus euadet:nisi statim a pueritia ho
nestis studijs nutriat/& illa frequēter exerceat/aloq; p̄ditus sit aio. Ceterū cū popularis ciuitas sitiēs
libertatē/malos picernas p̄sidētes nāciscit/ et ea licētiosa libertate pfusius q̄ decet sese ingurgitās de
bachať:principes causans/tanq̄ rigidiores et tyrannicos punit/nisi milites admodū sint plurimūq; cō
cedant licentie & eos qui principibus parent/tanq̄ seruiles sint/& nullius precij homies/obiurgat. pri
cipes aūt subditis pares: et subditos pares principibus/priuatim & publice laudat & honorat. haud
secus ac in domo vbi pater filio fiat silis/ et filius patri sit par/ neq; vereať neq; metuat parentes vt sit
maxime liber:et inquilinus ciui/et inquilino ciuis equeť:pegrinusq; similiter.vt ea in vrbe p̄ceptor disci
pulum.in gubernatiōibus autem populi: vna tantū seditio fit ad paucorū potentiā.ipsis ve
ro inter se(quod quidē dignum dictu sit)non accidit seditio populi. ¶ Insuper mediocriū
hominū gubernatio ppinquior est populari gubernationi,q̄ illi que paucorū:que quidē est
magis tuta,q̄ aliqua huiusmodi rerumpublicarum,

¶ PRIMI CAP. QVINTI POLITICORVM COMMENTARIVS.



1 Ve et quot sunt cause mutationū rerumpublicarum/et corruptionū earum/et que reme
dia quibus saluent/contineāturq;:nōdum dictum est.fere autem de cunctis alijs vni-
uersis de quibus determinare proposuerat: in precedētibus est dictum. iccirco non
ab re de huiusmodi rerumpublicarū mutatiōibus/corruptionibus medelisq; ac reme
2 dijs:determinatio est suscipienda. ¶ Ad memoriā reuocādas esse vult species rerum
publicarū: que generaliter numero 29 tertij/specialius autem numero 15 quarti et se
quētibus/et quonam pacto popularis gubernatiōis et paucorum potentie non sit iustum simpliciter/
3 sed secūdum quid:numero 35 tertij iam cognitum est ¶ Inequalitatē/primam esse causam atq; ori
ginem mutationū rerumpublicarū. quādo enim non vtraq; pars et opulentorum & inopum pro opini-
4 one sua equale in republica reportāt:seditiones cōcitant/ seditione autem reipublice mutant. ¶ Res-
publicas vario modo mutari.aliquādo de specie in oppositam/aut alterius generis speciem/aliquādo
secūdum maius & minus/ & aliquādo qui seditiones agunt nequaq̄ rempublicā mutare volunt/ sed
5 ad eam dumaxat admitti.Littera de se conspicua. ¶ Quanq̄ ita est q in omni republica propter in-
equalitatē oriri seditionē contingat: attamen in equalibus proportio est.nam perpetuū regnum equa
libus inequale est.fieri tamen potest vt id sit pro dignitate. incidnut enim in seditiones/ qui querunt
6 omnino totaliterq; equum. ¶ Duplex equum:vnum numero quod quidē medium est arithmeticū
idem atq; equale multitudine aut magnitudine:alterū pro dignitate equum/quod geometricū/et in
rationū proportionūq; equalitate consistit.de vtroq; oppido q̄ abunde dictum est:in annotatiōibus
7 circa tertiū caput quinti ethicorum & sequentiū capitū. ¶ Ob has duas equi species due precipue
se declarant gubernādi forme paucorū potentia & popularis gubernatio.nam equū:iustū vtraq; po-
nit.sed paucipotētes:equū quod pro dignitate & geometricū iustum ponūt/illudq; sibi falso arrogāt.
quia reuera/neq; boni neq; dignitametsi diuites sint/& nobilitatis opiniōe pretumidi. populares au
tem:iustū dicunt equū/ & nūero & arithmeticū qđ eque sibi falso ascribunt.nō eñ si in aliquo equa
8 les:iccirco in vniuersis et omnino equales existant.¶ Iustum.statuere in republica/aut omnino secū
dum equalitatē geometricā et pro dignitate vt volunt paucipotētes/ aut omnino secūdum arithme-
ticā et in numero ceu volunt populares prauū est.Sed partim arithmetica equalitate/partim geome-
trica:vtendū est.quia cum iustū ab altera tantū harum equalitatū desumit:respublica stabilitatē non
habet:sed varijs quatitur motibus/ac seditionibus/ necesseq; tandē est ex huiusmodi errore ab exor
9 dio admisso/vt tādem in grandē quandā pniciem respublica deuoluat. ¶ Quanq̄ ita est:stabilior ta-
men popularis gubernatio q̄ paucorū potentia. Primo quia in paucorum potentia:due seditiones oriū
tur/et paucorū potentū inter se & ad populū.in populari autē gubernatiōe/vna/populi aduersus pau-
cos potentes.inter se enim non oritur seditio.que mētione digna sit. ¶ Secundo.popularis guberna
tio magis accedit ad gubernationē mediocrū hominū/que omniū stabilissima est q̄ paucorum potētia.

nimirũ igitur ſi popularis & ſtabilior & ſecurior q̃ paucoꝝ potentia eſt.

❡ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM QVINTI POLITICORVM.



IN quinto hec. mutationes rerũpublicarũ. medele. durationes. De mutationibus & medelis. inequalitas. ſeditiones. cauſe ſeditionũ. medele. mutationes popularis gubernationis. mutatiões paucorũ potentie. mutationes optimatũ. medele. magiſtratus ſaluãde reipublice aptus. mutationes regni. medele regni/ & retentio tyrãnidis. De inequalitate: ab 1 ad 10 numerũ. de ſeditionibus. a 10 ad 14. de cauſis ſeditionum: a 14 ad 15. de medelis ſeditionũ: a 15 ad 19. de mutationibus popularis gubernatiõis: a 19 ad 24. de mutationibus paucoꝝ potentie: a 24 ad 35. de mutationibus optimatũ: a 35 ad 42. de medelis mutationũ harum rerũpublicaꝝ: a 42 ad 62. de magiſtratu apto: a 62 ad 72. de mutatiõibus regni: a 72 ad 92. de medelis & ratione tyrãnidis: a 92 ad 128. de duratiõibus: a 128 ad calcẽ libri in capite. 12: ratio. ❡ In eo vero magiſtratu: quẽ 4
athenienſes eliæam vocant greci de eo magiſtratu ita ἡλιαία τὸ μέγα δικαστήριον ἐν τῇ ἀττικῇ καὶ οἱ δικασταὶ ἡλιασταὶ ἐκαλοῦντο. ἡλιαία βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. Eliæa magnum pretoriũ Athenienſe & iudices eliaſte vocabãtur. Eliæa cõſilium conſtitutũ ex mille viris. (Leonardus.) Leonardus habebat. Apud Elienſes vero neceſſariũ eſt illorũ etiam qui verſanẽ in republica: dignitates vadere/ quando creaẽ magiſtratus aliquis. & in aliquibus exemplaribus: apud Dienſes. ſed arbitror vitio ſcriptorũ. (Ariſtoteles) verum Ariſtoteles ſic εἰς δὲ τὴν ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν. ἔτι τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχάς. ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. καὶ τὰ λοιπά. et quia parũ intelligibile erat/ eo modo quo poſuit Leonardus. immutatus eſt hic locus ad littere grece intelligentiã. ❡ Vbiq; enim propter inequalitatẽ oritur 5
ſeditio: diſparibus tamẽ non exiſtit proportio. Aliter q̃ hic habeaẽ in numero huic littere reſpõdenti (Leonardus.) expoſitũ eſt ꝓpter ambiguitatem particule οὐ μήν. quam Leonardus negatiue accepit. ego vero aduerſatiue/ & non negatiue. nam ex Suda οὐ μήν ἀλλὰ μήν etiam deſignat ἀλλὰ μήν autẽ noſtri: attamẽ aut quippiam ſimile exponũt. Ariſtoteles ſic habet πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. οὐ μὴν τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον. ἀΐδιος γὰρ βασιλεία ἄνισος ἐὰν ᾖ ἐν ἴσοις. quod ad verbũ. vbiq; enim ꝓpter inequale ſeditio: attamen inequalibus ineſt ꝓportionale. nam ꝑpetua regni poteſtas/ inequalis: ſi ſic in equalibus. et plane dubium eſſe poſſit: an id velit quod in littera expoſuit. verũ vt aduerſatiua particula eſt: rectius quadrare videtur intelligẽtie/ q̃ ſi intelligaẽ particula eſſe negatiua. regni enim poteſtas inequalis eſt ad equales. nam regis ad ciues qui inter ſe ſunt equales/ ſed regni inequales. vtrum hoc in illo modo rectius ſit: alij amplius diiudicent. littera tamen dimiſſa eſt vt erat: propter ambiguitatem (vt dictum eſt) dictionis οὐ μήν. ❡ Verũtamen tutior eſt ac minus ſeditioni ſubiacet. Id ſummope 9
de primis ſpeciebus popularis gubernatiõis certũ. in vltima enim in qua ſunt populi ductores: ſeditiones crebre exoriuntur.

❡De ſeditionibus paucorum & popularĩũ/ pro quibus rebus ſeditiones oriantur/ & de cauſis earum. Cap. II.



CVm vero cõſideremus quibus de cauſis ſeditiones mutationeſq; rerumpublica 10
rũ eueniunt: capiẽda ſunt primo vniuerſaliter principia/ & cauſe eorum. Sunt autem fere (vt ita dicam) tria numero: de quibus primo ſecũdum ſe ſuccincte determinandũ eſt. videre enim oportet: queadmodũ diſpoſiti ad ſeditiones deueniũt/ & quarũ rerum gratia/ ꝙ tertio que ſunt principia ciuiliũ turbationũ/ ac ſeditionum inter
ciues. ❡Quod quidem igitur diſponatur ad res nouas appetendas: illa eſt potiſſima cau 11
ſa de qua iam diximus. hi quidẽ quia pares eſſe volunt iis qui plus habent: niſi hoc ſit ſeditiones cõcitant. illi vero (quia inequalitatẽ affectant & exceſſum) ſi ſe arbitranẽ nõ plus habere cũ ſint inequales/ ſed equale aut minus: adeque ſeditioſi ſunt. hec autẽ quandoq; iuſte capiũtur: quandoq; iniuſte. Inferiores quidẽ vt pares ſint/ ſeditiones moliũtur. & pares qui ſunt: vt preſtent. Quemadmodũ igitur diſpoſiti ſunt/ qui res nouas ſeditioneſq; que
rũt: dictum eſt. ❡Res autem pro quibus ſeditionibus cõtendunt: ſunt lucrum & honor/ atq; 12
his contraria. dedecus enim & damnũ vel ipſorum vel amicoꝝ fugientes: ſeditiones in ci
uitatibus agunt. ❡Cauſe vero ac principia motionũ vnde ipſi ita diſponunẽ/ et pro iis que 13
diximus: ſunt vt ſeptem/ ſunt etiam vt plura: quorũ duo ſunt eadem cũ illis que dicta ſunt: non tamẽ eodem modo. propter enim lucrum/ & propter honorẽ irritenẽ inuicem: non vt acquirant ſibiipſis (vt dictum eſt prius) ſed quia vident alios partim iniuſte ꝑtim iuſte plus in ipſis habere. Inſuper ꝓpter contumeliã. propter metum. propter potentiã. propter contẽ

Cauſe.
1 Lucrum.
2 Honor.
3 Iniuria.
4 Metus.
5 Exceſſus.
6 Contẽptus
7 Incremẽtũ ꝑter ꝓportionẽ
8 Verecũdia:
9 Negligentia
10 Paruitas.
11 Diſſimiliudo.
12 Extrinſecũ.

ptum. propter incrementũ excessiuum: ꝑterea & alio modo propter verecũdiam. propter negligentiã. propter paruitatem. propter dissimilitudinem.

❡SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.



Ria secundũ se & seorsum: primo figura rudiq; discussiõe determinãda. primũ quo
pacto affecti: seditiones mouent. Secundũ quarũ rerum gratia. illas excitant. Tertiũ
10 que sunt principia & cause turbationũ et seditionum inter ciues. ❡ Hic de primo. af 1 Lucrum.
fecti sunt. ad seditiones inopes qui diuitibus pares esse volunt diuitesq; ac poten- 2 Honor.
tes qui cum inequalitatẽ affectent se semper minus qui debeant habere putãt insu 3 Iniuria.
per ij qui cũ sint equales: ambiũt/prestareq; volũt. omnes enĩ hi: nisi id fiat ad quod 4 Metus.
mens insana/irrationalisq; appetitus eos pertrahit/seditiones cõcitant atq; mouent. 5 Excessus.
11 ❡De secundo. ea cuius gratia seditiones mouent/sunt lucrum & honor vt illa adipiscantur: et eorum 6 Contẽptus
12 contraria damnũ scilicet & dedecus/vt illa vitent. ❡De tertio. principia et cause huiusmodi turbatio 7 Incremẽtũ ꝑ
nũ ac seditionũ inter ciues: sunt vt septem/sunt vt plures. septẽ sunt: lucrum. honor. iniuria. metus. cõ ter ꝑportionẽ.
temptus: excessus. incrementũ debitam proportionẽ excedens. Adduntur alio modo et hec quattuor: 8 Verecũdia
verecũdia. negligentia. paruitas. dissimilitudo. ob verecundiã/negligentiã/et paruitatẽ/pauxillũq; mu 9 negligẽtia.
tationis sensim irrepens: mutantur respublice absq; seditione & motu. Et lucrum & honor/quãdo sunt 10 Paruitas.
ea pro quibus seditionibus cõtendunt: mouẽt animos seditiosorum vt illa adipiscantur. quãdo vero prin- 11 Dissilitudo.
cipia & cause seditionũ irritant ciues indignatione aut inuidẽtia/cum hi vident se inhonoratos/ illos 12 Extrinsecũ
autem honoratos. Littera satis aperta est.

❡ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

Ropter enim Lucrũ et propter honorem que hic annumerat: vndecim sunt. verũ adijciet
13 postmodũ extrinsecam causam/vt nũero 86/que adiecta numerũ perficiet 12. ❡ Propter
paruitatẽ. Propter id quod sensim & parũper repit. quando a republica aliquid parum de
mitur & toleratur (quia latet aliquid momẽti habere ad tollendã rẽpublicam) deinde permittitur quippiã
pauxillulũ demi/sic latenter irrepit reipublice malum/tandemq; ad id ꝑducitur/vt aut tollatur/ aut in
magno versetur discrimine.

❡De causis vndecim seditionum declaratio. Cap. III.

14 Orum autem contumelia et lucrum quam habeant vim/et quot seditionũ cau- Prima causa.
h se: fere est manifestũ. contumelia enim & auaricia eorum qui gubernant. homi- Iniuria.
nes ꝓuocantur ad seditiones contra illos & contra statũ reipublice que ista fie- Lucrum.
ri patiatur. auaricia vero quãq; ex priuatis rebus fit: quãdoq; ex publicis. ❡ De honore etiam Honor.
clarum est: et quid valeat & quomodo causa sit cõtendendi. ipsi enim ihonorati & alios ho-
noratos cernentes: seditionẽ aggrediũtur. Hec autem iniuste quidẽ fiunt: cum preter digni Hec: honora-
tatem honorantur quidam vel inhonorãtur. iuste vero cum secundũ dignitatem. Propter pre- tiones & inho
potentiã autem quando quis maior sit & potentior/vel vnus vel plures/cum secundũ ciui- norationes.
tatem & potentiã reipublice. consueuit enim ex talibus fieri vnius dominatio vel guber- Excessus.
natio violenta. Quapropter quibusdã in locis ostracismo vtũtur: ceu Argis & Athenis. at Argi.
qui melius erat ab initio prouidere: ne in huiusmodi potentiã augeri homines permitterẽ Athenienses
tur/q̃ post/contra auctos remediũ querere. ❡Propter metum vero ad seditionem deue- 5
niunt: qui formidant ob maleficia cõmissa ne penas dent/& hi contra quos paratur violen Metus.
tia preuenire volentes/priusq̃ malum patiantur. vt apud Rhodum: nobilitas contra plebem Rhodij.
insurrexit metu iudiciorum que sibi parabãtur. ❡Propter cõtemptum vero ad seditiones 6
deueniũt & insurgunt/ceu in paucorũ potentia: quando plures sunt illi qui a republica ex- Contemptus.
cludũtur. potentiores enim se putant. Et in populari statu opulenti cõtemnẽtes inordinatio Thebani.
nem & malam administrationẽ eorum qui rempublicã gubernãt. ceu apud Thebanos post Onophyti.
pugnam in Onophytis cõmissam: mala gubernatione popularis status interiit. Et in Me- Megarenses.
garensibus. cum per inordinationẽ & magistratum negligentiam superati sunt. Et syracu- Gelon tyran-
sis ante Gelonis tyrãnidem. Et Rhodii populus anteq̃ contra insurgeretur. ❡Fiunt etiam nus.
propter incremẽtum excessiuum mutationes rerumpublicarũ. vt enim corpus ex partibus Rhodij.
suis constat/& oportet eas simul pro modo quãq; suo crescere/vt cõmensurationis mane- 7
at harmonia/ac nisi hoc fiat corrũpitur (ceu quando pes quattuor cubitorũ sit/ceterum ve- Incremẽtũ ꝑ-
ro corpus duorum palmorũ longitudinẽ habeat: interdũ etiam in alterius animalis figurã ter ꝑportionẽ.

Tarentini.
Iapyges.
Medi.
Grecia.
Argiui.
Hebdoma
Cleomenes.
Athene.
Lacedemonij
Verecūdia.
Herea.
Negligentia.
Horeum.
Heracleodorus.
Paruitas
Ambraciote.
Dissimilitudo.
Sybaris.
Trezenij.
Achei.
Thurij
Sybarite.
Bysantij.
Antissei.
Chios.
Zanclei.
Samij.
Apolloniate.
Euxinus pontus.
Syracusani.
Scda causa.
Amphipolite.
Tertia.
Chalcidēses
Clazomenij.
Chytrus.
Colophonij.
Notij.
Quarta.
Athene.
Pyreum.

transire queat/si non solum quātitate/verūetiam qualitate immoderatū fieret incremen-
tum) ita & ciuitas ex partibus constat: quarū interdum aliqua latenter succrescit/ceu ege-
norū hominū multitudo in popularibus gubernatiōibus & rebuspublicis. contingit vero
quandoq; id per fortunam: velut apud Tarentū/cum superati prelio ab Iapigensibus nobi-
litatis magnam partē amisissent (fuit autem id preliū paulo post id tempus: quo Medi Gre-
ciam inuaserūt) ad popularē statum ex republica est facta mutatio. & argiui post cedem suo-
rum in hebdomada a Cleomene spartiata factam: coacti sunt inquilinos quosdam ad rem-
publicā recipere. Et athenis/cum terra male pugnaret aduersus Lacedemonios: nobilitas at
tenuata est/cum ex descripto se submittere ad bellum cogeret. contingit autem hoc in po
8 pularibus gubernatiōibus: rarius tamen. Pluribus enim diuitibus existētibus vel diuitiis in
pluribus auctis: mutatio fit in paucorū potentiā atq; potentatū. ¶ Mutātur etiam respubli-
ce absq; seditione: propter verecūdiam. vt in Herea. cum enim per electionē sumere magi-
9 stratus solerent: postea sortiti sunt/ex eo q electiones eorum in homines turpes/pudendosq;
q; cadebant. ¶ Est propter negligentiā: quando sinunt ad summas potestates eos assumi/
qui nō sunt amici status eorum. per quem quidē modum: apud Horeum euersa est paucorū
gubernatio per Heracleodorū/qui magistratū nactus gubernationē ciuitatis ex paucorum
10 potentia ad popularē statum traduxit. ¶ Insuper propter pusillum. dico autē pusillum quā-
do latet paulatim succrescens reipublice mutatio/que ad magnitudinē latenter euadit: si ne
gligatur id quod pusillum. quemadmodū apud Ambraciotas a paruo censu prius erant ma-
11 gistratus. Tandem vero a nullo fuerunt/quasi nichil aut prope foret inter parum & nichil.
¶ Seditiones etiam cōcitant aduene: donec in eadem simul conspiratione deuentum sit.
vt enī non ex quauis multitudine constituit ciuitas: ita etiam neq; in quouis tēpore. Qua
propter quicunq; iam inqlinos susceperunt aduenas: omnes fere seditionibus iactati sunt.
ceu Sybarim: vna cum Trezeniis/incoluerūt Achei. postea maiorem in numerū crescētes:
Achei/Trezenios pepulerunt. vnde ortum odium est Sybaritis/et in Thuriis idem fecerūt
Sybarite contra illos qui eos receperant. nam plus habere volentes: quasi de suis agris pul-
si sunt. Et apud Bysantium aduene in oppressionē ciuium cōiurati: cognita re prelio et ar-
mis expulsi sunt. Et Antissei: exules ex chio susceptos/tandem armis deiicere coacti sunt.
Zanclei vero qui Samios receperūt: mox ab eis sunt propria ciuitate deiecti. Apolloniate
qui sunt in Euxino ponto: aduenis receptis/seditione agitati suut. Et Syracusani post tyrā
nos expulsos: cum hospites & cōductos milites fecissent ciues/in seditionem & prelium in
ciderunt. Et Amphipolite: receptis Chalcidentium colonis/pulsi tandem ac illis sunt fere
omnes. Seditionē autem concitant in paucorum quidem potētia multitudo indigne ferēs
quemadmodū dictum est prius) q cum ipsi sunt pares non eque honorātur. In populari ve-
ro statu nobilitas. q pars fiat ceteris/cum ipsi sint prestantiores. ¶ Incidunt autē quādoq;
in seditionē ciuitates propter situm: quādo talis est locus/vt nō ad vnam eandēq; guberna-
tionē sit aptus. vt Clazomeniis accidit/qui in Chytro habitant: contra eos qui habitant in in-
sula. Et Colophoniis erga notios. Athenis quoq; non eodem modo: sed multomagis popu
lares sunt qui in Pyreo habitant q̄ qui in vrbe. vt enim in preliis trāsitus fossarum etiam si
admodū parue sint/interrumpit ordines militum: ita in ciuitate dissimilitudo omnis vide
tur dissentionem facere. ¶ Maxime forsan dissident virtus & vicium/deinde paupertas &
diuitie/et alia magis q̄ alia: quarum rerum vna est illa de qua diximus.

¶ TERTII CAP. COMMENTARIVS.



Eclarat quo pacto hec vndecim: lucrum. honor. iniuria. metus. excessus. contem-
ptus. incrementū preter proportionē. verecundia/negligentia paruitas/et dissimili- 14
tudo: cause sint seditionum/turbationūq; rerumpublicarū. et dissimilitudinē qua-
druplicem assignat. vnam inter incolas et peregrinos. solent enim dissimiles esse: &
habere dissimiles viuēdi modos. Secūda est populi & insigniū. quia populus vult
esse similis diuitibus & nobilibus: cum ipsis sit dissimilis. & contra opulenti volunt
esse in omnibus egenis dissimiles. cum illis in aliquo sint similes. Tertia. ratione situs loci: cuius pars
vna apta est dissimili gubernationi. ¶ Quarta est dissimilitudo virtute & vicio. et illa est maxima: &
littera aliena luce non eget.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

14 Orum autem cõtumelia & lucrũ/quã habeant vim.propter hec duodecim:lucrũ.honorẽ
h iniuriã.metũ.excessum.cõtemptũ.incrementũ preter proportionẽ.verecũdiam.negligen
tiam. ob id quod latenter & paululũ inserpit. dissimilitudinẽ.et insuper causam extrinse
cam:motus/& rerũpublicarũ mutatiões fieri. Aristoteles ex suis amplissima affert testimonia/ verum Aristoteles.
et ex nostris historijs facile esset consimilia cognoscere. quód quia longũ esset hic narrare/& intelligẽ
tie nichil p̄iudicat omissum:iccirco alterius solertie relinquimus ex historijs nostris colligendum.

¶De medelis & documentis circa seditiones.Cap. IIII.

15 Riuntur autem seditiões non p̱ paruis rebus: sed ex paruis ad magna perueniũt.
o maxime vero etiam parue corroboranť quãdo in principalibus fiunt. vt contin
git Syracusanis antiquitus.mutatus est enim ciuitatis status propter duos adole Syracusani.
scentes: qui in magistratu constituti/simultatẽ inter se habuerunt ex amatoria causa. alte
ro enim absente alter(cũ sodalis eius esset)puerũ quem amabat sibi cõciliauit. at ille reuer
sus/cum id grauiter ferret: vxorem illius habere studuit ex hoc:omnes qui versabanť in re
publica diuerso fauore diuiserunt. Quamobrẽ ab istis principatibus cauendũ est diligenter Documentũ.
ac dissoluende statim sunt eorũ discordie/qui multũ in republica possunt. in principatu em̃
peccatur.principatus autẽ dicitur dimidiũ esse totius.itaq̃ paruũ in principatu erratum:cor
respõdens est ad alias partes.om̃ino autẽ excellentiũ viro℞ discordie: totam post se trahũt
ciuitatem.vt cõtigit apud Hestiæam post popularẽ statum. duobus enim fratribus de diui Hestiaea.
sione patrimonii cõtendẽtibus: vnus eorum qui erat pauperior/quasi non exhibente alte
ro fratre bona omnia/neq̃ thesaurũ quem pater inuenerat proferente/querebať: ac popu
lum in suos fauores ptraxerat.alter vero qui diuitiis pollebat:locupletes sibi acciuerat. Et
in delphis ex affinitatis causa cõtẽtione exorta:principiũ fuit seditionũ omniũ que postea Delphi.
fuerunt in ea ciuitate secute. hic enim cũ sibi triste augurium incidisset: vt venit ad spon
sam/suscipere illam noluit. illi vero quasi spreti atq̃ cõtempti/sacrorũ quidã(eo sacrificã
te)iniecerũt:atq̃ vt sacrilegũ accusantes/capite damnari fecerũt. ¶Mitylene quoq̃ sedi Mitylene.
tio ex hereditate coorta:magnorum malorũ fuit origo. inde quoq̃ bellũ Atheniẽsibus cõ Athenienses.
tra Mityleneos susceptũ:in quo vrbs eorum a Pachete duce capta fuit. Timophane enim Mitylenei.
quodã opulento homine/vita functo/cum due filie supstites fuissent:Doxandrus quidã da Paches.
t illas filiis in matrimoniũ cõcupiuit.quod cũ assequi non potuisset/alios sibi prelatos do Timophanes.
lens:res nouas moliri aggressus. Atheniẽsibus quibus erat publice hospes/bellum suscipe Doxandrus.
re persuasit. ¶Et apud Phocenses seditio exorta est ex hereditate inter Mnaseam Mneso Athenienses
nis patrẽ & Euthicratẽ Onomarchi.hec seditio Phocensibus initiũ fuit eius belli/ quod sa Phocenses.
crum appellauerũt. ¶Mutatus est etiam Epidamni ciuitatis status ex nuptiis.desponderat Mnasea.
enim quis filiã.cum vero pater desponsate magistratũ gerens/illi damnu irrogasset: quasi Mneson.
16 despectus/om̃es qui presenti ciuitatis statu infensi erant/per factionẽ ad se recepit. ¶Fiũt Euthycrates.
etiam mutatiões & in pauco℞ potentia & in populari statu & in ea que appellať respublica: Onomarchus
ex eo q̃ aliquod collegiũ vel aliqua pars ciuitatis famã sit vel augmentũ maiorem in modũ Epidamnũ.
consecuta. Vt apud Atheniẽses/Ariopagi consiliũ per tempora belli Persarũ famam conse Incrementũ.
cutu: seueriorẽ reipublice gubernãdi formã videť fecisse. ¶Et rursus Naualis turba/q̃ cau Ariopagus q
sa victorie Salaminẽsi bello fuisse videbatur/& ob eam victoriã principatũ maris acquisis & martius vi
se ciuitati:popularẽ statum validiorẽ effecit. ¶Et apud Argiuos:nobilitas q̃ in prelio con cus.
tra Lacedemonios/apud Nantinã vrbem cõmisso/magnam famã consecuta erat:popula Perse siue me
rem statum delere tentauit. ¶Et apud Syracusanos multitudo vrbana/q̃ causa victorie bel di.
li aduersus Athenienses videbatur fuisse: rempublicã mutauit ad popularẽ statum. ¶Et a Salamin.
pud Chalchidenses/q̃ simul cum nobilitate ad opprimendũ Phoxum tyrãnum plebs insur Argiui.
rexisset:statim reipublice gubernationem suscepit. ¶Et apud Ambraciam eodem modo/ Lacedemonij
populus cum aggressoribus Periandro tyranno expulso:in seipsum gubernationẽ conuer Mantinia.
tit. Et omnino hoc latere non oportet:q̃ qui potentie causa fuerunt/siue priuati/siue col Syracusani.
legia publica/siue tribus/siue pars aliqua ciuitatis/siue quecunq̃ multitudo/ seditionem Athenienses
cõmouent.aut enim qui honori eorum inuident/seditionem faciunt: aut ipsi propter pre Chalchidẽses
ualentiã/par habere cum ceteris non acquiescunt. ¶Mouetur quoq̃ respublica/quando Phoxus.
partes ille ciuitatis que contrarie videntur esse/parificãtur adinuicem(ceu diuites & plebs) Ambracia.
Periander.

mediū autem aut parū aut nichil omnino sit. si enim queuis pars ita robusta fiat/ vt ad id quod predominabaẗ proxime accedat:post hac minime vult discrimina subire. quapropter et qui virtute p̄cellunt:nullam(vt ita dixerim)faciunt seditionē.pauci enim sunt:alii vero permulti. vniuersaliter ergo in cunctis rebuspublicis: initia causeq; mutationū ac seditio-

Vis. Dolus.

nū/in hunc modū fiunt.℄ Mutatur autem quādoq; respublica per vim:quandoq; per dolū.
Per vim autem:statim ab initio aut postea cōpellendo.verū enimuero fraus duplex est. nō- 18
nunq̄ enim decepti ab initio/sua demum sponte recipiunt alium gubernādi modum:dein de postea violente cōseruant vt accidit cum quadringenti illi/Atheniensiū rempublicā su sceperūt/affirmantes q̄ Persarū rex/pecunias ad bellum contra Lacedemonios subministraret:ac in eo mentiti nichilominus postea vi retinere gubernationē conati sunt.Interdū autem ab initio p̄suadentes:ac postea rursum p̄suasis sponte ac volentibus retinent gubernationē.Simpliciter ergo circa respublicas:ex iis que dicta sunt/cōtingit mutatiōes fieri.

Athenienses. 400
Persaꝝ rex codex grecus solū habet rex.
Lacedemonij

℄QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

1 DOcumenta quattuor pro cōseruatione rerūpublicarū.Primum:Statim.discordias in- 15
ter eos qui in magistratu sunt esse sedandas. alioqui ex paruis rebus orte discordie: ad magnas & magnarū rerum seditiones exurgunt.quod sex exemplis comprobat. duorū adolescētum Syracusis.duorū fratrum de diuisione patrimonij cōtendentiū apud Hestieam.p̄pter spretā spōsam Delphis.Mytilene ob Timophanis filias Doxandri filijs in matrimonio negatas.Phocide ob cōtentionē hereditatis inter Mnaseam & Euthycratē.Epidamni vero ob offensionē susceptam a Patre nurus.Verum hec in supiores causas reuocanẗ.in primo enim iniuria.in secūdo & quinto lucrū.in tertio/quarto/sexto/cōtemptus.
2 sed hec vt intelliganẗ & vniuersus littere cōtextus facillimū est. ℄Secundū:quando mēbrū aut pars 16
aliqua ciuitatis:ex claro aliquo facinore/famā cōsequitur aut augmentū & omnino qui potētie causa fuerint/siue priuati/siue collegia aliqua publica/siue tribus siue pars aliqua ciuitatis siue quecūq; multitudo iminere tunc ciuitati seditionis periculū/seu paucoꝝ potētia/seu popularis gubernatio/ seu ea que vocaẗ respublica fuerit.Nam aut illi qui honori eorum inuident seditionē faciunt. aut ipsi p̄pter preualentiā:par habere cum ceteris non acquiescūt.sex declarat exēplis:de Ariopagi consilio.de bello salaminēsi de bello argiuoꝝ apud Mantiniam.de Syracusano aduersus Athenieses. de oppresso Phoxo tyranno Chalcide:auxilio populi.de eiecto Periandro tyranno ab vrbe ambracia:adiutore si-
3 mili modo populo.causa omniū horum excessus.℄ Tertium.Item si sit popularis gubernatio & diui- 17
tū,atq; insigniū potentia tantū crescat/et equetur populo:aut si paucoꝝ potentia gubernatio sit/increscat autē populus/vt opulentis & nobilibus equetur. sic vt nichil aut perparū interstitij sit atq; discriminis:seditionis p̄iculum iminet.nam partiū quecunq; proxime accedit ad eam que dominaẗ:quod reliquū est minime vult pericula subire/sed seditiones molitur.quare ab ijs qui virtute precellūt:nulla(quod dictu sit dignum) seditio timēda est. Nam p̄pauci sunt:alij autem p̄q̄multi.& he cause/non modo paucoꝝ potentie & popularis gubernatiōis:sed vniuersaliter cause sunt seditionū/& mutatio-
num omniū rerumpublicarū.℄Quartum Respublicas mutari interdum vi/interdū fraude atq; do- 18
4 lo et id bifariam:aut retenta gubernatiōe violente ac nolentibus ciuibus/aut ea retenta/ipsis quidem volentibus.et vis & dolus:ad iniuriam pertinent.

℄ANNOTATIONES AD CAP.QVARTVM.

IN principatu enim peccatur. principatus autē diciẗ:dimidium esse totius. Id & ita dici so- 15
1 let:in principio peccatur.principiū autem diciẗ dimidiū esse totius. et reuera idē est: sed cū pro principio ponitur principatus res est ad latinoꝝ itelligentiā pro re subiecta euestigio accōmodatior.at vero cū nomie principij vtimur:res est cōueniētior adagio. tametsi latini principia principatus appellent atq; magistratus/consuetudinē grecoꝝ sequentes.greci enim pro eo quod latini nunc principiū/nunc principatū nūc magistratū dicunt:semper idem habent vocabulum την αρχην. quo et hic Aristoteles vtitur. inquit enim.εν αρχη γαρ γινεται το αμαρτημα. η δε αρχη λεγεται ημισυ ειναι παντος.quare sermo apud grecos aptior est ad materiam subiectā/& ad alludendū p̄uerbio.

℄De mutationibus & modis mutationū popularis gubernationis.Cap. V.

Popularis gubernatio i paucoꝝ potentiā.

SEd oportet in vnaquaq; spē rerūpublicarū hoc idē cōsiderare. Popularis ergo sta- 19
tus maxime recipit mutationē p̄pter eoꝝ hoīm p̄fidiā qui sūt ductores in populo. hi enī p̄rim egregios quosq; opulētosq; priuati calūniādo cōspicere eos simul cō-

pellunt (cogit enim in vnũ cõis metus etiã eos qui prius erãt inimicissimi) partim quidem
publice multitudini suggillando. & hoc fere vbiq; in hunc modũ fieri videbimus. ℭ Nam Cous.
& apud Coum: popularis status interiit/ob prauitatẽ eorum qui populũ ducebãt. nobilitas Rhodus.
enim cõspiratione facta regimẽ ciuitatis arripuit. ℭ Et apud Rhodũ. statutas eñi stipendio
rũ pecunias/que cõductis militibus soluerenť: potentes quidã in populo pro se retinebant.
erat:q; id impedimẽto quominus ea redderenť: que triremiũ debebanť pfectis. prefecti autẽ
classis/cum pecunias non haberẽt/ac nichilominus nauigare ex lege cogerenť: veriti pe
nam iudicii/cõspirationẽ inierũt ad popularẽ statum euertendũ. ℭ Et apud Heracliã quoq;
populus oppressus est illico post coloniarũ emissionem: ob eos qui populi erãt ductores. nã
illi/potentes in populo: illatis iniuriis nobilitatẽ expulerunt. illi vero postea cõspirantes/&
in vnũ cõuenientes/in vrbem reuersi: populũ oppresserunt. ℭ Nec multo dissimiliter apud Megarenses.
Megarẽses: popularis status interiit. Ductores eñi populi quo pecunias per bonorũ publica
tioñe haberent multos e nobilitate pepulerẽt/ vt tandẽ facta sit pmagna exulũ multitudo.
exules ergo in vnum cõuenientes/plio superarũt: oppressoq; populo paucorũ potentiã cõ
stituerũt. ℭ Contigit hoc idẽ apud Cumas/in populari statu: quẽ destruxit Thrasymachus. Cume.
20 et apud alios fere/quis inspiciat mutationes eodẽ modo cõtigisse. ℭ Interdũ enim vt gra Thrasimachus
tificenť iniuriãtes/nobilitatẽ cõspirare faciũt: vel patrimonia eque diuidẽtes/vel redditus
muneribus publicis subiiciẽtes. interdũ vero calũniantes: vt bona opulentorũ publicari fa Popularis gubernatio in tyrannidem.
21 ciant. ℭ Vetustis quidem tẽporibus/quãdo idem erat ductor populi ac belli dux: populares
respublice in tyrannidẽ mutabãtur. & pfecto antiquorũ tyrannorũ: plurimi ex popularibus
hominibus facti sunt. Causa vero cur tunc fierent/non autẽ nunc/illa est: q tunc qui popu
lum maxime ducebant/erant ex iis qui bello gerendo preficiebanť. nõdum enim dicendi Rhetorica.
peritiã habebant. nunc autem Rhetorica arte supueniẽte: qui dicendi facultatẽ habent/po
pulos ducunt quidẽ. sed quia imperiti sunt rerum bellicarũ: tyrannidẽ inuadere nõ audent/
nisi sicubi parum aliquid tale accidat. ℭ Tyrannides certe frequẽtius fiebant prius q̃ nunc:
& propter magnas potestates quibusdã cõmissas. ceu Mileti ex pretura. multarũ enim ac Miletus.
magnarũ rerum potestatẽ habebat pretor. ℭ Ac etiam ob id quia tunc vrbes non erant ma
gne/sed rure homines habitabãt/sese negociis operum exercentes. qui autem presidebãt Athene.
in populo: cum viri militares essent/tyrannidem inuadebãt. idq; agebant om̃es prestita si Pisistratus.
bi fide a populo: que quidẽ pueniebat ex inimicitia aduersus opulẽtos. vt Athenis: Pisistra Pediaci.
tus per factionẽ contra Peciacos susceptam: & Megaris: Theagenes armentis opulentorũ Megare.
occisis/qui iuxta flumẽ repererat pascẽtia. Et Dionysius accusans Daphneũ & diuites: me Theagenes
ruit tyrãnidem Syracusis obtinere/propter inimicitiã nobilitatis sibi fide a populo presti Dionysius.
22 ta: quasi popularis esset. ℭ Mutãtur etiam respublice: ex consueta gubernatione in vltimã Daphneus.
speciem popularitatis. cum enim per electionẽ sunt magistratus/non tamen a censu/eligit Syracuse.
autẽ populus qui populũ ducunt magistatu ambientes/eo rem deducũt vt sit populus domi
nus etiam legum. ℭ Remediũ uatem ne hoc omnino fiat vel vt minus fiat illud est: vt tri Popu. in deterrimã popularẽ
23 bus quidem magistratũ eligant: non populus vniuersus. Populariũ igitur statuũ mutatiões
fere omnes: per has fiunt causas.

ℭ QVINTVI. CAP. COMMENTARIVS.

19 Actenus gñaliter de mutatiõibus rerũpublicarũ: hic aũt spãliter aggrediť. & primũ de po
h pulari gubernatiõe in paucorũ potentiã. hec enim vel maxime hoc pacto mutari solet: ob
perfidiã eorũ qui applausu ac fauore populũ ducunt. qui diuitibus & quibusq; opulẽtias
habẽtibus nũc priuate falsa crimina impingũt/nunc in multitudine taxant. iccirco cogunt eos qui fa
cultates habent: in vnũ cõspirare. cogit enim in vnũ cõmunis timor: etiã eos qui prius erant infestissi
mi. qd quinq; monstrat exẽplis de populari statu mutato: Coi. Rhodi. Heraclie. Megaris. & Cumis. &
20 hec iniuriã & metum respiciũt. ℭ Duos ponit modos: quibus hmõi factionũ actores/ductores (inq̃)
assentatoresq; populi/iniuria & opulẽtos & nobiles viros lacessantes: eos conspirare cogunt. Primus
est: cum vt multitudini gratificenť: diuitũ/nobiliũq; bona equaliter distribui faciũt/ aut eorũ redditus/
oneribus publicis subijciunt. Secundus. cum illis crimina impingũt: vt eorum bona publicenť/ appli
21 centurq; fisco. ℭ De eiusdẽ mutatiõe in tyrãnidem & quid cause est/cur olim populares gubernatio
nes in tyrannidẽ/nunc vero in paucorũ gubernationẽ mutentur. Primo id cause est: q olim idẽ erat
ductor populi/ & qui dux bello gerendo preficiebať, hac enim gratia populũ ducebat/non eloquen

tia arteq; dicendi.quia nondū reperta erat.& iccirco qui huiusmodi erant:audebant tyrannidē inua
dere.nunc autē populos ducūt/qui dicendi facultatē habent:sed quia rerum bellicarū sunt imperiti/
tyrannidē inuadere nō audent.nisi sicubi aliquid parum tale accidat. ¶ Secunda causa est.propter
magnas potestates que illis cōmittebanť. ¶ Tertia.quia vrbes olim parue erant:sed ruri habitabant
homines/operi sese exercentes/ductores autē p̄sidebant populo/& viri militares erāt/ prestabaturq;
illis a populo fides ob inimicitiā quam videbant eos contra opulentos exercere.quare audebant at-
tētare tyrānidē.vt Pisistratus Athenis/Theagenes Megaris/& Dionisius Syracusis fecere. ¶ De mu 22
tatione priorū specierū popularis gubernationis:in vltimā deterrimāq; populariū speciem. Id enim
euenit:cum populus magistratus eligit/et populi ductores magistratū ambientes/eo rem ducūt quo
magistratū retineant/vt populus etiā sit dominus legū. ¶ Medela remediūq;:ne id omnino fiat aut 23
minus fiat/est.vt magistratus gradatim aliqua tribus eligat/non autē populus vniuersus.Hec de mu
tationibus popularis gubernationis.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

Nterdum enim vt gratificenť:iniuriātes nobilitatē conspirare faciunt. vt in sequenti nūero 20
1 de Theagene Megarensi/& Dionysio Syracusano.& non est opus in hoc quinto: alia ad-
ducere exempla.quia omnes historie similibus scatent abunde: prompteq; se exhibent le-
gere volentibus. ¶ Nunc autem arte rhetorica.Rhetorica:ars dicendi.& rhetor:dicendi peritus.ars 21
profecto bona:abusus plurimus.nam ferme/qui sibi hanc artem arrogarūt/& indies arrogant:si in lit
terarijs ludis(vera quidem spreta philosophia)se solos scire glorianť/ceteros aspernati/sibi solis com
placent/inuectiuis & cōuicijs in alios dicendo student/quecūq; aut laudāt aut vitupant/ id extreme
& nichil mediocriter faciunt. si in ciuilibus oia sibi licere putant/non veritatē ipsam non iusticiā colē
tes/vbiq; apud tyrannos:paucorꝝ potentatus/& populares fiducia lingue magistratus ambiūt.in qui
bus q̄d dici solet:eloquentia sine sapientia ensis acutus in manibus furiosi. vtrosq; detestatur Plato:
tanq̄ ciuitatibus maxime noxios.at qui probitati & philosophie/artem dicendi cōiunxere/qualis Pe
ricles & Isocrates:illos effert Plato/& sunt reuera extollendi atq; probandi.

¶ De mutatiōibus & modis mutationū/gubernationis paucorū potentie. Cap. VI.

1 Paucorū potētie mutationū modi/ primo in popularem.
Naxus 2
Lygdamis.
Massalienses.
Ister.

PAucorū autem gubernationes mutanť/per duos maxime modos manife- 24
stissimos.vnus si iniuriis afficiant multitudinē. quilibet enim preses suffi
cit:maxime si ex numero paucorū dux aliquis existat. quēadmodū in Na
xo Lygdamis:qui tyrannidē postea Naxiorū inuasit. ¶ Habet autem etiā 25
ex aliis:initium seditionis/ differētias. quādoq; enim ab ipsis opulentis/
qui non honoranť magistratibus/fit dissolutio/cum p̄pauci sint illi qui ho-
norificas dignitates vsurpant. vt in Massaliēsibus & Istro/& apud Hera-
cliam:& in aliis ciuitatibus accidit.homines enim ab honoribus exclusi: res nouas moliri
nō cessant/quoad ipsi quoq; honorenť/seniores quidē fratrū/postea vero rursus qui mino-
res sunt natu.quibusdā enim in locis/nō simul ad rēpublicā gubernandā recipiunť filius &
pater:alicubi vero neq; frater senior ac iunior/& vbi paucorū potētia ciuilior euadebat. In

Heraclia.
Gnidus.

Istro ad popularē statum seditione inter nobilitatē recidit.apud Heracliā vero:ex paucioři-
bus ad sexcētos.Mutata est etiam Gnidi paucorū potentia/ seditione.inter nobilitatem ip-
sam coorta:ex eo q̄ pars eorum ab honoribus excludebať.siquidē(quēadmodū dictum est)
pater filiū impediebat/& frater fratrē:nec nisi qui senior foret honorabať. insurgēs enī po
pulus per illorū discordiā ac ducē nactus:ex nobilibus/irruens/victoriā obtinuit.imbecillis

Erythrēses.

enī aduersa pars erat. Et apud Erithrēses in paucorū gubernatiōe regiarū vrbiū/ antiquis
t̄pibus/licet diligēter curarēt qui in gubernatiōe earū versabanť:tn̄ quia p̄pauci erant/non
tulit populus/sed rempublicā mutauit. ¶ Mutanť etiā paucorꝝ gubernatiōes ex se: propter 26
factione eorū qui populū ducunt.hec autem populi ductio:duplex.vna quidē ex iis qui sunt
circa ipsos paucos.efficitur enim quis populi ductor/q̄uis admodū paruo numero ipsi pau-

Athene.
Charicles.
Phrynichus.
Larissa.

ci existant. vt Athenis in triginta illis qui circa Chariclem erāt:poterant autē quod trigin-
ta populi ductores.& in quadringētis qui erant circa phrynichū:simili modo.altera aūt:quā-
do illi qui in populari administratiōe versanť/populū ducūt. vt apud Larissam nobilitas ple
bem colebat/ ex eo quia per plebē fiebat electio magistratus illius qui custodia reipublice
vocabatur.& in quibuscūq; gubernationibus paucorū/non illi ipsi eligunt ad magistratus
qui etiam gerere illos possunt:sed ex cēsibus magnis tribuūtur/vel amicitiis/electio tamē

Abydus.

illorū per ciues fit/vel per plebem. vt Abydi. & vbi iudicia non sunt/ex iis qui rempublicā

gubernāt.colēdo enī plebem:quò eorum suffragia promereātur/rempublicā mutant:vt apud
eā Heracliā cōtigit:que est in pōto.& hoc idem accidit:quādo in gubernatione paucorū qui
dam existentes/ad pauciores etiā rempublicam trahunt. pares enim ceteris esse querentes:
27 cōpelluntur populum in sui auxilium adhibere.❡Fiunt etiā in gubernatione paucoꝝ muta
tiones:quādo prodigaliter viuentes/qui gubernāt per luxuriam patrimonia consumpserint
optant enim res nouas huiusmodi homines: tyrannidemq; vel sibiipsis/vel alteri affectāt.
quemadmodū Hipparinus Dionysio Syracusis. & Amphipoli Cleotinus Chalcidensiū co
lonos superinduxit:& cum venissent/seditionem cum illis contra diuites fecit.& in Egina
qui negocium illud Charete Atheniensi confecerat:res nouas molitus est ꝓpter huiusmo
di causam.Hi homines ergo quādoq; res nouas cōmouent:quādoq; rempublicā furtis expil
lant.itaq; seditiones concitantur aut ab ijs ſis:aut ab illis qui eoꝝ furta non tolerāt.vt Apollo
nie que in ponto est accidit.Concors vero si sit paucorum gubernatio: ex seipsa non facile
28 interit.Huius signum est apud Pharsalum vrbem reipublice status.pauci siquidē in ea ciui
tate gubernatores/multorum sunt domini: ꝙ ipsi inter se recte ac debito modo se gerunt.
❡Euertunt etiam:quando in paucorū gubernatione aliā paucorum gubernationē efficiūt.
id est qn̄ eorum ad quos pertinet gubernatio reipublice, qui pauci sunt: & electio quedā fit/
neq; habilitas est om̄ibus ad maximos magistratus dignitatesq; posse assumi.Quod apud
Elidem vrbem quādoq; contigit.nā cum paucorum esset gubernatio reipublice:admodum
pauci eorum ad senatorium ordinem(ꝓpterea ꝙ erat ꝑpetua dignitas)peruenire poterant/
29 atq; ob id ꝙ potentium erat electio/ac persimilis Lacedemoniorum senatui.❡Fit aūt mu
tationis gubernatio paucorū & in bello & in pace.in bello quidem:ꝙ populo diffidētes/cō
ducto milite vti compelluntur.& qui illis preficitur:sepe tyrānus euadit.vt Corinti Timopha
nes:ꝙ si plures preficiuntur:ipsi sibi potentatū parant.interdū vero ista formidātes qui regūt:
30 populum recipiunt ad cōmunionem reipublice/quoniā necessitas cogit populo vti.❡In pa
ce autem ꝓpter diffidentiam/quā inter se habent:conductis militibus costodiam tradunt/
ꝑficiuntq; illis aliquem virum/qui ad neutram partem magis inclinare videatur.at, iste:sepe
dominus sit partis vtriusq;.Quod accidit in Larissa a Leuadensibus rempublicam tenen
tibus circa Samum.& apud Abydum:tempore sodalitatum:quarū vna erat Iphiadi.❡Oriū
31 tur etiam seditiones per exclusionem aliorum ab aliis factā eorum ipsorum qui sunt in pau
corum gubernatione:qn̄ de nuptiis/vel de iudiciis concertant/quemadmodū de nuptiis su
pra diximus.& in Eretria paucorum gubernatio equitum sublata est per Diagoram:qui affe
ctus iniuriis fuerat ex nuptiis.Ex iudicio autem apud Heracliam seditio existit/& Thebis
adulterii iudicium.At qui vtroq; in loco nō iniusta fuerat accusatio:sed per factionem expe
tita pena.apud Heracliam quidē aduersus Eutionem.Thebis vero aduersus Archium:quos
32 cōtenderunt inimici foro ligari/ac ceruices eorum annulo ferreo includi.❡Sepe etiā pau
corum gubernationes dissolute fuerunt ob nimiam dominationem/nō ꝓbantibus quibus
dam ex ipsis/qui gubernabant/huiusmodi excessum:vt accidit iis qui apud Gnidū:& apud
33 Chium ꝑ paucorum potentiā gubernabant.❡Fiunt autem etiā casu mutationes illius que
respublica vocatur & gubernationum paucoꝝ.vbicūq; a censu sumuntur ad deliberandum
& iudicandum/& ad ceteros magistratus.sepe enim constitutus est primus census ad ꝑsens
tempus/vt participent in paucoꝝ quidem gubernatione pauci in republica vero medii:abū
dātia rerum aliqua superueniente/vel ꝑ pacem vel ꝑ aliam fortune prosperitatem: contin
git ipsas possessiones multo maioris precii fieri.quare omnes efficiuntur habiles: ad cunctos
reipublice gradus:dignitatesq; suscipiendas.idq; contingit interdum sensim & latenter:inter
dum celerius.paucorum igitur gubernationes mutantur:& seditionem recipiunt:propter hmōi
34 causas. ❡Omnino autem & popularis status & paucorum potentia: conuertuntur interdum
non in cōtrarias species:sed in eas que sunt proprii generis:ceu ex legitimis popularibus &
paucorum in ipsas dominantes:& ex istis rursus in illas.

❡SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

D E mutationibus paucorum potentie in popularem.huius autē rei:duo sunt frequentissimi
5 modi.Vnus.cum populus ab illis qui gubernacula subeunt:iniuria afficitur.sufficit eni tūc
quicunq; se populo presidem fecerit:& maxime si is fuerit aliquis ex rei militaris ducibus
paucorum potentie.quod Naxi fecit Lygdamis qui post modum Naxiorum tyrannidem

Heraclia.
Pontus.
4 Paucorū potentie in tyrannidem.
Hipparinus.
Dionysius.
Amphipolis.
Cleotinus.
Chalcidenses.
Egina.
Chares.
Apollonia.
Pharsalus.
5 Paucorum potentie in vltimam.
Elis
6 Lacedemonij.
Corinthus.
Timophanes.
7
Larissa.
Leuadēses
Samus
8 Abydus.
Iphiadus.
Eretria.
Diagoras.
Heraclia
Thebe.
Eution
Archius:
9
Gnidus
Chius.

inuasit. ¶ Secundus modus est quando opulentorum pauci honorantur magistratibus: & alij absq; 52
2 honoribus dimittunť. tunc seditionem concitant illi: qui magistratuum nō afficiunť honoribus/pauco
rumq; dissoluūt potētiam. ceu cōtigit apud Massiliam/Istrum/Heracliam/Gnidum/Erithream: & ple-
3 risq; alijs in locis. ¶ Est & alius modus & tertius. quādo aliqui e paucorum potentū numero: sunt po 26
puli ductores. per factionem enim eorum ac seditionē: paucorum potentia in popularē transit guber-
nationem. vt Athenis/Larice/Abydi/Heraclee/& ponti. factitum aliquando comperiť. Sunt enim du
plices populi ductores. hi scilicet qui dicti sunt/qui ex numero paucorum colunt plebem/ob suffragia
magistratuū/electiones/aut similia/alij autem sunt populi ductores/ex ijs qui in populari gubernatio
ne versanť. intelligentie cetera patent. ¶ Quartus modus de mutatione paucoꝝ in tyrannidem. quā 27
4 do qui paucoꝝ potentie rem aministrant: voluptarie/molliter/luxuriose/delicateq; ac prodige viuen
do patrimonia consumūt. huiusmodi enim homines/omnibus ꝓfligatis: noua moliunť/ aut tyrānidē
sibi/aut alijs. vt Hipparinus Dionysio Syracusis. Amphipoli Cleotinus sibiipsi/ auxilio colonorum
Chalcidensium. Egine vero Chareti Atheniēsi. & quandoq; seditio etiam oritur ab ijs: qui huiusmo-
di hominum furta non tolerant. quod in Apollonia que est in ponto: accidisse memorie ꝓditum est.
alioqui paucorum potētia concors: haud facile ex se interit. ¶ Quintus modus de mutatione priorū 28
5 specierum paucorum potētie: in vltimam atq; deterrimam. quando pauci sunt & electio quedam fit:
neq; omnes ad summos magistratus habiles sunt. quod contigit apud elidem. ¶ Sextus. cum tēpore 29
6 belli/populo diffidentes/conducto milite vti cōpelluntur: qui sepe tyrannidem inuadit. vt tymopha-
nes Corinthi. ¶ Septimus. cū tempore pacis: paucipotentes & populares sibi inuicem diffidunt/atq; 30
7 ideo conductis ad rerum custodiam militibus: virum aliquem illis preficiunt/qui ad neutram partem
inclinare videať: verum ille persepe vtriusq; partis dominatur/inuaditq; tyrannidem. quod accidit in
Larissa vrbe/atq; Abydo. ¶ Octauus est. propter cōuentionem aut frustrationem aliquorum eorum/ 31
8 qui in paucorum gubernatione versantur/cum contendunt de nuptijs/aut de iudicio. vt Erethrie per
Diagoram propter nuptias. Heraclie & Thebis ob iudicium. ¶ Nonus ob incrementum preter ꝓpor 32
9 tionem. vt in Gnido & Chio aliquando contigit ¶ Decimus. cum euentu aliquo paucorum potētia/ 33
10 & non solum sed & ea que respublica vocatur/mutanť. vbi a censu sumunť in popularem gubernatio
nem qui deliberant & iudicant/& ceteri magistratus. nam sepe vt res presens postulat constituiť: vt a
primo cēsu respublica participent/pauci videlicet in paucoꝝ gubernatione & mediocres i republica.
succedente vero reꝝ abūdantia/aut aliquo alio fortune successu: contingit singulorum ciuium posses-
siones augeri precio/& cunctos habiles fieri ad reipublice percipiendas dignitates: obesidaq; mune-
ra. & id aliquando sensim & latenter: aliquando vero celeriter admodum. & hec de paucorum guber
nationis mutationibus. ¶ Resumit quod dictum est numero 22 huius & 28 popularem gubernatio- 34
nem & paucorum potētiam non semper mutari in contrarias species/sed in eas que sunt eiusdem/co-
gnatiq; generis/vt legitimas in vltimas & que dominorum more gubernant. & nō solum id: verum &
vltimas deterrimasq; mutari in alias priores/potioresq; atq; legitimas.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

Vtantur etiam paucoꝝ gubernationes ex se. Quod sequebatur vsq; ad id loci: vt apud La
rissam: corruptum erat. iccirco ille in loco ad exemplar grecū littera est restituta. & passim 26
alubi (vt id oportuit) factitatum est.

¶ De mutationibus/& modis mutationum optimatum. Cap. VII.

Opti. mutationes modi.
Lacedemonij
Parthenice.
Tarentum.
Lysander.
Cinadon.
Agesilaus:
Spartiate,
Lacedemonij
Messenia.
Tyrteus.

In optimatibus autem seditiones fiūt: interdum/quidem ex eo quod pau
ci sunt honorum participes/quod in paucorū gubernatione diximus sedi 35
tionem mouere. ppterea q optimatum gubernatio: quodāmodo paucorū
est. in vtraq; enim pauci gubernant. non tamen propť idem pauci. cū vi-
deatur propterea optimatum gubernatio esse paucorum. maxime vero id
accidere necesse est: cum fuerit multitudo eorum qui prudentes existima-
ti fuerint: & quasi similes secundū virtutem. velut apud Lacedemonios ij
qui Parthenie nuncupabanť (ex similibus enim erant) quos dep̄hēdentes
res nouas moliri in coloniam Tarētum misere. ¶ Vel quando aliqui inhonoranť: cum sint
magni & nichilo inferiores virtute illis: qui honores capiunt (quemadmodum Lysander re 36
gibus) vel quando vir fortis & magni animi non sit particeps honorum: quemadmodum
Cinadon ille qui coniuratione facta per Agesilai tempora/Spartiatas opprimere tentauit.
¶ Preterea cum alii paupertate nimia p̄muntur: alii diuitiis abundant: quod maxime i bello
cōtingit. & accidit hoc Lacedemoniis in Messenensi bello. ostendit hoc Tyrteus poeta i illo 37

carmine:quod inscribitur Eunomia id est lex bona.exhausti enim quidem per id bellum ac
38 pauperes facti censebant agros equa portione ciuibus esse diuidendos.¶Insuper si quis ma
gnus & potēs:etiā maior fieri ac solus dominari velit.vt apud Lacedemonios videtur Pau- Lacedemonij
39 sanias ille fecisse:qui dux belli aduersus Medos fuit:& apud Carthaginēses Annon. ¶Dis- Pausanias.
soluuntur autem maxime & respublice & optimatū gubernationes ꝑpter transgressionem Carthaginēses
iusticie in seipsis factā.Huius autem origo est:non bene temperatā simul esse ac permixtā: Annon.
in republica quidem popularem gubernationem & paucorum/in optimatibus vero ista si-
mul atq; virtutem/maximeq; illa duo popularem dico atq; paucorum.hec enim & respubli
ce conanť miscere:& multe illarum que optimates vocanť. differunt enī optimates ab illis
que appellanť respublice in hoc & ob id sunt alie earꝫ/minus/alie magis durabiles.illas enī
que magis declināt ad paucorum potentiā:optimates appellāt.illas vero que ad multitudi-
nem.respublicas vocāt.Quapropter tutiores iste sunt/q̄ alie.Fortius enim est id quod plus Quarti,
est:ac magis acquiescunt equum habentes.qui vero diuitiis abundant:si respublica excellē 28
tiam eis tribuat/cōtumelia ceteros afficere pergunt/atq; plus habere volunt.Penitus enim
ad quācūq; speciem declinet gubernatio ciuitatis:in eam transmutatur/vtrisq; suum augē
tibus.velut respublica ad populum:optimates ad paucorum potentiā.vel in cōtraria:ceu op
timatum gubernatio in popularem.tanq̄ enim iniuriā patientes:in cōtrarium trahunt/qui
magis sunt inopes.respublica vero:in paucorum potentiā trāsmutatur. solum enim stabile
est secundum dignitatem equum:& habere que sua sunt.Contingit vero id quod modo di
ximus in Thuriis.ꝙ enim a maiore censu erant magistratus:in minorem facta est mutatio Thurij.
& in plures gubernatores/& quia agros totos possidebat nobilitas cōtra legem.nā guberna
tio eius ciuitatis magnis erat paucorum.itaq; plus habere poterāt.at populus bello exercita
tus/ac potentior effectus q̄ illorum custodes:eos nobiles compulit(quicūq; contra leges tene-
bāt)agros dimittere.Insuper quia omnes optimatum species ad paucorum potentiā decli-
nāt:nobilitas in illis plus habet.velut apud Lacedemonios/opes & diuitie in paucis sunt:ac Lacedemonij
magnā licentiam habet nobilitas faciēdi quodlibet/& cuiuscūq; voluerit curā habere. que Locri.
causa fuit:vt Locrorum ciuitas interiret/ꝑpter Dionysii affinitates. Quod nō cōtigisset Dionysius.
in populari statu:neq; in ea optimatum gubernatione/que optime mixta/temperataq; fuis-
40 set. ¶Maxime vero latent optimatum mutationes/eo ꝙ paulatim sese dissoluāt.quod qui-
dem dictum est prius vniuersaliter/de omnibus rebuspublicis:idq; inter causas mutationis
minuta paruitas appellatur.quando enim omittunt aliquid ex iis/que ad rempublicam per
tinent/ac deinde aliud paulo maius:facilius mouent/quousq; moueant totā reipublice for-
mā.Quod in Thuriorū accidit republica: cum enim legem haberent/per quā non nisi in- Thurij.
termisso quinquēnio/militum prefecturam gerere licebat/iuniores quidā rei militaris pe-
riti/& apud multitudinem pro custodibus probati cum ceteros qui in rebus gerendis ver-
sabātur spernerent ac facile se consecuturos arbitrarentur:legem illā tollere aggressi sunt/
primum lata altera lege:vt liceret perpetim eosdem prefectos esse.at cum populum viderēt
illos prōpte admittentem: ii magistratus qui preerant suffragiis: quiq; appellātur consulto-
res: cōmoti sunt prius ad resistendum:tamen postea destiterunt putātes hac vna lege q̄uis
soluta:ceteras nichilominus esse permāsuras.postea vero ꝓhibere volentes: ne alie moue-
renť:nichil perficere valuerunt. sed mutata est eorum respublica in potentatum eorum qui Externa causa
41 res nouas aggrediebātur. ¶Dissoluunt cuncte respublice interdum per seipsas: interdum p
externam cām quādo cōtraria gubernatio sit vel ꝓpe vel longe quidem: sed admodum po- Athenieses.
tens.quod quidem cōtigit Atheniensibus & Lacedemoniis. Athenienses enim vbiq; pau- Lacedemonij.
corum potentiam:Lacedemonii vbiq; popularem statum euerterunt. Vnde igitur rerum-
publicarum mutationes seditionesq; exoriantur:fere dictum est.

¶SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.



E mutatione optimatum/modi septem. Primus modus cū pauci gubernant & mul
35 ti alij sunt/ quorꝫ virtutis & prudentie habetur existimatio. tunc enim accidit sedi- 1
tiones fieri. vt accidit Lacedemone ex parthenijs. ¶Secundus.quando aliqui in-
36 honorantur:qui nichilo sunt virtute inferiores illis/qui honores suscipiunt.aut cum 2
vir aliquis fortis ac magnanimus:nō fit honorꝫ particeps. vt apud Lacedemonios
Lysander:nichilo regibus inferior. & Cinadon fortis ac magno animo vir:qui tem-

poribus Ageſilai ſeditionem mouit. ¶ Tertius.cum eorum qui p ſe ferunt virtutis opinionem:alij diui 37
3 tijs abũdant/alij paupertate premũtur.quod poſt bellum Meſſenẽſe accidit Lacedemonijs.exhauſti
enim quidam per id bellũ paupereſq; effecti:cenſebant agros equa portione ciuibus partiẽdos hicq;
orta ſeditio eſt:de qua reſcripſit Tyrteus poeta/ in eo carmine/quod ob huiuſmodi equã regionis di-
uiſionem eunomiam/bonãq; legem appellauit. ¶ Quartus ꝓpter incrementum preter debitam pro- 38
4 portionem.cũ quis magnus ac potens/etiã velit maior fieri ac ſolus dominari.vt Pauſanias apud La
cedemonios.& Annon apud Carthaginenſes. ¶ Quintus ꝓpter tranſgreſſionem iuſticie: que in op- 39
5 timate republica fit/cum hec tria libertas/ diuitie/virtus:ſiue populus diuites & ſtudioſi/ nõ ſint com-
mixta/contemperata atq; coequata:& maxime hec duo inopes & diuites: qui popularem & pauco-
rum gubernationem reſpiciunt.nã ſi declinant leges magis ad paucorũ potẽtiam/rempublicam opti
matem appellant.& cito hec optimatis ſpecies tranſit in illam gubernationem.quod cõtigit in Thu-
rijs.Lacedemonijs/& Locris.& ſi in trium paulo ſupra adductorum mixtione/ leges & inſtituta pau-
liſper inclinant ad popularem gubernationem:huiuſmodi non optimatẽ ſed rẽpublicam appellare ſo
lent/que tutior eſt & minus ſeditionibus ſubiacet q̃ vbi inclinat ad paucorum potentie latus: tandem
tamen mutatur in popularem gubernationẽ populo rẽ ſuam ſemper augente atq; ꝓcurante.vt pauci
6 potentes rẽ ſuam ſemper augent/cum ad optimatium ſtatus deuergit ac inflectitur. ¶ Sextus eſt.per 40
id quod eſt pauxillum & latẽter/paulatim irripere:cum primum omittunt aliquid paruum de iſs que
ad rem publicam attinent:deinde quippiam aliud paulo maius facilius mouent & id quidẽ quouſq;
moueant totam reipublice formam.quod accidit in Thurijs:vt i ſublata vna lege quod perparũ eſſe
7 videbatur/cetere conſequẽ ſublate ſunt. ¶ Septimus modus eſt.cũ ab externa cauſa interit.intereũt 41
enim reſpublice interdum per ſeipſas:& quaſi internis morbis laborantes.interdum vero ab externa
cauſa:quando oppoſita reſpublica admodũ potens:aut prope aut longe ſtudet aliorum viuendi mo
dum mutare.vt Athenienſes vbicunq; obtinuerunt.paucorum potentiam euerterunt. Lacedemonij
vero:popularem ſtatum.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

M Axime vero id accidet eneceſſe.Quod ſequebatur parum intelligibile.immutatum icir- 34
co eſt:ad grecam intelligentiam.

Medelarũ cõſeruationũq; ſ. regule.

¶ De conſeruatione rerumpublicarum:ꝓcepta viginti.Cap. VIII.



E conſeruatione autem earum & communiter & ſeorſum de vniuſcuiuſq; 42
1 conſequens eſt vt dicamus. Illud ergo ante omnia patet. q ſi ſciamus per
que corrumpunt̃ reſpublice/ſcimus etiam per que cõſeruant̃. contrariorum
2 enim:cõtrarij effectus.corruptioni autem: conſeruatio contraria eſt. ¶ In
illis igit̃ rebuſpublicis/que laudabilit̃ ꝑmixte ac temperate ſũt:illud eſt di- 43
De ſorita id dicit. ligẽter obſeruandũ/ne q̃ quid ex legibus inſtitutiſq; moueat̃/maximeq;
ab eo cauendum/quod paulatim repit. latet enim corruptio/quia nõ tota ſimul fit:decipi-
turq; mẽs ab illis vt ſophiſtica illa rõ:ſi vnũquodq; puſillum:& omnia.hoc autem eſt vt ſic:
& eſt vt non.totum enim & omnia non puſillum ſed compoſitum ex puſillis. vna igit̃ cu-
3 ſtodia:aduerſus hoc principium eſt opponenda. ¶ Deinde nõ conſiderare iis que conficta 44
fraudis alicuius gr̃a ꝓtendunt̃ ad populum.redarguunt̃ enim ex ipſis operibus.qualia vero
Quarti. 4 dicamus rerumpublicarum figmenta ſuperius eſt oſtenſum. ¶ Intueri licet quaſdam reſpubli 45
49 cas:durare nõ ſolum ex optimatibus:verumetiã ex paucorum potentiis:non quia p ſe ipſe
ſtabiles ſint ſed quia ii qui gubernãt:recte ſe gerunt tã erga eos qui ſunt extra rempublicã:
q̃ erga eos qui in reipublice gubernatione verſant̃. Erga eos quidem qui nõ participes ſũt
gubernationis:nõ afficiendo ipos iniuriis ac ꝓſtãtiores ipſorum ad participationẽ reipubli
ce recipiẽdo cupidoſq; honoris/nõ honoris priuatione: iniuria afficiẽdo:neq; multitudinẽ
ſuis cõmodis fraudãdo.erga illos veroq; qui ſocii i gubernãda republica ſunt hũane inuicẽ
ac populariter ſe gerendo equalitas enim illa que in populari ſtatu affectatur ea in ſimilibus
non ſolum eſt iuſta verum etiã vtilis. ¶ Quãobrem ſi plures ſint in gubernatione reipubli 46
5 ce conſtituti:eis ꝑmulta popularium inſtitutorum vtilia ſunt. ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus:
vt omnes qui ſimiles ſunt adipiſci valeãt. ſunt enim tanq̃ populus iam illi:qui inter ſe pa-
res ac ſimiles ſunt.itaq; in illis frequẽter exiſtunt velut duces quidã populi vt prius diximus
Deinde minus in potentatus incidunt paucorum gubernationes & optimates.non enĩ ſimi
liter facile eſt malignari in breui tempore magiſtratus & in longo. nã ob hoc in paucorum
gubernationibus & popularibus tyrãnidis fiunt.aut enim ii qui maximi ſunt in vtraq; tyrã

nidem inuadūt(hic ductores populi: ibi potētes)vel qui maximos gerunt magistratus/quā
47 do longo tempore durant. ¶ Conseruantur autem respublice: non solum eo quia ꝓcul sint 6
a corruptionum periculis/verum etiā interdum: quia propinque sunt. homines enim formi
dātes: vigilātius intendunt ad reipublice custodiam. quare oportet eos qui rempublicā saluā
esse volunt: formidines quasdā parare/quasi nocturnā quandam custodiā/vt caueant/neq;
48 dissoluant reipublice obseruationem. & quod longe abest: ꝓpinquum facere. ¶ Etiam no 7
bilium cōtentiones seditionesq; per leges quoq; oportet conari obseruare: & qui extra con
tentiones sunt eos preuenire. tanq̄ malum ab initio exoriens cognoscere non cuiusuis sit:
49 sed ciuilis viri. ¶ Ad mutationes vero que propt census fiunt/ex paucorum potentia atq; 8
ex republica quādo cōtingit hoc: manentibus eisdem censibus & pecuniarum copia facta:
vtile fuerit cōsiderare vniuersum totius ciuitatis censum/ac p̄sens tēpus ad preteritum cō
ferre. in quibusdā autē ciuitatibus census agit annuatim/in maioribus vero per triēnium
aut quinquennium. & si sit multiplicatus ac multo maior factus q̄ prius erat ille secundum
quē statuta fuerat reipublice gubernande habilitas: legis erit ꝓuidere/vt cēsus vel augeat
vel relaxet. siquidē excedat: augeat secundum multiplicationem. si vero deficiat: relaxetur
ac minor fiat cēsus taxatio. in paucorū eni gubernationibus & i rebuspublicis nisi hoc fiat:
hic paucoꝝ gubernatio/ibi potētia illa nimia insurget. illo aūt mō ex republica quidē po
50 pularis status: ex paucorum vero gubernatione respublica/aut populus. ¶ Cōmune autem 9
est & in populari/& paucoꝝ gubernatione & in omni republica: neq; augere nimium quēq̄
supra modum/sed magis conari paruos & longi temporis honores p̄bere q̄ confestim ma
51 gnos. corrumpunt enim: nec cuiusuis est hominis ꝓsperitatem ferre. ¶ Q; si accumulate 10
52 dati sint alicui honores: nō simul oēs postea auferendi sed paulatim. ¶ Maxime vero lege 11
ita ꝓuidere conādum est. vt nemine sit excessiua potentia/neq; amicorum: neq; pecunia
53 rū. qđ si id cōtingit: peregrine faciende sunt hmōi hoīm clientele. ¶ Cum vero ex priuata 12
etiā vita/res noue oriātur: magistratus cōstituēdus est quidā/qui sit quasi in specula ad mo
res ciuium intuēdos/ne quis ita viuat/vt reipublice nocere possit. In populari quidē statu
ne aliene viuat a popularitate. in paucorum aūt potentia: ne aliene a natura eius guberna
tionis. Eodemq; mō de aliis quibusq; speciebus rerumpublicaꝝ. ¶ Et si quid exultet: ꝓspe
54 ritateq; sit elatum i ciuitate: particularim obseruādum est ꝓpter easdem cās. cuius rei reme 13
dium est: semper cōtrariis partibus/magistratus & res agendas cōmittere. cōtrarias partes
55 voco: ceu bonos & equos multitudini & diuites pauperibus. ¶ Conādumq; est vel admisce
re pauperes cū diuitibus: vel medios augere. hoc enim dissoluet seditiōes ob inequalitatem 14
56 ꝓcedentes. ¶ Maximum vero illud est in omni republica & legibus/& cetera omni diligē 15
tia cōstituendum: ne ex magistratibus lucra proueniāt. id aūt maxime in paucoꝝ guberna
tione est obseruādum. leuius enim ferūt populi qui a republica excludunt. quinimo gaudēt:
ꝙ sua agere nō impediunt. at si existiment eos qui magistratus gerunt ex iis que cōmunia
sunt/ditari: duplicem capiunt molestiā: & ꝙ ab honere excludunt & ꝙ a lucro. vno vero mo
do cōtingit simul existere popularem statum & optimatum. si ita quis instituat. cōtingeret
eni: vt & insignes & plebei haberent que vtriq; vellēt. Licere eni omnibus rempublicā gere
re populare est: magistratus vero ab insignibus teneri optimatum. hoc autē accidet: qn̄ ex
magistratibus nō proueniūt lucra. pauperes eni magistratus nō volēt/si nil insit lucri/sed
potius suis rebus ꝓpriis intendere. diuites autem: quia nō indigēt ex vlla re cōmuni lucrari
magistratus gerere volebūt. quare hoc pacto cōtinget egenis quidem ditari ob operā rebus
57 suis impensā: insignibus vero nō subiici cuicūq;. ¶ Ad hoc autē vt nō surripiāt pecunie pu 16
blice: exhibitio pecuniarum fiat omnibus quidē p̄sentibus ciuibus: & descripte/per societa
tes & ordiues & tribus deponant. eo vero ꝙ magistratus sint absq; lucro: statuendi per legē
sunt honores iis/qui optime gesserint. ¶ Oportet autē in populari statu diuitibus parcere:
58 ne non modo possessiones eorum nō eque partiri: sed ne fructus quidem eoꝝ. quod in qui 17
busdā ciuitatibus imprudenter fit. Melius vero etiam est prohibere volentibus: ne munera
illa subeant/que sint magni sumptus: ac nullius vtilitatis. ceu choros exhibere & ludos &
59 faces instar Chiorum & cetera huiusmodi munera. ¶ In paucorum vero gubernatione: cu
ra est paupeꝝ suscipienda diligent: & officia quibus sunt salaria constituta: illis tradenda. Et 18
si quis diuitū eos cōtumelia affecerit: maior pena est cōstituenda: q̄ si ipsi int se idē fecissent.

19 ¶ Et successio in hereditatibus per cognationem fit/nō per donationem:nec valeat quisq̄ 60
plures hereditates capere/sed vnam solūmodo.per hunc enim modum: magis equales erūt
20 facultates/& egenorum plurimi ad abundantiam traducenf.¶ Vtile est & in populari statu 61
& in paucorum gubernatione:aliorum vel equalitatem vel presidētiam tribuere iis qui mi
nus participāt republica.in populari quidē diuitibus:in paucorum vero gubernatione ege-
nis.exceptis tamen iis magistratibus in quibus vis/authoritasq; reipublice consistit.hi eni
solis iis qui sunt ex republica aut saltem pluribus committi debent.

¶ OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

DE conseruatione rerumpublicaꝝ precepta ac regule.Prima ex hijs conseruaf respu
1 blica:ex quorum oppositis corrumpitur/q̄ quidem iam sunt cognita. nam cōtrario- 42
rum.cōtrarij sunt effectus.¶ Secunda in rebuspublicis/bene/laudabiliterq; contem 43
2 peratis:illud summopere obseruandum:ne quid de legibus institutisue dimoueatur
maximeq; cauendum est id pauxillum/& quod latenter & paulatim serpit.nam cor
ruptio latet: & nō aliter mēs ab illis ac a captiosa argumentatione decipi solet/ quā
texunt nonne si vnūquodq; pusillum & omnia pusilla?atqui totum omnia.totum igif pusillum.verū
totum esse omnia:vno modo est.vt collecti.alio modo:non est. vt diuisim.sed totum & omnia vt idē
sunt:non pusillum/sed quippiam ex pusillis cōpositum.aduersus igif hanc paulatim & ex paruo irre-
pentem mutationem/vna pro custodia apponenda est regula/ceu aduersus captiosam ratiocinatio-
3 nis allucinationem.¶ Tertia regula.minime confidendum est ijs vafre & subdole cōmentis: que ali- 44
cuius fraudis gratia pretenduntur ad populum. q̄ autem sint huiusmodi cōmenta & ad populū ma-
4 chinamenta:numero 49 quarti dictum est.¶ Quarta.recte se gerendum in magistratu esse:cū erga 45
eos qui reipublice non sunt participes/tum erga illos qui eius participant muneribus. cum his quidē
humane & quasi periliter congrediendo/ illos aūt non afficiendo iniurijs/ & prestātiores eorū ad rei-
publice participationem recipiendo & cupidos honoris nō deprimendo/neq; multitudinem suis cō-
5 modis fraudādo.¶ Quinta.si multi sunt in reipublice administratione cōstituti:prodest paruo tēpo
re durare magistratus.ceu semestres esse.vt oēs qui sunt similes adipisci valeant.nā optimates guber 46
nationes & paucorum potentie:minus in potentatum atq; tyrannidē incident/ & minus mali machi-
6 nari possunt magistratus paruo tēpore/q̄ tempore longo.¶ Sexta. ab ijs qui rempublicam saluā esse 47
volunt:formidines quedā parande sunt.& qđ longe abest:propinquum fingere/ quo vigilātius ciues
7 intendant/ad reipublice custodiam/quoue sint cautiores.¶ Septima.tentandū esse insignium contē 48
tiones/seditionesq; p leges cauere:atq; ita preuenire eos legibus qui extra contentiones sunt.tanq̄ id
malum cū exoritur cognoscere/nō cuiusuis sit sed eius qui instituendaꝝ rerumpublicarū habet peri-
8 tiam.¶ Octaua expedire cū pecunia longe aucta est/aut longe imminuta presens tempus ad id pre 49
teritum conferre in quo erant census a quibus reipublice participatio facta est/& secundū proportio
nem/census a quibus sumif reipublice participatio aut augere si fortune aucte sint aut imminuere si
insigniter sunt imminute.alioqui respublica in aliam demutabitur speciem. vt rebus ꝓsperioribus/in
9 popularem:minus aūt secundis in paucoꝝ gubernationem.¶ Nona est.nullū virum magistratus au 50
thoritate supra modum augere:sed magis paruos & longi tēporis esse statuendos magistratus q̄ bre-
uis more magnos.corrumpunf enim qui magnos subeunt:neq; cuiusuis hominis est(vt pars est)pro-
10 speritatē ferre.¶ Decima.Si alicui cumulate dati sunt honores/nō simul auferre sed paulatim.¶ Vn- 51
11 decima.lege cauendū esse/vt nemini liceat excessiuam aut facultatū aut amicorum habere potentiā. 52
12 quod si assit:clientele huiusmodi hominū/alio mittende sunt peregrine.¶ Duodecima.magistratum 53
creandū esse:qui quasi e specula:priuatorum mores attendat ac exploret/ne res noue orianf/& ne q
13 ita viuant vt reipublice nocere possint.¶ Tertiadecima.Si quid exultet ꝓsperitateq; in ciuitate sit ela 45
tum:contrarijs partibus/magistratus & res agendas cōmittendas esse. vt si elata sit multitudo: equis
14 & bonis res administrāda tribuatur.si inopes:diuitibus.¶ Quartadecima.conandum esse cōtempe- 55
rare/commiscereq; debite inopes opulentis/ad reipublice gubernationem:vel medios ipsos augere.nā
15 id seditiones excludit:ob inequalitatem ꝓcedere solitas.¶ Quintadecima.Summopere cōstituēdū: 56
16 ne ex magistratibus lucra ꝓueniant.¶ Sextadecima.vt publice pecunie nō suffurenf:fiat publicaꝝ 57
pecuniarum exhibitio assistentibus cunctis ciuibus/atq; describenf descripte vero p societates/cohor
tes/& tribus deponanf.& vt magistratus sint absq; lucro:lege statuantur honores ijs qui eos optime
17 gesserint. ¶ Septimadecima:pro populari gubernatione.diuitibus parcere: neq; eorum possessiones 58
neq; fructus equaliter distribuere/ neq; illis onera grauium impensarū imponere/ceu choros exhibe-
18 re/& ludos & faculas. ¶ Octauadecima.pro paucorum potentia.pauperum cura suscipienda diligē 59
ter:& officia quibus sūt salaria constituta/illis tribuenda.& si quis diuitum illos iniuria affecerit:maior

60 illi pena constituenda/q̃ si ipsi pauperes id sibi inter se fecissent. ¶ Vndeuicesima. Successio in here- 19
ditatibus per cognationẽ fiat/& nõ per donationem:neq; valeat quisq; plures hereditates capere/sed
61 vnam solũmodo. ¶ Vicesima. in paucorum potentia conducit equales aut qui presint magistratus/ 20
inopibus tribuere:& in populari consimili modo/diuitibus. attamen ij in quibus reipublice momentũ
consistit/ijs solis/aut pluribus/qui magis republica participant. vt in paucorum potentia/ diuitibus: &
in populari:inopibus committendi sunt.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

42 SOphistica illa ratio. In sophisticis elenchis huiusmodi sorita/captiunculaq; sophistica/cir-
ca litteram a nobis alias adiecta est. & parum hic conferret repetita. sed qui volet. ex illo lo-
co requirat.

¶ De conditionibus precipuos adeuntium magistratus/& preceptis popularitatum: & potentatum saluandorum. Cap. IX.

TRia vero debent habere illi:qui principales magistratus sunt suscepturi. Pri-
62 mum: vt ament p̃sentem ciuitatis statum. Deinde vt habeãt potentiã ma-
ximam:ad ea exequenda/que magistratus requirit. Tertiam vt habeãt vir-
tutem & iusticiã/in vnaquaq; republica:ad ipsam rempublicã. nisi eni idẽ
iustum sit in cunctis rebuspublicis:necesse est iusticie esse differẽtias. ¶ Ha- In eodem
63 bet aũt dubitationem:quãdo hec omnia nõ cõcurrunt in eodem/quomodo περὶ τὸν αὐτὸν
magistratus sint partiẽdi. ceu si sit quidã aptus ad rem militarẽ/sit autem ille idẽ improbus: masculinum
nec reipublice amator/alter vero iustus & amator sed ad rem militarem non aptus:cuius fa- est: in eodem
64 cienda sit electio? ¶ Videtur respiciendũ esse ad duo:cuius magis participent oẽs & cuius viro.
minus. quapropter in re militari quidẽ ad peritiam magis q̃ ad p̃bitatem est respiciendum.
Pauciores enim sunt rei militaris periti:plures vero p̃bitatis: Contra vero in custodia & ad
ministratione erarii. plus enim p̃bitatis requiritur:q̃ q̃tum habeãt multi. scientia vero com-
65 munis est omnibus. ¶ Dubitari etiã potest:si potẽtia assit reipublice & amicitia/quid opus
66 est virtute/sufficiunt eni illa duo ad reipublice vtilitatem. ¶ An quia fieri potest vt duo illa
habẽtes sint incontinentes. quare vt sibiipsis nõ obtemperãt scientes & amãtes se ipsos:sic
67 etiã erga rempublicã/nichil vetat ita habere quosdã? ¶ Simpliciter autem quecũq; in legi- Quanti
68 bus prodesse dicimus rebuspublicis:cuncta illa rempublicã conseruant. ¶ Et quod sepe iam 46
dixinius:maximum fundamentũ est:obseruare vt potentior sit ea pars/que rempublicã sal 5t
69 uam esse velit/q̃ illa que nolit. ¶ Preter hec autem omnia/latere nõ oportet:quod mõ latet
eos respublicas:que trãsgrediunt̃ mediũ. multa eni popularia vident̃:que popularẽ statũ dis
soluũt. multa etiã que paucorum esse vident̃. dissoluũt paucorũ gubernationẽ. qui vero exi-
stimant hanc esse vnã virtutem/trahunt ad excessum:ignorãtes q̃ queãdmodum nasus est
excedens rectitudinem laudabilẽ ad aquilinũ/vel simũ/sed t̃n adhuc pulchritudinẽ ac gra-
tiam retinet ad aspectũ. at si quis adhuc magis trahat ad excessum:primo quidẽ abiicit con
gruentẽ mensurã partis tandẽ vero ita disponit̃:vt nõ nasus appareat/p̃pter excessum ac de
fectum contrariorum. eodẽ mõ & de aliis partibus Cõtigit aũt hoc & circa alias gubernatio
nes. nã paucorũ quidem potentiam & popularẽ/sufficienter se habere cõtingit:etsi trãsgre-
diãtur ab optimo statu. q̃ si quis intendat magis vtramq; earum deteriorem primũ efficiet
70 rempublicã/tãdem vero neq; rempublicã. ¶ Quapropt̃ id non ignorari oportet a legis cõ-
ditore ac ciuili homine:q̃lia popularium: seruent populi statum:& qualia corrumpãt. & q̃lia
paucorum: identidem paucorũ gubernationẽ: neutra enim istarum, videt̃ stare posse absq;
opulentiis & multitudine:sed q̃n adequatio fiat facultatum: aliã necesse est esse rempublicã.
71 quare dissoluẽtes leges que sunt circa excessum dissoluũt respublicas. ¶ Aberrãt vero & in
populari statu:& in paucorum gubernatione. in populari quidem ductores populi:vbi multi
tudo legibus dominat̃. diuisam enim faciunt semper ciuitatẽ:opulẽtis aduersantes. at opor
tebat contrariũ:videri semper dicere pro opulentis. in paucorum vero gubernatione pro po
pulo:eos qui rempublicã gubernãt. & contraria iurare:q̃ nunc iurent in paucorũ gubernatio
nibus. in quibusdã enim ciuitatibus nunc iurãt: populum odio habebo & consilio annitar:
vt male habeat. expedit aũt simulare ac fingere contrarium. atq; ita iuramentum adnotare
non afficiã populum iniuriis. ¶ Maximum aũt omniũ:que dicta sunt ad reipublice stabilita
tem est id quod nunc paruifaciunt oẽs: erudiri ad reipublice disciplinã. nichil enim prosunt

vtilissime leges/que a gubernatoribus decernunt:nisi moribus instituti & disciplina ibuti
in republica/homines fuerint.si leges populares populariter.si paucorum potẽtie ad hãc ip
sam gubernationem. ¶Q_uẽadmodum certe in vno viro intemperãtia est: etiã & in ciui-
tate.disciplina autem reipublice est: non ea facere/per que letent pauci potentes/aut popu-
lares.sed per que valeãt:illi quidem gubernationẽ paucoꝝ tenere/hi vero popularẽ.nũc au
tem in paucoꝝ potentia/gubernatorum filii deliciis intendunt: tenuiorum aũt filii gym-
nasiis laboribusqꝫ exercent.quare & volunt magis & possunt res nouas moliri. In populari
vero statu/que maxime videt esse popularis:cõtra quam vtile sit/constitutum est.huius rei
cã est:ꝙ male diffiniunt libertatem. duo sunt enĩ quibus popularis status diffinit: potestate
summa populi ac libertate. iustum autem equum videt esse. equum vero quodcũqꝫ videat
esse multitudini/id esse precipuum.liberum autẽ & equũ:quodcunqꝫ velit quis facere.itaqꝫ
Euripides. viuit vnusquisqꝫ/vt vult i hmõi populari statu:& ad quod gliscit/vt ait Euripides. Sed hoc
est prauum.non enim putandum est esse seruitutem viuere ad formam reipublice: sed salu-
tem.Ex quibus igit mutantur respublice & corrumpũt/& seruantur/& permanent:vt sim-
pliciter dicamus:tot & talia sunt.

¶NONI CAP. COMMENTARIVS.

TRia que debent habere ij qui precipuos magistratus gerunt:amor p̃sentis status republi- 62
ce.ingens potentia ad exequenda munia reipublice.virtus & iustitia speciei reipublice ac
cõmoda. ¶Questio si hec tria non cõcurrunt in eodem/ vt si quis potentiã habeat non 63
amet:amet quidem alter potentiã nõ habeat:quõ magistratus distribuẽdi/ ¶Diluit ma- 64
gistratus qui magis probitatem q̃ peritiam efflagitant ꝓbis esse cõmittendos:qui autem magis peritiã
q̃ ꝓbitatem/peritis & si minus bonis. ¶Altera questio.si potẽtia & amor reipublice assũt: quid virtu- 65
te & iustitia opus est/ ¶Diluit opus esse.quia sic affectos nichil prohibet incõtinẽtes esse:qui cogno- 66
scentes/ & amentes seipsos sibiipsis ꝓprieqꝫ rationi in ijs que sibi cognoscunt bona/ non obtẽperant.
quare nisi virtus & iustitia assit.sic continget/& quosdam ad rempublicã esse affectos. ¶Redit ad p̃- 67
cepta/documentaqꝫ saluandaꝝ rerumpublicaꝝ. Primũ.quecũqꝫ in legibus dicunt: vtpote q̃ prosunt
rebuspublicis:illa vniuersa saluant respublicas. ¶Secundũ.maximũ fundamentũ salutis rerumpubli- 68
carum est:obseruare diligenter.vt ea pars que rempublicam saluam esse velit/potentior sit ea que no
lit. ¶Tertium cauere/semper velle intendere atqꝫ adaugere reipublice statum/neqꝫ remittere. nã qui 69
nimis extendere/aut remittere curant tandẽ dissoluunt.perinde ac si nasum supra mediocritatem ex-
tendas/transit ad aquilinũ/adhuc retinens gratiam ad aspectum.ꝙ si pergis cõtinuo extendere/ effi-
cereqꝫ maioiẽne quidẽ nasi formam retineat.& ita si cõprimas/primum simus:deide si pergas/ne na
sus quidem appareat.& id ob excessum & defectũ contrarioꝝ ipsi medio. ¶Quartum legislatorem 70
volentẽ cõstituere popularem statũ aut paucoꝝ potentiam aut aliam quãuis rempublicã.oportet co-
gnoscere q̃ popularia saluant popularẽ/ & q̃ corrumpũt/ q̃ saluant aut corrũpunt paucoꝝ potentiam
aut aliam quã velit legibus instituere rempublicam. nã si leges ferat de equandis facultatibus/ & velit
aut popularem aut paucoꝝ potentũ inducere statum: ꝑfecto vtramqꝫ haꝝ rerumpublicaꝝ dissoluit:
cum dissoluat leges que sunt circa excessum & defectum facultatum. Accusat ea(& merito)que in vl-
timis paucoꝝ potentie popularisqꝫ gubernationis speciebus plerisqꝫ in locis fiũt/hic a ductoribus po
pulorum/illic ab opulentis per que se credunt suam rempublicam stabilire. Primo.circa iuramenta in
magistratũ assũptione. Scdo.circa negligentiã eruditionis discipline eorum que ad rẽ suam publicã
spectant. Tertio ꝙ in paucorum & populari gubernatione:contra reipublice disciplinam sinunt suos
ea maxime facere/per que letentur. & perinde ciuitatem faciunt intemperatam: ac solet homo vnus
esse intemperatus:veꝝ si eorum respublice saluande erunt opposita:& circa iuramenta: & disciplinã
& voluptatum libertatem licentiosam statuenda. Littera de se satis conspicua.

¶ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

¶Et quod sepe iã diximus.vt numeris 4 6 51 quarti.& infra numero 68 huius adhuc dicturus est.

¶De mutationibus regni & tyrannide.Cap. X.

Regni muta-
tio & tyranni-
dis.

REstat nunc videre de vnius gubernatione: ex quibus corrumpat & p̃ que seruari 72
valeat.fere aũt similia ac ꝓpinqua sunt illis:que diximus supra de ceteris guberna
tionibus:illa que circa regnũ & tyrãnidẽ contingũt.nã regia quidẽ potestas;opti-
matũ gubernationi respondet. ¶Tyrannis aũt ex paucoꝝ potẽtia illa extrema & 73
ex populari cõponit. quapropt̃ pniciosissima est iis:qui sub ea sunt vtpote ex duobus cõpo-
sita malis & transgressiones & delicta continens que ex ambabus illis respublice guberna-

74 tionibus proueniunt. ¶Existitq; generatio statim ex cōtrariis vtriq; istarum (ea que p vnū
gerit) administrationū. nam regia potestas pro tutela pstantibus viris a populo facta est &
fit rex ex prestātibus per excellentiā virtutis vel rex gestarū que sunt a virtute vel p excel
lentiā huiuscemodi generis. Tyrānis vero originem habet a populo ac multitudine contra
nobilitatem: vt populus ab illis iniuriā non patiaf. patet hoc ex iis que contigerunt fere enī
tyranni vt plurimum facti sunt ex ductoribus populorum: fidem adepti ab initio pter calū
nias cōtra nobilitatem iactas. Tyrānides igif in hunc modum cōstitute sunt ciuitatibus iā
adauctis. ¶Alie prius ex regibus transgredientibus patria iura: & affectantibus magis domi
75 nari. ¶Alie ex electis ad principales magistratus. antiquitus enī populi cōstituebāt diutur
niores administrationes & intēdentias. ¶Alie ex paucorum potentia eligentium vnū ali
quē ad maximos magistratus. ¶Omnibus istis modis facultas fuit id perficiendi si modo
voluissent p potentiā sibi preexistentē: his quidē ex regia potestate: aliis vero ex honoribus Phidon.
a populo exibitis. ceu Phidon apud Argos & alii alibi regiam potestatem habētes: tyranni Argos. Ionia
sunt facti. qui vero circa Ioniam & Phalaris: ex honoribus Panetius quoq; in leontinis: & Phalaris.
Cypselus Corinthi & pisistratus Athenis & Dionysius Syracusis. & alii eodē mō ex fauo Panetius.
re populorum. apud quos multum poterant. ¶Vt ergo diximus: regia potestas instituta est Cypselus.
76 secundum optimatū gubernationem. est enī secundū dignitatem: vel per virtutem ppriam Leontini.
vel generis vel per beneficia collata vel p ista simul ac potentiā. oēs enim qui maxima be Corinthus.
neficia i ciuitates gētesq; cōtulerunt vel qui eā facultatem habuerūt vt conferre valerēt: Pisistratus.
hoc honore potiti sunt. alii bello cōseruatis populis ne in seruitutem deuenirēt. quemadmo Dionysius
Codrus. Alii a seruitute liberatis. vt Cyrus. Alii φ condidissent vrbem vel φ regionē acqui Athene.
sissent. quemadmodū Lacedemoiorū & Macedonū & Molossorum reges. vult aūt rex esse Syracuse.
custos: vt qui diuitias habent: nichil iniustum patianf. nec etiam populus afficiaf cōtume Codrus.
77 liis. ¶Tyrānus autem (vt sepe iā diximus) ad nullam comunem respicit vtilitatem: nisi gra Cyrus.
tia pprii cōmodi. est aūt obiectum tyrāni qd placet: regi quod honestū sit. Quāobrem & Lacedemonij
in ea in quibus plus hñt: sunt tyrānis quidē pecunie regibus aūt honores. Et custodia regi a Macedones.
78 ciuibus suia est: tyrāno aūt a peregrinis. ¶Quod vero tyrānis cōtineat illa mala que sūt & Molossi.
popularis gubernationis & paucorū potentie: manifestū est. ex paucorū quidē potentia: finē
esse diuitias. per has enī solas: necesse est pmanere vt cōductos retineat custodes vt sūptus
faciat in educando: eo ipso φ pplo suo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuibus suis adime
re ac multitudinem populi coculcare ac ex vrbe pellere & vacuam habitatoribus ciuitatē
reddere: cōmunia sunt. vtrarūq; paucorū scilicet potentie & tyrannidis. Ex populari autē ve
xare nobilitatē: clā euertere & aperte: in exilium pellere tanq̄ aduersarios & machinatores
cōtra potentiā suā. Ex his enī & insidias aduersus eos iniri cōtingit: aliis dominationē affe
ctātibus: aliis seruitutē fugiētibus. Vñ periandri cōsilium Thrasybulo datū: supereminētes Periander.
79 spicas decerpere: tanq̄ oportunum semper sit: eminentiores ciuium de medio tollere. ¶Vt Thrasybulus.
igif fere dictum est: eadē principia mutationū sunt existimāda in rebuspublicis: & in vnius
gubernatione. per contumeliā enim: & per metū: & per cōtemptū insurgūt pleriq; subiecto
rum aduersus eos: qui in monarchia sunt dominātes. iniurie vero maxime p cōtumeliā: nō
nunq̄ etiā per ablationem ppriarum rerū fiunt. Sunt aūt & fines iidem & illic: quales sūt cir
ca tyrannides & regna. opes enī & honores qui in tyrannis & regibus conspiciunf maximi: Pisistratide.
affectant oēs. insurgif aūt quādoq; in corpus dominātis: quandoq; in ipsam dominationem. Harmodius.
80 ¶Quādoq; aūt per contumeliā inducunf homines ad insurgendū (dum ipetus fit) in cor Aristogiton.
pus. cūq; sint cōtumelie partes plures: vnaquaq; illarū cōcitat ad irā. irascētiū vero fere pluri Periander.
mi: vltionis causa impetū faciūt: nō aūt vt excellāt. quale fuit illud filiorū Pisistrati. ob contu Ambracia.
meliā enī sorori. Harmodii illatā & ipsum Harmodiū iniuria affectū: ipetus i eos factus est: Philippus.
ab Harmodio quidē propf sororē: ab Aristogitone aūt pter Harmodiū. Aduersus Periādrū Pausanias.
quoq; Ambracie tyrannū insidie facte sūt: ex eo quia in potu quē amabat puerū interrogauit Attalus
an nōdū ex se pregnās factus esset. Philippus vero a Pausania occisus est: quia nō vlciscebaf Amynthas.
cōtumeliā sibi factam ab Attalo. & Amytas paruus a Derda: quia iactaret se eius etate abusū Derdas
& eunuchus ab Euagora cyprio. qa enī mulier renuit filiū eius: quasi cōtumelia affectus: eū Euagoras.
81 necauit. ¶Plurime vero inuasiones facte sunt ex eo in corpus φ verecundiā intulissent nō Crateus.
nulli eorum qui soli erant in principatu. Qualis fuit inuasio illa Cratei aduersus Archelaū Archelaus.

Sirra. Arrabeus. Elibia loci nomen. Amyntas. Cleopatra. Hellanocrates Paron. Heraclides. Cotys. Adamas. Exsectus eunuchus: factus eunuchus. Megacles. Mitylene. Penthalide. Smerdes. Penthilus. Archelaus. Decãnichus. Euripides. Xerxes. Artapanes. Darius. Sardanapalus Dion. Dionysius. Syracusij Cyrus. Astiages. Seuthes. Amadocus. Ariobarzanes Mithridates.

Semper enim molesta illi fuerat cõsuetudo eius. Itaq; parua etiam occasio sufficiẽs fuit: vel
quia filiarum nullã sibi dederat/cũ se daturum promisisset/sed primã aucupatus a bello ad
uersus Sirrã Arrabeũ: tradidit regi Elibie. alterã filiã minorẽ natu filio Amynthe cõiugauit:
existimãs per hunc modum minime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitum. sed indi
gnationis principiũ extitit: q grauiter ferebat se ad libidinis gratiã haberi. Fuit vna cũ illo
ad rem patrãdam Hellanocrates larisseus ob eandem causam. qui enim abusus etate illius nõ
vt pmiserat faciebat in patriã deduci: ob contumeliã id fieri ratus est/nõ ob amorem. Parõ
vero & Heraclides Enienses: Cotyn peremerunt patri supplicium sumẽtes. Adamas vero a
Coty defecit: quasi contumelia affectus/q ab eo in pueritia exectus esset. Multi etiã ob ver
beratũ corpus vel interfecerunt ira percisi/vel imperiũ fecerunt quasi contumelia affecti: &
cõtra homines in potestate cõstitutos/& cõtra reges. vt Megacles apud Mitylenen Pẽtha
lidas circũeuntes/& claua pulsantes: cũ amicis aggressus interfecit. & postea Smerdes ver
beribus cesus & a muliere tractus. Penthilon interemit: Archelai vero inuasionis: dux fuit
Decamnichus. is enĩ primus ceteros aggressores cõmouit & exacerbauit. causa vero fuit ira
rum: q illũ Archelaus Euripidi poete verberandũ tradidisset. Erat vero infensus illi Euripi
des/ob maledictũ in ipsius maleolentiã oris iactatum. Et alii cõplures tali de causa: vel inter
fecti sunt/vel in periculum insidiarũ deuenerunt. ¶ Similit quoq; propter metũ. hec enim 82
vna ex causis est: vt in republica/sit etiam in vnius gubernatione. ceu Xerxem Artapanes
metuẽs ob calumniã de Dario/q cũ suspendisset Xerxe non iubente: sed putabat illi veniã
esse datam ꝓpter cenam quasi non reminiscente. ¶ Alie vero ꝓpter contemptũ. vt videns 83
quidã Sardanapalum Regẽ inter mulieres pensa diuidentem (si modo hec fabula vera fuit)
& si non in illo: attamẽ hoc in alio verũ esset. Et Dionysium posteriorẽ/Dion inuasit: q cũ
contemnebat/conspiciẽs ipsum Dionysium semper ebriũ/& ciues Syracusanos ita se habe
re. Amicorũ etiam quidẽ insurgunt ꝓpter contemptũ. ob fidẽ enim eis adhibitã spernũt tã
q latere possint eorũ molitiones: & putantes se dominationem obtinere posse quodãmodo
per cõtemptũ inuadunt. tanq enim potẽtes & contẽnentes periculum: ꝓpter suã potentiam
facile insurgunt. vt duces quidẽ exercituum: aduersus principes suos. queadmodũ Cyrus cõ
tra Astyage: cuius & vitam & potentiã contẽnebat/cernens & copias eius iam cõsenuisse/
& ipsum in deliciis vitã agere. Et Seuthes Thracius aduersus Amadocũ/cum esset dux ex
ercitus. ¶ Quidã vero/hmõi pluriũ gratia insurgũt: ceu propter contemptũ/& lucrũ: vt ve 84
ti cõtra Ariobarzanẽ Mithridates. Maxime vero ꝓpter hanc cãm insurgunt ii qui sunt na
tura audaces/& honorẽ habent ex rebus bellicis apud eos/qui soli dominãtes atq; pricipes.
fortitudo enim potentiã habens: audacia est. ꝑ quas ambas quasi facile superaturi: eos aggre
diunt. ¶ Eoꝝ vero qui ob honoris cupiditate insurgunt: alius est cause modus ꝑter iam di
ctos. non enim vt quidã/tyrãnos inuadunt spe magnoꝝ cõmodorũ/magnorumq; honorũ 85
inducti: quos in illis cernunt: sic & ii qui ob honoris cupiditatem eos aggrediunt. sed illi qui
dem vt ea sibi arripiãt/que in tyrannis admirabant: hi autẽ vt ex re gesta memorabili atq;
egregia/famã atq; celebritatem nominis consequent/tyrannos adoriunt: non dominatio
nẽ sibi solis acquirere volẽtes sed gloriã. sunt tñ numero perpauci: qui ob hanc causam mo
ueant. constituendum est enim sibi viuendũ nõ esse nisi rem cõfecerint: quibus adesse opor
tet Dionis propositum. sed nõ facile est vt id multis cõtingat. Ille enim cũ paucis militibus
cõtra Dionysium ꝓfectus ait: quãtumcũq; progredi posset: satis id sibi fore. vt si vel parum
terre illius inuasisset: pulchrum sibi iam mori existimaret. ¶ Corrumpunt autem tyrãnides 86
vno quidẽ modo: vt vnaqueq; illaꝝ rerumpublicaꝝ ab extra si aliqua sit cõtraria respublica
robustior. nam velle quidem aderit: propter contrarietatem voluntatis. que autem volunt
omnes: efficiunt modo possint. Cõtrarie vero sunt gubernationes: populus quidem tyranni
di secundum hesiodũ vt figulo figulus. nam gubernatio populi illa postrema: tyrãnis est. Re
gia vero potestas & optimatũ gubernatio: ꝓpter contrarietatem gubernandi. Quapropter
Lacedemonii multas euerterunt tyrannides: & Syracusani per id tempus quo respublice eo
rum recte gubernabant. ¶ Alio autem modo corrumpunt: cum in seipsis seditiones habent 87
quemadmodum circa Gelonem factum est: & nunc circa Dionysium. Gelonis enim filium
Thrasybulus Hieronis frater: ꝑ illecebas & voluptates traducebat ad populi fauorem. vt ipse
dominaretur. domestici vero ac necessarii conspirabant: vt non tyrannis omnino dissolue

Dion. Dionysius. Hesiodus. Lacedemonij Syracusani. Gelon. Thrasybulus Hieron.

retur/sed Thrasybulus. verum alii inter hec conspirantes: eā occasionem nacti/ipsos omnes Thrasibulus
pepulerūt. Dionysium aūt: Dion cōtra eū copiis ductis cū esset affinis/suscepto populo illū Dionysius.
88 pepulit/ipse vero interfectus est. ¶ Cumq; due sint cause ꝓpter quas maxime contra tyran Dion.
nos insurgit/odium scilicet & cōtemptus: odiū quidē existat oportet in tyrannos. Ex cōtē-
ptu autē plurime fiunt euersiones. huius vero signū fuerit: ꝙ plerisq; eoꝝ qui dominationes
adepti sunt/eas vsq; ad extremū cōseruarunt. sed qui ab aliis susceperunt: cōfestim (vt ita di
xerim) perierunt oēs. ¶ In voluptatibus enim viuētes/habent facile contemptui: ac multas
prebent occasiones opprimendi sui. Particulā vero quādam odii/debemus irā existimare.
nā quodāmodo eorundē causa existit. & est interdū ira efficatior q̄ odiū. vehemētius enī in-
surgunt: quia perturbatio illa nō vtit ratione. maxime vero cōtingit: vt ita deferant qui con
tumelia fuerunt affecti. per quā quidem cām & Pisistratidaꝝ deleta est tyrānis: & multe alia- Pisistratide.
rum. odium vero vtit magis. nam ira cū dolore fit. quare nō facile: vt ratione vtatur. odiū ve
ro sine dolore. Vt autem summatim dicamus: quotcūq; causas diximus paucorum potentie
illius perpraue tēperate/atq; postreme/& popularis gubernationis extreme/totidem & ty-
rannidis causas esse ponendū est. nā & he sunt tyrannides quedā: atq; sub tyrannidū diuisio
90 ne contente. ¶ Regnū autem ab iis que extra sunt q̄ minime corrumpit. quapropter & diu- 1
turnius est. Ex se autem ipso: vt plurimum euerti cōtingit. Corrumpit autem duobus modis
vno si seditio oriatur inter eos: qui participes sunt regni. Alio modo si tyrannice gubernare
pergant: volentes esse domini plurium/& cōtra legem. ¶ Nō fiunt nūc amplius regna: sed 2
si qua fiunt/monarchie & tyrannides magis sunt. ob id quia regnum spōtanea gubernatio
est: dominiū vero maiorum est. at plurimi pares sunt: nec vsq; adeo preexcellentes: vt ad ma
gnitudinē: dignitatēq; huius principatus se possint attollere. atq; ex eo fit: vt sponte illi nō
91 pareatur. ꝙ si deceptione quis aut vi dominet: iam apparet hanc esse tyrannidē. ¶ In regnis
autē illis in quibus succedit per genus ponendū est corruptionis esse causam vltra illas que
supra sunt dicte ꝙ plerumq; cōtemnendi homines succedunt in regnum. & ꝙ cum non ha-
beant potentiā tyrannicam: sed regiū honorem: contumeliose viuūt. est enī facilis delectio
regis: si enim nolint: statim non erit rex. sed tyrannus etiam nolentium est. corrumpunt er-
go gubernationes vnius: per has & huiusmodi alias causas.

¶ DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

72 Lla conseruare regiā potestatem pariter & dissoluere: q̄ aut saluant aut euertunt optimatū
73 I gubernationē. ¶ Infamat tyrannidē illam vltimam: ꝙ cōposita sit ex duabus pessimis gu-
bernationibus/ extrema scilicet paucoꝝ potētia & populari/ & vtriusq; in se vicia continēs.
74 ¶ Regie gubernationis & tyrānidis ortus ac generationes ex contrariis/oppositoq; modo fieri. nam
rex ex prestātibus ꝑ excellentiā/virtutis aut reꝝ gestaꝝ q̄ a virtute proficiscunt: aut excellentiam talis
generis ꝙ scilicet huiusmodi parentibus exortus sit. sumitur. nam regia potestas: presidium a populo/
equis/bonis/mansuetisq; viris factum est. Tyrannis autem ortū habet a populo: contra viros insignes
vt populo nichil officiant. vt licet ex iis que iudicis contingunt animaduertere. & huiusmodi tyranni
des contigerunt/ciuitatibus iam adauctis. ¶ Tres alios tyrannidum ortus/& tres alias affert tyranni-
75 des que precesserunt eam (que ex populo est) tyrannidē. Prima nascitur ex trāsgressione regni. ¶ Se-
cunda. ex iis qui in summis preficiuntur a populo magistratibus. & tertia ex iis qui cōsimili modo ꝑ-
ficiuntur in paucorum potentia. ¶ Declarat de regia potestate: quod paulo supra numero 74 pre-
76 tactum est. ¶ Tyrannum & regem opposito modo se habere/& in medijs gubernandi & in fine atq;
77 proposito: & nō solum (vt eodem numero visum est) in contrario exortu. ¶ Quod numero 73 in hu-
78 ius capitis principio tetigit: apertum dilucidumq; facit tyrannidem continere mala duarum pessima-
76 rum gubernationum/paucoꝝ scilicet potētie atq; popularis littera se sua luce prodit/redditq; perapet
80 tam. ¶ Eadem esse principia mutationis monarchie/regni scilicet aut tyrannidis: que erant principia
8 & cause mutationum aliarum rerumpublicarum. que capite secundo huius numero 13 septem preci-
82 pue (quinq; aliis annexis) sunt adducte. Lucrum. honor. iniuria. metus. excessus. contemptus. incremē
38 tum preter proportionem. verecūdia. negligētia. pauxillitas. dissimilitudo. insuper extrinseca causa. de
84 lucro autem & honore: id declarat hoc numero de cōtumelia iniuriaq; 80 de verecundia 81 de me-
65 tu. 82. de contemptu 83. de pluribus mixtis vt contemptu & lucro/ de contemptu & honore 84 ite-
66 rum de honore 85. de extrinseca causa 86 ex seipsis 87. Iterum de contēptu/ & odio & ira/ que ad in-
87 iuriā/reuocant/quodq; ira vehementior sit truculētiorq; & minus ratione vtens q̄ odium ad inuadē-
88 dum 88. numero 89 regnum ab extrinsecis causis q̄ paucissime corrūpi; sed vt plurimū ab intrinsecis
89

& ex seipso: vt plurimum duobus modis. ¶ Q; nō ꝓprie sint modo regna: sed que temporibus Ari- 90
stotelis/ immo & hac tempestate regna dicunt/ monarchie quedā & tyrannides sunt potius. ꝙ regnū
vitroneū/ tam eius qui gubernat/ q̄ gubernatorum & ob ingentem excellentiam: dominium vero ma-
iores respiciat/ qui dominent/ non autē equales. Nunc vero plurimi eorum qui monarchias tenēt pa-
res sunt/ nichilo ijs quibus presunt prestantiores. & si prestant: haud quaq̄ ad tantam magnitudinem/
dignitatēq; pertingunt/ vt reges dici mereantur. sunt itaq; monarchie ac tyrannides potius q̄ regna/
aut violente quedam dominationes. ¶ Cause corruptionis regni: in quo succeditur per genus/ ꝙ ple- 91
rumq; contemnendi homines succedunt/ ꝙ contumeliose viuunt.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.



Socrates.
Vir tyranno similis.

Yrannis autem ex paucorum potētia illa extrema/ & ex populari componit/ consti-
tuitur atq; surgit. de qua gubernatione Socrates in nono de republica. tyrannis inqt 72
& tyranni gubernatio/ similis est grandiosi filio alicuius/ neq; oino parce neq; disso
lute viuentis/ sed popularem vitā degentis/ pertracto ad omne flagitium & lasciuien
tis vite licentiam quam qui trahunt: integram nomināt libertatē. & amorē in eo ali-
quē in cantatores qui circūstant quibusdā machinationibus excitant/ p̄sidem ocio-
sorum/ & ad libidinem subministrantiū desideriorum/ instar allati & ingentis fuci. quid enim aliud eo
rum amor: cui cupiditates alie referte nidore/ vnguētis/ coronis. ac mero aculeum addunt/ quo p̄side
optinenteq; animū: dementia ipsa feruet: frugales & verecundas opiniones atq; cupiditates (si quas
offenderit) extirpans/ ac expellens/ quousq; temperantia omnis eijciatur/ & locum eius forēsis omnis
& aliena obtineat insania. tunc ieiunis insanus/ cupiditatibus ebrius/ furiosus/ & extra se positus: nō so-
lum hominibus/ sed & dijs imperare contendit/ sperat q; consecuturū. post hec (vtpote cuius tyrānicus
amor: animi penetralia incolens/ regit omnia bachanalibus/ īdulget comessationibus/ scortis ceterisq;
huiusmodi. & noue cupiditates. dies noctesq; multeq; & vehementes: multorum indige pullulant. ꝓ-
uentus si qui extiterint: cito consumuntur. quos sequuntur fenora: & patrimonij dissipatio. que omnia
vbi defecerunt: cupiditates frequētis quidē atq; ardentes: que in nido animi delitescunt: vociferati atq;
cōqueri necesse est. iactaturq; tunc ad explorandū: si quis quicq̄ possideat: quod vel fraude surripi: vel
vi eripi possit. cogiturq; vndecunq; vsurpate: vel ingentibus stimulis & doloribus cruciari. & ob cupi
ditates nouas: iustum censebit: vt ipse iuuior: plus habeat q̄ parentes. & si portionem suam consumpse
rit: vt paterna eroget. quod si parentes nequaq̄ pmiserint: primum furari: eosq; decipere aggredit. sin
istud non poterit: rapiet iam vimq; parētibus inferet. ac si pater materq; senes resistant. non se cōtine
bit quin tyrannicū aliquid agat. & gratia nuper amate cōcubine non necessarie: aut speciosi cuiuspiā
nuper amati adolescentis non necessarij: veterem amicā necessariamq; matrem & deformē: sed neces
sarium senemq; patrem & antiquorū omniū antiquissimū: verberibus obijciet illos ijs subijciens quos
eādem in domum introduxerit. en q̄ beatum: filium tyrannicū genuisse. & cum parentū suppellex nō
sufficiet: primo parietem alicuius perfodiet vel nocte tarde euntis pallium rapiet: deinde etiam tēplū
aliquod spoliabit. & sicut in somnijs pars animi bruta: cū fuerit immoderato repleta potu atq; pastu:
lasciuit: veluti soluta & libera omnibus verecundie prudētieq; preceptis & nichil est quod nō audeat
a nulla (quam nominare nefas est) libidine cruenta impietate nulla prorsus voragine nulla insania vel
impudentia se tēperans: talis semper erit ille vigilans. ꝙ si multi tales in ciuitate fuerint: furabunt: mu-
ros fodient: marsupia incident: expoliabunt. predabuntur. sacra rapient: captos homines seruire cogēt
si dicendo facundi erunt: calumniabuntur periurijsq; decipient homines & muneribus corrumpentur
iudicesq; & a nulla cede impia abstinebunt: ingluuie ac facinore. talis igitur tyrannicus vir talis tyran
nidis status tyrannicaq; gubernatio. Hec ex Socrate.

¶ Per quē regna saluant: & quibus modis retinent tyrannides. Cap. XI.

Moloſſi.
Lacedemonij
Theopōpus.
Saluatiōes tyrannidū.

S Aluantur autem simpliciter loquendo ex contrarijs. singularit autem loquendo p 92
deductionem cuiusq; regnoꝝ ad mediocrem modū. quanto enim pauciorꝫ est po-
testas omnis: tanto maiori tempore necesse est eam durare. nā & ipsi qui regūt mi
nus ferociunt ceu domini magisq; moderati fiunt: & illi qui regunt inuident minus. Propt
hoc enim & apud Molossos longo tempore durauerunt reges: & apud Lacedemonios: quod
ab initio statim in duas partes diuisa fuerit regia potestas. Et postea Theopōpus ad medio-
critatem magis illam deducens: ephoros supaddidit: potestatē quidem minuens: sed tēpore
augens regiam authoritatem vt faceret eam quoquomodo non minorem sed maiorem. vt
ad vxorem suā respondisse ferunt dicētem. an nō erubesceret ꝙ filiis minorē potestatē regiā
relinqueret q̄ a parentibus ipse recepisset/ nō pfecto inquit. relinquo eis multo durabiliorē.
¶ Tyrannides vero seruant duobus modis inter se contrarissimis: quorū alter est is quem 93

per successionē traditū plurimi tyrannoꝝ obseruāt. hoꝝ autem multa cōstituisse ferūt. Peri Periander.
andrū Corinthiū. multa etiā ex gubernatione Persaꝝ est assumere. Sunt autē hec illa pnici 1 Perse.
osa que supra retulimus omni conatu a tyrānis fieri, quo dñationē retineāt, veluti potētio. Huius
94 res decerpe: & sapientes pimere. ¶ Et neq̧ comessatiões pmittere neq̧ sodalitatē neq̧ disci 77
plinā neq̧ aliud quicq̄ tale: sed oia cauere vnde cōsueuerunt oriri inter ciues duo, intelligē. 2
95 tia scilicet & fides. ¶ Et neq̧ scholas neq̧ cōuentus alios vacatiõis alicuius, fieri concede. 3
re: & oia facere ex quibus ciues inter se q̄maxime incogniti sint oēs. cognitio enim fidem
96 magis inter ipsos aggenerat. ¶ Et satellites eius apparere semper ac versari circa fores: quo 4
minus latere possit, quid quisq̧ agat. & explorare si assuescant sensim animū submittere p
seruitutē continuā. & alia quecūq̧ talia Persica & barbara: tyrānidis sunt. cuncta enim idē
97 possunt. ¶ Et anniti ne lateant: quecūq̧ quis subiectorū dixerit aut fecerit, sed esse explora 5
tores. quemadmodū Syracusis ii qui delatores nūcupantur & auricularii: quos submittebat Syracusij.
Hieron vbicunq̧ esset congregatio aliqua, vel cōuersatio. minus enim audent: qui talia for Hieron.
98 midant. & si audent: minus latere possunt. ¶ Calumniari quoq̧ inuicē & discordias semina
re: amicisq̧ amicos cōfligere, & plebem cum nobilitate & diuites inter seipsos & subditos Pyramides
ad paupertatem redigere, tyrannice est prauitatis. vt neq̧ sumptus fiat in custodia: & illi quo Sgypti.
tidianis molestiis occupati, vacare non possint ad consilia contra tyrānidos iucunda. Exē. Pypselide.
plum huius sunt Pyramides Egypti, et statue Cypselidarū & Olympi edificatio a Pisistra. Pisistratide.
tidis facta, & Polycratis opera circa Samum. hec enim omnia fuerūt instituta: ad ocium & Olympus.
quietem populorū tollēdam & ad inducēdam paupertatem. & tribunoꝝ pensio, vt etiam Sy. Policrates.
racusis factum est. Dionysio enim eam ciuitatem tenente: contigit Syracusanos in quinq̧ Dionysis.
99 annorū tempore cunctas facultates suas in soluendis tributis cōsumpsisse. ¶ Studet etiam Syracusani
bellum concitare tyrānus: vt negociis occupentur ciues: & indigentia ducis continuo deti. 7
100 neāt. ¶ Et regnū quidē per amicos seruatur. tyrāni autem est maxime amicis diffidere: qua 8
101 si velint omnes, possint autem maxime amici eum subuertere. ¶ Et que fiunt circa vlti. 9
mam popularem gubernationē: tyrannnica sunt omnia. vt facultas mulierū vt libet per do.
102 mos euagandi: quo reuelent virorum secreta. ¶ Et manumissio seruoꝝ eadem de causa. nō 10
enī insidiātur serui & mulieres tyranno. & si prospere degant: necesse est vtrosq̧ beniuolos
fore, et erga tyrannidem & erga popularem statum. nam & populus dominus esse vult.
103 ¶ Ex quo fit: vt adulatores apud vtrosq̧ in honore habeātur. apud populū quidē populi du. 11
ctor. est enim qui populum colit & ducit populi adulator. Tyrannoꝝ vero qui humiliter cō.
uersaē. quod est opus adulatoris. nā ppter hoc prauos amicos habent tyranni: quod adulatio
nibus gaudent. Id autem nemo faceret: qui mētem libero homine dignam. sed amant bo.
ni viri: vel non adulātur. & vtiles praui ad praua. clauus enim clauo: vt dictar prouerbium.
104 ¶ Nullo quidem honesto nulloq̧ libero delectari, tyrānicum est. se enim solum esse talem: 12
putat tyrannus. qui autem subditorum vel honestati student vel libertati: minuere excellē.
tiam atq̧ preeminentiā tyrannidis videntur. oderunt ergo illos tyranni: tanq̄ euasores po.
105 testatis sue. ¶ Peregrinos etiam in conuiuia & quotidianū vsum magis recipere q̄ ciues: 13
tyrannorum est. quasi illos quidem habeant hostes: hos vero non aduersantes. Hec & huius
modi a tyrannis fiunt, pro dominatiõe retinenda: nec quicq̄ omittunt prauitatis. ¶ Sunt 1
106 autem (vt ita dixerim) hec omnia tribus speciebus comprehensa. Tria enim conectat ty.
rannus. Vnum: vt animos imminuat ciuiū, paucaq̧ sapiant. nemo enim pusillanimus con
tra tyranum insurgit. ¶ Secūdum: ꝙ ciues inter se diffidentes reddat. non enim prius euer. 2
titur tyrannis: nisi ciuium aliqui inter se fidem habeant. quapropter & bonos viros perse.
quitur: quasi pestiferos & aduersarios dominatiõi sue. non solum quia non acquiescunt in
seruitutem viuere: verūetiam quia fides eis & inter se & ab aliis plurima adhibetur. neq̧ ac
cusant alios: neq̧ ipsi inter se accusant. ¶ Tertium: impotētia agendi. nemo enim impos. 3
sibilia sibi aggreditur. quare neq̧ tyrānidem tollere: si potentia desit. Ad quos ergo fines
referantur tyrannoꝝ consilia: tres isti sunt. Ad has enim suppositiones: tyrannica redigi
possunt vniuersa. Partim ne confidant inter se ciues. Partim vt potentia desit. Partim vt
107 pusillanimi efficiātur. Vnus ergo modus quo saluanē tyrānides: talis est. ¶ Alter vero mo 1
dus ex cōtrario fere iis que dicta sunt: curā adhibet. Est aūt dephēdere ipm ex regnoꝝ cor.
ruptione. vt enim regni modus corruptiõis vnus est, qui gubernatione ipsam regia magis

reducit ad tyrãnicam: ita tyrannidis conseruatio est/ ad regiam gubernatione magis eam
referre/vnum dũtaxat obseruando videlicet vt potentiã retineant/ per quam nõ modo vo
lẽtibus/verũetiam nolentibus dominari possit.nam si hanc abijciat simul abijcit & tyran-
num esse.sed hoc tanq̃ suppositionẽ quandã manere oportet.cetera vero partim facere/par
2 tim q̃optime simulare.vt regia gubernatio videatur.¶Primum eni videri cõmuniũ com- 108
modorũ curam habere non effundẽtem largitiones tantas/ vt ciues moleste ferant: quan-
do ab illis capiunt operãtibus ac laborãtibus in sua tenuitate/donant autem scortis & pere-
3 grinis ex histrionibus effuse. ¶Rationem reddant eorum que acceperint & expenderint. 109
quod iam factum est a quibusdã tyrannis. sic enim administrãs non tyrannus videbitur:sed
legitimus gubernator. nec erit ei formidãdum:ne quãdoq̃ sibi desint pecunie/cum sit do-
minus ciuitatis/ac si dispergerent tyranni ex propria domo. Et prodest hoc magis q̃ relin-
quere congregatas. minus enim custodes ipsi contra tyrãnum ob res ipsas insurgent.Sunt
autem formidabiliores tyrannorum custodes ipsis tyrannis/ cum ipsi foras aliquo proficis-
4 cũtur q̃ ciues.nam illi quidem vna proficiscũtur: hi autem manent. ¶Deinde redditus et 110
impensas apparare oportet:tum gratia diligentis administratiõis/ tum etiã vt si quãdo fue
rit opus/illis vti possit ad belli necessitates/omninoq̃ seipsum prebere custodem & dispen
5 satorẽ/non vt suarũ pecuniarũ: sed vt cõmuniũ & publicarũ. ¶Et videri velle non asperũ: 111
sed cum grauitate honestũ.& talem vt eum non timeãt obuij:sed magis reuereãtur.Hoc au
6 tem nõ facile est eum assequi qui facile fuerit cõtẽnendus. ¶Quapropter opus est:& si nõ 112
aliarum virtutũ/ac saltem ciuilis eum curam habere/ac talem de seipso opinionem afferre.
7 ¶Insuper non solũ ipsum videri nulli ꝓtinus ciuium contumeliã facere/neq̃ iuueni neq̃ 113
8 iuuẽcule:sed etiam nemini eorũ qui circa eum sunt. ¶Eodemq̃ modo se habere mulieres 114
suas circa ceteras mulieres. nam & per cõtumelias mulierũ:permulte iam tyrãnides peri-
9 runt.¶Et circa voluptates corporis contrariũ facere:q̃ nunc faciũt quidam tyranni. non so 115
lum eni statim ab aurora id agunt/cõuiuãturq̃ cõtinuo per dies plures:verũetiam appare-
re volunt alijs/q̃ ita faciant: vt eos tanq̃ felices beatosq̃ admirent. Sed in talibus maxima
erit moderatio adhibẽda: vel saltem videri ab alijs illa fugere.nõ enim facile iuadi potest/
10 nec facile cõtemni qui sobrius sit:sed qui ebrius. neq̃ qui vigilet:sed qui dormiat. ¶Con- 116
trariũq̃ agendũ est supradictorũ fere omniũ.corroborãda enim & ornanda ciuitas est ab eo
11 tanq̃ a curatore ac nõ tyranno. ¶Videri etiam oportet ipsum semper circa religionem deo 117
rũ affici vehementer.minus enim formidabũt populi:ne quid contra legem ab huiusmodi
patiant/si religioni deditum existimabunt principẽ/ad deorum reuerentiã curamq̃ habe-
re/ minusq̃ contra ipsum audebunt insurgere/ quasi deos habeat vltores atq̃ fauentes.
12 ¶Preterea oportet sine improbitate talem videri: atq̃ eos viros qui aliqua in re laudabili- 118
ter se gesserint/honorare.ita vt non existiment vnq̃ se magis honorari a ciuibus/suis legi
13 bus viuentibus potuisse.Hos autem honores ipsemet tribuere debet tyrannus. penas vero 119
14 & animaduersiões:per alios infligere/per magistratus videlicet ac iudicia. ¶Cõmunis ve 120
ro custodia ois dñationis vnius:est neminẽ vnum pre ceteris magnũ facere/sed ꝓfecto plu
res.nã seinuicẽ obseruabũt. Q̃ si quẽ extollere oporteat:non tñ eũ qui sit moribus audax.
15 nam hmõi morũ hoies aptissimi sunt ad inuadendũ circa res oẽs. ¶Si vero cuiusq̃ potẽtia 121
16 minuẽda est:modice ac non vno simul ĩpetu/ois potestas est auferẽda.¶Insup ab oi contu 122
melia abstinendũ:precipue tñ a duabus ne in corpus flagris/ neue in etatẽ libidine insultet.
Maximeq̃ id cauendũ in illis hominibus: qui honorẽ magni faciunt. nam in pecuniã illa-
tam iniuriã auari hoies grauiter ferunt: in honorẽ vero illatam & qui boni sunt viri/& qui
honorẽ magni faciũt:ꝑmoleste patiunt:quapropter aut nõ hmõi hominũ opera vtendũ est/
17 aut animaduersiones in illo patrio more/ac sine vlla contumelia fieri videãtur. ¶In etatẽ 123
vero ex amore videat esse couersatio/non ex licẽtia.oino autẽ quicquid pro dedecore habe
bit:impensione maiorũ honorũ est redimendũ. Eorum vero qui ad vim inferẽdam contra
corpus tyranni insurgunt:illi sunt maxime formidandi. & plurima opus est custodia aduer
sus eos qui ita dispositi sunt/vt amplius viuere nõ curent/cũ occiderint. Quapropter ma-
xime cauẽdum est ab iis:qui vel seipsos vel eos quos habeant charissimos contumelia affe-
ctos putant.sine vlla enim cura proprie salutis irruunt:qui per indignationẽ & iram aggre
diũtur/ queadmodũ & Heraclitus inquit/ durum esse dicens pugnare aduersus irã. vita eni

124 idemi. ¶ Cum vero ciuitates ex duabus consistant partibus, ex inopibus scilicet & opulentis: maxime quidem vtriusq; partis salutem propter principatū existimare oportet, atq; alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicūq; tamen eorum sint potentiores: ii precipue sunt in gubernatione vendicādi, ac velut proprii efficiendi. nam si hoc extiterit: neq; e seruis liberos facere compelletur tyrannus, neq; arma adimere. altera namq; pars tyranni po
125 tentie adiuncta: sufficiens erit ad superādos eos, qui contra insurgere vellent. ¶ Superfluū 19
autem singulatim dicere de omnibus istis. Intentio enim manifesta est q; oportet non tyrānicum, sed tanq̄ patrēfamilias & regem esse putari ab illis qui sub eo sunt, nec pro se capientē, sed pro cōmunis vtilitatis tutela & cura. Et mediocritatē in vita sequi, non exces
126 sus. ¶ Preterea egregios viros per familiaritatē sibi coniungere. plebem vero ac multitudi 20
nem per fauorem & gratiā in obsequio retinere. Ex his enim necesse est non solū principatum eius esse pulchriorē, & optabiliorē ex eo quia melioribus imperet & nō abiectis, neq; ex eo quod ipse neq; odio sit, neq; formidetur: verū etiam ex eo quia longiorem ac durabi
127 liorē eius principatū fore contingat. ¶ Insuper moribus talem esse: vt vel recte se habeat ad 21
virtutem vel semibonus quidam sit, & non malus sed semimalus.

DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

REgna (vt generaliter dicatur) saluātur ex cōtrariis eorum, que dicta sunt. specialiter autem
loquēdo per deductionē, eorum ad mediocrē quendā modum. ¶ Duos esse modos: qui
bus saluat, retineturq; tyraunis, ingens mortaliū pestis. Primus est: funestissimus: ex iis par
tim que pretacta sunt nūero 77, & duodecim tyrānorum cōprehendit, partim machinamē
tis partim ꝓprietatibus. que patēt in littera. & que idigna sunt, vt polluant chartā repetita. ¶ Machi
namēta tyrannorum ad retinendā per primū modum tyrannidē: ad tria, tres species, tresue fines reuo
cat. vt ciues inter se diffidant. vt potentia eis desit. vt pusillanimi fiant. ¶ Secundū modum ponit sal
uande tyrānidis atq; retinende. que vno & viginti simulatis obseruatiōibus, machinamētisq; cōpre
hendit. ¶ Primū vt q̄proxime potest tyrannus: ad regiā potestatē reuocet tyrannidē, eamq; imitetur. 1
retineat tamen potentiā: qua possit, nō modo volentibus, verūetiam & nolentibus dominari. ¶ Se 2
cundū. vt videatur cōmuniū cōmodorū curam habere: neq; prodige largas donationes scortis, pere
griuis histrionibus, & id genus hominibus effundere. ¶ Tertium est vt rationē reddat eorum que ac 3
cepit a populo, et eorum que expendit. ¶ Quartum. simulat gratia diligentis administratiōis, et ad 4
necessitates si ingruant: redditus & impensas apparare oportere, & omnino se prebere custodem &
dispensatorem, non vt suarū rerum sed vt communiū. ¶ Quintū. q; velit videri non truculētus & as 5
per, sed cum grauitate honestus: ita vt magis reuereātur obuii q̄ timeant. ¶ Sextum. q; curam habe 6
re videatur ciuilis virtutis, atq; iusticie. & de se talem efficiat opinionem. ¶ Septimū. q; nullos ciuium 7
videatur afficere iniuria: neq; aliquos illorū qui circa ipsum versantur. ¶ Octauū. q; sue mulieres. si 8
mili mō ad alias mulieres sese habeant. ¶ Nonū. q; videatur intēperantiā, crapulasq; & ebrietates fu 9
gere: & vigilantē in rebus se prebere. ¶ Decimū. q; corroboret & ornet ciuitatē edificiis, & locorum 10
munitionibus: vt curator, non vt tyrannus. ¶ Vndecimū videatur circa rem sacrā & diuinū cultum 11
affici vehemēter. verum oportet talem sine improbitate videri, ac simulatiōe. ¶ Duodecimū. Q; ta 12
lis videtur sine fictione iprobitateue vlla: et eos viros qui aliqua in re se strenue gesserint, honorare.
ita q; non existiment se magis honorari vnq̄ potuisse a ciuibus: qui legibus (quas ipsi tulissent) viue
rent. ¶ Tertiumdecimū. Q; honores illos ipsemet distribuit: & penas & aiaduersiones per alios vi 13
deri vult infligi, per magistratus videlicet atq; iudicia. ¶ Quartūdecimū. cauet quēpiam vnum ma 14
gnum pre ceteris extollere: & si quem extollere oportet, non eum tamen qui sit moribus audax.
¶ Quintumdecimū. Si cuiusq̄ potentia minuenda est: modice, & non vno impetu potestatē aufert. 15
¶ Sextumdecimū. A duabus iniuriis summope cauet: ne in corpora flagella exerceat, & ne in eta 16
tem libidine insultet, maxime in illis hominibus qui honorem magnificiunt. ¶ Septimūdecimū. Si 17
libidine alicuius etati insultauerit: ex amore cōuersatio esse videtur, & non ex potestate. & omnino ge
quid pro dedecore habebitur: maiorū horū impēsione redimit. ¶ Octauūdecimū. fouet vtramq; ci 18
uitatis partem, & opulentos & inopes: neq; sinit alteram ab altera lacessitum iri, eos vendicat ad ma
gistratus, qui eius partis sunt, que preualet, potentiorq; est. ¶ Nonumdecimū. Studet vt a subditis,
non tyrannus sed paterfamilias & rex esse putetur: nec pro se capere, sed pro communis vtilitatis tu
tela atq; cura, & mediocrē sequi vitam non excessum. ¶ Vicesimum. Egregios viros per familiarita 19
tem sibi conciliat: plebem vero ac multitudinē per fauorem & gratiā in obsequio retinet. ¶ Primum 20

Aristoteles. & vicesimum. moribus ta lem se monstrat: vt recte se habere videatur ad virtutē/vel semibonus qui-
dam & non malus/sed semimalus.

¶ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.



Yrannides vero seruātur duobus modis sunt qui accusant Aristotelē: sed forsitā parum iu 93
ste. nō enim tyrannidē probat: sed vbiq; damnat/accusat/infamat. neq; boc scripsisse sen-
tiendū est eum eo ingenio vt illis homines vtant/sintue illi tyranni. verū potius vt ipsi ty-
ranni cognoscant ex suis ꝓprietatibus q̄ misera q̄q; infelix & stygie/cuidam vere simillima
sit eorum vita. quam cognitā ceu infelicissimā/& vltimam vite conditionē fugiant/execrent & dam-
nent: & ad meliora resipiscant/quippe qui homines sunt ad meliora geniti/si nature dotes ad potiora
cōuerterent. Et inter duos tyrannidis modos continetur rex medius: ceu fortitudo inter temeritatē &
timiditatē/& vt clemētia inter crudelitatē & licētiosam impunitatē. primus in excessu: secūdus in de-
fectu. quare modi illi inter se contrarij vt morbus morbo/& vicium vicio: contrarij vero regno vt mor-
Aristoteles bi sanitati & vicia virtuti. ¶ Sed hoc tanq̄ suppositionē manere oportet. cū vtitur Aristoteles his ver 107
bis oportet/debet: nō precipit/sed ostendit dūtaxat quid faciunt qui secūdo modo tyrannidē conser-
uant sunt eni sophistici reges omnia simulātes/& reuera hypocrite: sic fallentes in subditoꝝ guberna
tione/ceu sophiste solent/in discipulorū institutione. nichil tamē prohibet eos ab imperitis subiectis
videri regibus meliores. vt & sophiste: ad impitis auditoribus & sophisticis prestigijs/ merisq; impo-
sturis demētatis/ipsis authoribus sapientiores. verū & rex & legitimus author/oia pro veritate & ni-
chil simulate: cū non sint vt appareant/sed apparent quia sunt. sed hec satis. ¶ Nam & per cōtume- 114
lias mulierū/multe iam tyrannides pierūt: sic per contumeliā illatam a Tarquinio Lucretie: tyrannide
sublata/respublica Rōana trāsijt ad cōsules. ex vita Publicole. Et ob cōtumeliā intētatā ab. C. Appio
virgini/obiecta seruitute/quo ad stuprandā virginē illi pateret aditus (illa autē erat filia Virginij) tyrā-
nis decēuiratus idētidem Rome sublata est. & varia alia: ex hystorijs passim se ingerūt exēpla.

¶De duratione tyrannidis & loco Platonis obscuro/& reprobatione Socratis, Cap. XII.



T qui omniū gubernationū breuissime durare solent paucorū potentia/ 128
Ortagoras. & tyrannis. Quippe illa que plurimo durauit tēpore/Ortagore & filiorū
Sicyonij. eius/qui apud Sicyonios tyrānidem habuere: ad centesimū vsq; annum p
uenit. Durationis vero causa fuit/q mediocritate quadam erga subditos
Clisthenes. vtebātur: multaq; legibus seruiētes agebant. Et quia aptus rei militari fuit
Pisistratus. Clisthenes: nō facile contēnendus habebat. plurimū vero cōuersatione &
Ariopagus. vsu familiari atq; cura: fauorē & gratiam populi acquirebat. Fertur quidem Clisthenes co-
73 ronasse iudicē: qui victorie illius cōtradixerat. Aiunt quidā huius iudicis statuā esse illam
Corynthus. qui in foro sedet: Pisistratus quoq; fertur: aliquādo apud consiliū Ariopagi citatus/iudiciū
Cypselyde. subiisse. ¶ Secūda vero apud Corinthū Cypselidarū tyrannis. nam ea durauit annos tres &
Cypselus. septuaginta & menses sex. Cypselidus enim ipse: tyrannidē exercuit annos triginta. Periā
Periander drus vero quadraginta quattuor. Psammeticus autē Gordij annos tres. causa vero duratio-
Psāmeticus. nis eadem fuit. cū eni populi ductor esset Cypselus/hac gratia apud multitudinē preualuit:
Gordius. vt a principio principatus sine vlla corporis custodia/in dominatiōe perseueraret. Perian-
Cypselus. drus autē eius filius magis tyrannice suggessit: sed erat vir bello egregius. ¶ Tertia pisi-
Pysistratide. stratidarū Athenis. hec autē non fuit cōtinuo: bis enim ex tyrannide pulsus fuit Pisistatus.
Athene. Itaq; ex annis triginta tribus: solos annos septem & decem tyrānidem exercuit. Filii vero
Pysistratus eius annis decē & octo: atq; ita oēs simul fuerunt quinq; & triginta. ¶ Ex reliquis vero illa
Syracuse que apud Syracusas fuit: Hieronis/& Gelonis. sed non longa fuit. hec annis enim nō am-
Hieron plius q̄ duo de viginti durauit. Gelon enim septē annis cum tyrannidē exercuisset: octauo
Gelon. defunctus est. Hieron autē decem. Thrasibulus vero mense decimo excidit. ceterorū vero:
Thrasibulus tyrānidū plereq;/breui tēpore durauerūt omnes. ¶ Que igitur sint tam circa gubernatio
17 nes plurium q̄ circa gubernationes vnius solius/per que & corrūpantur & seruentur: fere
18 de vniuersis dictum est. ¶ In republica vero Platonis: Socrates de mutationibus loquitur/ 129
35 nec tamen recte. illius enim reipublice que est optima atq; prima: mutatio nulla propria as-
18 signatur. inquit enim causam esse mutationis: quia sic natura comparatū sit/ vt nichil per
8 maneat/sed in ambitu quodam temporis mutationē recipiat. Esse vero principiū horū in-
10 quit: quorum sesquitertium fundum quinario coniugatum/ duas exhibet harmonias: in-
Socrates. quiens quando numerus diagrammatis huiusmodi efficiatur solidus. vt puta natura/pro-
Hoc ergo. hoc vltimū. ducente prauos: & meliores disciplina: hoc ergo forsan inquit nō male. Fieri autem potest:

vt sint aliqui quos disciplina institui ac bonos fieri, viros impossibile est. Sed hec quomodo
propria mutatio esset illius reipublice quam optimā esse dicit: magis q̃ aliarum omniū, et
vniuersorū que fiunt etiam in tempore, propter quod (inquit) omnia mutari. & que nō si-
mul incipiūt: simul quoqꝫ mutātur. ceu si pridie mutationis facta: simul forte mutantur.
¶ Preterea quam ob causam ex illa transit ad Lacedemoniorū rempublicā, plureis enim in
contrariam trāseunt respublice omnes: q̃ in ea que sit propinqua. eadem ratio est de aliis
quoqꝫ mutatiōibus. Ex Laconica enim inquit mutatio fit ad paucorū potentiā: ex ista vero
ad popularē statum. ex illo rursus ad tyrānidem. Atqui & econuerso mutanť ceu ex popula-
ri in paucoꝝ potētiam: & magis quidem q̃ in vnius gubernationē. ¶ Preterea siue tyran-
nidis mutatio sit siue non sit: non dicit propter quam causam: nec in quam reipublice spe-
ciem transit. Huius vero causa est: ꝙ non facile dicere valebat. indeterminatū enim. nam se-
cūdum eum oportebat: in primā & optimam. sic enim vtiqꝫ fieret cōtinuo circulus. sed mu-
tatur in tyrannidē tyrannis: vt ea que apud Sicyonios ex Myronis tyrannide in Clisthenis. Sicyonij.
Et in paucorū potētiam: vt illa que in Chalcide fuit Anticleontis: & in popularē statū: vt il- Myron.
la que Gelonis fuit Syracusis. Et in optimates: vt illa que Carilari apud Lacedemonios & Clisthenes.
carthaginēses. & in tyrānidem fit mutatio ex paucoꝝ potentia: vt in Sicilia plurime vetu- Chalcis.
starū. in Leontinis in Panetii tyrānidem. & apud Gelam: in Cleādri. & apud Regium Ana- Anticleon.
xilai: & in aliis cōpluribus ciuitatibus eodem modo. ¶ Absurdū etiam est putare in pauco- Gelon.
rū potentiā ideo transire: quia homines cupidi & pecuniarū studiosi, in magistratibus ver- Syracuse.
senť: ac non quia plurimi diuitiis supabundantes, non iustum existimēt par habere in ciui- Charilaus
tate eos qui non habent facultates & eos qui habent. In multisqꝫ paucoꝝ potentiis non li- Lacedemonij
cet cōgerere: verum leges posite sunt id prohibētes. apud Carthaginē autem que populari- carthaginēsas
ter gubernať, pecuniis student: nec tamen adhuc mutati sunt. ¶ Absurdum etiam dicere: Sicilia.
duas esse ciuitates sub paucorum gubernatione opulentoꝝ & inopum. Quid enim aliud Leontini.
huic: q̃ laconice accidit, vel alteri cuicūqꝫ, vbi non omnes equalia possideant, aut non om- Panetius.
nes equaliter sint boni viri, nullo autem pauperiore facto: nichilominus transmutātur ex Gela.
paucoꝝ gubernatione ad popularē statum, si plures sint inopes. et ex populari in paucorum Cleander.
potētiam: si potentiores sunt opulenti q̃ multitudo, & alteri negligant alteri intendant. Regium.
¶ Cūqꝫ plures sint cause ex quibus mutationes fiunt: eas nō dicit, sed vnā solum ꝙ prodi- Anaxilaus.
galiter viuentes vsuris cōfecti, pauperes efficiunť. quasi vero fuerint omnes ab initio diui- Carthago.
tes: vel plurimi eorū. sed hoc falsum. Sed quādo eorum qui duces sunt, quidam patrimonia
cōsumpserint: res nouas moliunť. quādo autem alii: nichil graue accidit. & mutātur nequa-
q̃ magis aliquando in popularē statum, q̃ in aliam speciem gubernationis. Insuper vero &
si honores vna cum aliis non capiant, si iniurias inferant, si cōtumeliis afficiant: seditio-
nes oriūtur & mutationes in republica. Eiunt etiam (etsi nulla dissipatio patrimonii inter-
cesserit) ex eo ꝙ liceat (quicquid volunt) efficere. cuius rei causam esse ferunt nimiam liber-
tatem. ¶ Cunqꝫ plures sint paucorum, plures etiam populi gubernationes: tanq̃ vtraqꝫ vna
sit, mutationes assignat Socrates. Socrates.

¶ DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

128 Erumpublicarū, regni scilicet optimatū, censu potestatum, tyrannidis, paucoꝝ potentie,
r & popularis gubernatiōis paucissime durationis sunt paucoꝝ potētia & tyrannis. id ostē-
dit de tyrannide Sycionioꝝ: que fuit Orthagore & filiorum eius que longissima fuit. que 100
ad annū solum puenit centesimū. de Corinthia que fuit Cypselidarū: annoꝝ triū & septuaginta. De 73
attica que fuit Pisistratidarū annoꝝ triginta triū, nōnullis interruptis. De Syracusana Hieronis & Ge- 33
129 lonis: annoꝝ decem. & octo. & breuiusculo cōcludit epilogo. ¶ Locum numeroꝝ obscuroꝝ, in octa- 17
uo de republica Platonis carpit: vbi Socrates reipublice sue optime mutationis causam esse dicit. cū
epitritū fundū qnioni cōiectum, duas prebet harmonias. quādo numerus hmōi dragmatis efficiatur
solidus. quasi natura pducente qñqꝫ paruos & meliores ad disciplinā. ita certe naturā pducere: non
forte male asseruerit. Attamē de optime reipublice mutatione: nō recte. ¶ Primo. quia nullā proprie
mutationē assignat. quomodo enim ppria mutatio illius reipublice esset magis q̃ aliarū omniū, & vni-
uersoꝝ etiam qui sunt in tēpore, p quod (ait) oīa mutari. & que nō simul fieri ceperūt: simul mutanť.
ceu si quedā priore die mutatiōis facta: vna cū aliis mutanť. ¶ Scdo. quia nichil cause est: cur ex illa
trāseat ad Lacedemonioꝝ rēpublicā. nam sepius in cōtrariā transeūt respublice oēs, q̃ in eam que sit

propinqua.eadem quoq; ratione:de alijs mutationibus errat. inquit enim ex Lacedemonica:mutatioñe fieri in paucorũ potẽtiam.ex qua:in popularẽ statum.ex hoc rursus in tyrannidẽ.atqui & ecõtrario mutant:ceu popularis in paucorũ potentiam/& magis quidem q̃ in tyrãnidem.Tertio quia an tyrannidis mutatio sit/an non sit:propter quam causam id demũ sit/non dicit/ nec in quam speciem reipublice transit.quia forsitan non facile dicere valebat(indeterminatũ enim id est) s̃m tamen ip̃m oportebat dicere Tyrannidẽ in optimam illam rempublicã transire.verum & tyrannis in tyrãnidem mutat:vt apud Sicyonios ea que fuit Myronis transijt in Clisthenis tyrannidẽ.transit & in paucorũ potentiam:vt illa que Chalcide fuit Anacleontis.& in popularẽ statum: vt Syracusis illa que fuit Gelonis.et in optimates:vt Lacedemone illa que fuit Charilai/ita & que Carthagine fuit. transit etiam paucorũ potentia in tyrannidem:vt in Sicilia plurime priscis tẽporibus. Apud Leontinos transijt in tyrannidẽ Panetij.apud Gelani in tyrannidem Cleandri.& apud regium/anaxilai.& in alijs ciuitatibus:eodẽ mõ.℄ Quarto.quia absurdũ est putare ideo transitũ fieri in paucorũ potẽtiẽ/ quia homines cupidi & pecunijs inhiantes/in mgr̃atibus versant: ac non potius/quia cõplures diuitijs abũdantes/ existimant id nõ esse iustum/vt ij qui facultates habent & qui nõ habent eque republica participẽt/ & rerum administratiõibus.verum in plerisq; paucorũ potentijs: non licet cumulandis pecunijs inhiare/sed leges posite sunt que id vetant.& apud Carthaginem populariter viuũt ac pecunijs student: nec dum res eorũ publica mutata est.non igitur id cause est:transitus in paucorũ potẽtiam. ℄ Quinto.id etiam nõ recte dicit:duas esse ciuitates sub paucorũ gubernatione/opulentorũ scilicet & inopũ. Sed quare igitur Laconica erit vna? quid enim huic magis q̃ Laconice accidit/vel alteri cuicũq; vbi non omnes equalia possident/aut vbi non omnes eque boni sunt viri? nullo certe pauperiore facto:nichilominus paucorũ potentia/in popularem transit gubernationẽ: si plures/potẽtioresq; sint inopes. & contra/popularis in paucorũ potẽtiam: si potẽtiores opulenti & hi reipublice intẽdant/& illi negligant.vna igitur gubernandi species dicenda/non iccirco due:quia sint opulenti & inopes.℄ Sexto. quia cum plures cause sint mutationũ rerumpublicarũ:vnam solam dicit Socrates. q̄ p̄dige viuentes/vsuris cõfecti:pauperes efficiãtur.quasi vero omnes vel q̃plurimi ab initio fuerint diuites.hoc autem falsum est.sed quãdo primores presidesq; aliorũ facultates cõsumpserint:res nouas moliri aggrediũtur.verum quãdo alij suas dissipant:nichil hic reipublice periculi iminet.& si mutant: nichilo magis mutãtur in popularem statũ/q̃ in aliam quãlibet gubernatiõis speciem.Preterea nõ solum ob effusam prodigãq; vitam/seditiones mutationesq; rerumpublicarũ oriũtur. verum etiam si honores vna cum alijs nõ capiunt/si alij iniurias inferant/si cõtumelijs afficiant fiunt etiam nullo ad facultates pertinẽte consumpto/ob nimiam licẽtiosamq; libertatẽ:cum cuiq; quod vult facere licet.Constat igitur: causam illam mutationũ non esse sufficientẽ.℄ Septimo.quia cum plures sint paucorũ potentie species/& plures popularis vt capite quinto & sexto quarti visum est:Socrates tanq̃ paucorũ potẽtie vnica sit species & popularis vnica/mutatiões assignat. Que igitur de mutatiõibus rerumpublicarũ in libris de republica Platonis affert Socrates:manca sunt atq; insufficientia.

℄ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.

Marsilius.
Leonardus.
Thermacides
Epitriton.
Plato.

ESse vero principiũ horum inquit:quorum sesquitertiũ fundum,quinario cõiugatum.grece 129
habet.αρχην δε ειναι τουτων ων επιτριτος πυθμην πεμπαδι συζυγεις δυο αρμονιας παρεχεται.vbi quia πυθμην radicem/propaginẽ/solidum/fundum significat:aliqui iterpretant radix vt Marsilius/alij propago/alij cubus vt Leonardus/alij fundum vt Thermacides Pythagoreus. Epitriton pythmena itelligit Plato septenariũ:qui quinario copulatus duodenariũ restituit. verũ qui septenariũ propaginẽ vocat sesquitertiã.non absurde id forsan.nã septenarius propago est 4 & 3: in quibus sesquitertia ratio & cõsonantia Diatessaron consistit.& quinarius p̄pagatur ex 3 & 2:in quibus sesqualtera ratio & cõsonantia Diapente cõperitur.si quis etiã interpretet επιτριτος πυθμην sesquitertiũ fundũ:id accõmodate videtur.nam Pythagorici(quos imitat Plato)minimos alicuius rationis numeros fines appellãt & fundũ.fundũ quidem:q̄ vt vas super fundum/sic numeri omnes rationis eiusdem super illos adiũgantur.modo septẽ: minimos nũeros cõsonantie Diatessaron & sesquitertie rationis cõtinent/vt fines & fundũ omnium similiũ rationũ. & quinq; minimos cõsonãtie Diapente/ & r̃onis sesqualtere. quare septenarius:sesquitertiũ fundum cõuenienter intelligetur/similiter & sesquitertia radix.nam primus continet limites/terminos/& radices sesquitertie rationis. cubus autem nullo pacto quadrare potest.nam cubus est is numerus qui ex ductu & reductu alicuius numeri in se p̄creatur:vt bis duo bis/& ter tria ter que sunt 8 & 27/duo cubi.quod nullo modo septenario cõuenire potest.q̃uis vt dictum est:Pythmen nunc radicem/nunc propaginẽ/ nunc fundũ nunc solidum significet.littera igitur in hoc vocabulo:non ab re est castigata.verum quia in locum Platonis de nu-

metis obſcuris incidimus (de quibus ꝓuerbiū:cū quid admodū difficile & incōprehēſibile oſtendiť
nūeris Platonis obſcurius)vt in p̄cedētibus annotatiōes cōtraximus/ita hic aliquātulū ꝓpter nume
rorꝫ curioſiores extendemus. Et locū illū Platonis ex octauo de republica adijciemus. ſic em̄ habet.
difficile quidē eſt ita conſtitutā ciuitatē e ſuo ſtatu moueri. verū cum oē qđ genitū eſt/corruptioni ſit
obnoxiū.talis etiā cōſtitutio ſemp manere nō poterit/ſed ſolueť.Solutio vero hec eſt:non ſolum circa
plātas ſed terrena etiā aialia/fertilitas & ſterilitas anime corporūq; cōtingit. qn̄ cōuerſiōes ſingulis cir
culorꝫ cōiunxerint ambitus/ijs quidē que breuioris ſunt em̄ breuiores/contrarijs vero cōtrarios.illi ve
ro quos ad ciuitatis gubernationē educauiſtis:q̄uis ſapiētes fuerint/nichilomagis veſtri generis fecū,
dam gn̄ationē vel ſterilē rōnem vna cum ſenſu cōprehēderēt. ſed latebit eos oportunitas generādi:
et plerūq; cum nō oportunū fuerit/gignēdis filijs operā dabunt.eſt autē ei quod diuinitus generādū
eſt circuitus/quē nūerus cōtinet pfectus.hūane vero geniture: is vtiq; in quo primo augmētationes
ſupantes tres & ſuperate/tres diſtātias atq; quattuor terminos accipiētes/ſimilantiū & diſſimilantiū/
et creſcentiū & decreſcentiū coniūcta/correſpōdentia & cōparabilia inuicē effecerūt.quorꝫ ſeſquiter
tia radix quinitati cōiuncta:duas harmonias p̄bet/ter aucta vnam quidē equalē equaliter/centū cen
ties/alterā vero inequalis quidē longitudinis ſed ob longiorē/centū quidē numerorꝫ a Diametris cō
parabilibus quinitatis/ſingulis indigētibus vno/duobus vero qui nō ſunt cōparabiles. centū vero cu
borū trinitatis ipſius.vniuerſus aūt iſte nūerus geometricus:talē authoritatē habēs/ad potiorē dete,
riorēq; generationē vim habet.qđ ſi ciuitatis veſtre cuſtodes ignorauerint/nec oportuno in tp̄e ſpon
ſas ſpōſis coniūxerint:haud quaq̄ ingenioſi feliceſue pueri inde naſceť. ¶ Propter curioſiores(vt di
ximus)pauca adiūgemus:per que aſſurgere ſe putāt ad horꝫ intelligentiā/Ambitus/circuituſq; circu,
lorꝫ ſm Platonicos/motus ſint orbiū celeſtiū.et iuxta apoteleſmata loquiť aſtrologorꝫ & ritum gen,
tiū:qui volebāt horas gignendi/aſtrorꝫ(precipue ſeptem)obſeruatiōibus ꝓſperas. eligi & reuera/mo
tus orbium celeſtiū & circuitus illos agnoſcere/vt ipſius artificis admiremur & potentiā & ſapiātiam:
non eſt vanū ſed liberale.verū vaticinari ex illis querere/& futili cōiectura diuinū ſcrutari velle ſecre
tū:vanū. ¶ Volunt Platonem cū dicit.eſt autem ei quod diuinitus generandū eſt circuitus/quem nu,
merus cōtinet perfectus.de numero pfecto locutū aut ſeculorꝫ/annorꝫ/mēſiū aut dierū ſoli deo cer,
torꝫ atq; cognitorū:alij vero tanq̄ quippiam impudēs coarguūt:quippe qui diuinis nō interfuerit cō,
filijs.vt momēta ſeculorꝫ agnoſceret que pater in ſua poteſtate poſuit. ¶ Argumētationes ſupantes:
ꝓportiones cum maius cōparatur ad minus.ſuperare vero:contra. vt augmētationes ſuperātes:du,
ple/ſeſqualtere/ſeſquitertie.ſuperare:ſubduple/ſubſeſqualtere/ſubſeſquitertie. ¶ Diſtantie appellanť
interualla proportionū.termini autē:numeri proportionē cōtinentes.vt 27.18.12, 8: quattuor ſunt
termini/et tres diſtantie triaq; interualla.vnum ſeſqualterū interuallum a 27 ad 18. alterum ſeſqual,
terū ab 18 ad 12.tertium interuallū ab 12.ad 8 identidē ſeſqualterū. ¶ Sunt numeri perfecti/ſunt ſu,
perātes/ſunt ſuperati/ſunt ſimiles/ſunt diſſimiles/ſunt diametrales/ ſunt diminuti/ſunt equilateri/ſunt
inequilateri/ſunt ſolidi/ſunt ſperales/ſunt diametrales/ ſunt femine/ſunt maſculi. qui ex Nichomaco
qui ſint:fere omnes agnoſci poſſunt/exceptis paucis/& de quibus infra aliquid dicetur.perfecti ſunt:
quos ſue partes ex quo teſtituūt/ſuperantes ſunt.qui rationē habent inequalitatis maioris.ſupati qui
minoris.ſimulātes:ſimiles.quorū latera ꝓportionalia diſſimilantes:diſſimiles.quorū latera diſpropor
tionalia.ſimilitudinis rationē diffugiunt creſcentes & decreſcētes abundantes & diminuti. Abundā,
tes numeros: ſue partes ſimul excedunt. A diminutis vero:omnes partes ſimul excedūtur.equilateri
ſunt:trigoni/tetragoni/pentagoni & huiuſmodi ſimiles oēs:inequalteri. vt altera parte longiores/&
ante longiores et ijdem ſunt plani numeri.ſolidi ſunt:qui longitudini & latitudini craſſitiē addunt. vt
cubi/pyramides/columne/ſerratiles & id genus ſpherales:ſolidi/in ſuam radicē finiētes. vt ſolidi qui,
nariorū & ſenariorꝫ.Diametrales poſtea cognoſceť.maſculi:impares.femine:pares. ¶ Similātes nu
meri ſiue ſimiles:etiam dicūtur trigoni trigonis/quadrati quadratis/et cubi cubis. & ſimiles etiam in,
equilateri.quorū latera ſunt proportionalia.diſſimilātes inequilateri·quorum latera non ſunt propor
tionalia:quare exigui diagrāmatis ſuprapoſiti:id eſt 27.18.12.8.ſimilātes ſunt.nam vtriq; cubi & me
dij diſſimilantes.ſunt enim inequalteri:quorū latera non ſunt proportionalia.Sunt autem proportio
nalia:quando vt longitudo ad longitudinem/ita latitudo ad latitudinem,vt 6 & 24 ſunt proportio,
nalia.nam ter duo 6.longitudo ſenorum/tria:& latitudo duo.longitudo 24/ſex: et latitudo quattuor.
ſiquidem ſexies quaterna:24 ſunt. & vt ſex ad tria longitudo ad longitudinē.ita quoq; 4 ad 2 lati,
tudo ad latitudinē.nam vtrobiq; ratio dupla.proportionalia igitur.ſed 18 et 12 longitudines laterum
ſeſqualtere.nam 6 & 4.latitudines autem eedem atq; equales.nam 3 & 3.non igitur ꝓportionalia.
ſunt igitur numeri 18 et 12 diſſimilantes. ¶ Seſquitertia radix ſeſquitertiū fundum:ſeptenarius eſt cō
tinet enim quattuor & tria:inter que eſt ratio ſeſquitertia & quinarius fundum/& planities ſeſqualte,

Platonis ob,
ſcuri.
Ambitus cir,
culorꝫ.
Nugamenta
mulaꝝ.
Numerus pfe,
ctus.
Augmentatio
nes ſupantes.
Tres diſtantie
quattuor ter,
mini.
Similantes.
Diſſimilātes.
Creſcētes.
Decreſcentes.
Seſquitertia ra
dix.
Due hermo,
nie.
Cenū centies
Potior & dete
rior gn̄at.o.

oo 6
oo
oo
oooo 24
oooo
oooo
oooo
oooo
oooo
ooo
ooo
ooo 12
ooo
ooo
ooo 18
ooo
ooo
ooo

6	24	Oblongissimiles.
3	6	Dupla. Longitudines.
2	4	Dupla. Latitudines.
4	6	Sesqualtera. Longitudines.
3	3	Equale. Longitudines.
12	81	Inequilateri dissimiles.

re.nam continet 3 & 2:inter que primũ ratio sesqualtera cõperitur.q: eñ
vterq; numerus planities sit:manifestum est.nam quinarius:primus est in
numeris pentagonus.et septenarius:primus heptagonus vterq; igitur pla
nities.continet igitur septenarius vnam consonãtiam/scilicet Diatesseron
que in epitrito/ sesquitertioq; a musicis collocatur.et quinarius vnam/dia
pẽte:que collocatur in hemiolio/sesqualteroq;. et quia septenarius & qui-
narius compositi/ duodenarium cõstituunt: duodenarius profecto duas
continet exhibetq; harmonias/ Diatessaron scilicet & Diapente/ estq; vt
diapason.quippe cum Diapason ex diatessaron & diapente coalita sit cõ
sonantia. ¶ In numero fatali quem centies cẽtum nominat/ id est decem
milia:quia superficies sit centenarij.est enim primũ vnitas:vt punctus.de
narius:vt linea.& centum:vt superficies.mille vt corpus denarij.rursus de
nario secunda vnitate facta vt puncto.centum est linea.que in se ducta:
centies centum/hoc est decem milia.vt superficiẽ producit ducta rursum
in suam quidẽ superficiẽ decem milia producit decies centena milia/ cor
pus centenarij. est enim 100000 centesimus cubus: et est cubus trinita-
tis.nam.1.10.100:tria.ex prima/secunda/et tertia vnitate. & centenarij cu
bus immo om̃is cubus:ad trinitatem pertinere censet.q: trina sit eiusdem
replicatio/repetitioq; vt vnũ vnice vnum/bis duo bis:ter tria ter/estq; om
nis cubus/equalis equaliter equalis. ¶ Diametros cõparabiles quinitati dicit: latus primi in numeris
1 expressi quadrati/scilicet 2 & diametrũ 3:qui comparationẽ rationis sesqualtere habent/ & simul sunt
10 quinq;. et 5 sequens latus et diameter 7:comparationẽ non habent in harmonia.ideo duo prima p
200 portionalia sunt/duo sequentia improportionalia. ¶ Potior generatio:aureum genus. Et ex duobus
10000 bonis/vult Plato prolem nasci bonam/ex duobus malis malã.ex bono & malo:neq; oino malam neq;
1000000 oino bonã.bonos intelligũt Platonici & Pythagorici: equalteros/quadratos/cubos/perfectos/ipares
1728 et id genus.oppositos vero cẽsent malos. ¶ Vniuersũ hũc geometricũ numerũ dicit Plato magnam
vim habere:ad plem bonã & non bonã.quia in eo ipares sunt & pares/equilateri/inequilateri/plani/
oblongi/solidi/laterales/geometrales/cõsonantie potiores & deteriores. ¶ Magnũ vnum numerũ fa
talẽ Platonis appellant 1728 solidũ duodenarij.qui & totus solidus est.a quo si primã figurã id est 1
demis/et residuo adijcis vnitatẽ:fiet nũerus 729 solidus/cubusq; nouenarij.& sic ab eodẽ magno nu
mero auferas duas primas figuras/17.relinquũtur 28.cui nũero detrahe vnitatẽ:superunt 27 cubus
ternarij.vides igĩ quopacto hic magnus nũerus cõfectus est ex radicibus ternaria nouenaria & duo
denaria i duodenaria neq; excrescẽs neq; deficiẽs i nouenaria:vno deficiẽs.in ternaria:vno abũdãs.

Numerus fatalis	1723	727	27
Latera cubica	12	9	3

¶ Et hi tres nũeri 3.9.12. dignitatẽ habent.ternarius quidẽ:q: prima sit expressio trine monadis. no
uenarius:q: ternarij equalis proles/& primus impariũ nũerorum quadratus.12 vero:quod pfectissimã
cõtinet harmoniã.nã diapason.que/quia pfectissima cõsũmatissimaq; est. ideo vniuersi est/& ab vni
uersis nomẽ retinens.hoc eñ numero regiĩ mundus.verũ hi numeri/17 28/17 29/27:quia triũ pre-
dictorum sunt solidi/iccirco rerũ status designant.vltra enim corpus non trãsit magnitudinũ potestas.
estq;.27.primus impariũ cubus.729.cubus primigenee equalitatis ternarij: id est cubus nouenarij.
1728 vero:duodenarij cubus est ac solidus quivniuersi numerus esse iã dictus est.eius igitur solidus:
cõplementũ/statũq; vniuersorum apud Platonicos significat.verũ quãdo status ille adueniet/ et quã
do completi erunt omnes eius numeri/ & ad suum solidum id est finem processerint/ vltra quem nõ
procedent sed stabunt oia soli deo cognitũ est.hec paucula de Platonicis.pro obscurorũ numerorum
suspicionibus.verum finem sumus facturi:si adhuc pauca adiecerimus de numeris diametralibus co
gnoscendis(quia rarior est eorũ cognitio)& eorum pprietatibus.deinde si magnũ diagrãma Platonis/
id est magnã numerorum descriptionẽ/inceperimus.hinc exordium sumentes.

Quadrati diametrorum	49	1681	Quadrati dia.	9	289	9801
Dupli quadratorum	50	1682	Dupli quad.	8	288	9800
Quadrati impares.	25	841	Quadra.pares	4	144	4900
Coste	5	29	Coste	2	12	70
Diametri	7	41	Diametri	3	17	99

Vnde Coste quadratorum sumantur	1	2	5	12	29
	1	3	7	17	41
	1	3	7	17	21
Vnde diametri diametralesq; numeri	1	2	5	12	29
	1	2	5	12	29

Vnitas primus est quadratus. & quia est summa equalitas: iccirco costa/diameter/& quadratũ coincidunt/suntq; vnitas. quare illa tria eque potentia. vnitas autẽ omnipotens/& omnium creatrix numerorum & in nullis aliorum quadratorum: hec tria Costa/diameter/quadratum coincidunt. sed quadratorum pariũ diameter duplo vnitate amplius plus potest q̃ costa. & quadratorum imparium duplo vnitate minus potest. id autẽ dico in quadratis & diametris numerorũ. nã in magnitudinibus. perpetuo diameter duplũ potest ad costã quadrati/neq; excrescit quicq̃ neq; deficit: vnde fit: vt hac lege/coste quadratorum & eorũ diametri habeant accipe costam quadrati & illi iunge diametrũ: habes costã sequentis quadrati. vt quia vnitas fuit costa primi quadrati & vnitas eiusdem quadrati diameter: iccirco si vnitatem vnitati addas: fiet binarius/& costa secũdi quadrati. diametrus vero nascitur si precedentis quadrati diametro bis latus suum/suãve costas addas. vt si secundi quadrati diametrum queras /quia primi q̃drati diameter est vnitas & costa idẽ:idẽ vnitas: iccirco si vnitati bis vnitas addatur fiet/ternarius secundiq; quadrati diametrus. & hac lege: cetere tum coste tũ diametri peruestigantur. nihil igitur mirum: si diametri potentia dupla sit/aut ferme dupla ad coste potentiam. nã & bis in sua cõpositione costam recipit non eiusdem tamen sed precedentis quadrati. & hec ex superiore figura facile dinoscunt. Aliter autem: si cõtinua serie desideras costas quadratorum. dupla secundi quadrati costam scilicet binarium & illi adiice costam primi quadrati & surget costa tertij quadrati/videlicet quinarius. quem deinceps si duplaueris & illi adieceris costam precedentis scilicet secundi quadrati emerget latus costaq; quarti quadrati. & hunc in modum deinceps: vt subiecta monstra formula.

1	2	5	12	29	70	169	408	985	1586	coste quadratorum

¶ Et simili artificio diametros continuabis. si secundam diametrum duplaueris id est ternarium & illi adieceris diametrum primi quadrati que est vnitas: nascetur quoq; septenarius/diametrus scilicet tertij quadrati. quã si duplaueris & illi rursus adieceris diametrũ precedẽtis quadrati scilicet secũdi: nascet quarta diametrus: & hoc pacto in infinitum. vt hac ad denariũ vsq; diametros deprehendes figura.

1	3	7	17	41	99	239	577	1393	3363	diametri quadratorum

¶ Quo fit vt costas ex costis & diametris & diametros ex diametris & costis: si velis elicias. & costas ex solis costis: & diametros ex solis diametris. Fit etiam ex coste quadratorũ: impares sint atq; pares. & quadrati qui a costis paribus sumuntur (vt iã quoquo pacto dictum est) duplo atq; vnitate superẽtur a quadratis suarum diametrorum. qui vero a costis sumuntur in paribus superentur quidem sed vnitate minus q̃ duplo. quadratis igitur costarum continuo sumptis in numero pari/quotquot numero sint totidem numero diametrorum quadrati dupli. estq; coniunctarũ hoc pacto diametrorũ in numeris/potentia ad totidem cõtinuo iunctas in numero pari costas dupla: in numero autẽ ipari aut vnũ excrescit aut vnum deficit a duplo. Omnes diametri sunt impares: & precedẽtis costa / sui quadrati costã superantes. Notũ & id etiam esse potest omne magnitudinis quadratũ vim paris & iparis retinere & nature esse cõposite & minime simplicis totũq; vt impar esse. siquidẽ ex pari & ipari cõpositũ: impar. & oẽm diametrũ. vim retinere duorũ impariũ: totãq; esse vt parem numerũ. Et pleraq; eiusmodi facile intelligantur. ¶ Ceterorum vero numerorum tum parium tũ imparium vbi hac arte coste nõ reperiunt: quadrati diametros surdas ac irrationales habent nulloq; numero assignabiles. & ꝑinde etiam quadratos illarum diametrorum (geometrarum more) surdos appellare liceat. q nulla ratiõe eorum radices/tetragonica latera repetiantur. vt ex subiecta quoquo pacto agnosci potest descriptionis forma.

A: quadrati/quorum diametri/latera sunt tetragonica & quidem surda numerorũ B/secundo loco suppositorum.

Quadrati rationales	A	16	36	64	100	196	256
Quadrati surdi	B	33	73	129	201	393	513
Dupli quadratorum D:	C	32	72	128	200	392	512
Quadrati pares surdarum diame.	D	16	36	64	100	196	256
Coste pares quadratorum D.	E	4	6	8	10	14	16

Consimilia in quadratis imparibus & costarum imparium.

Quadrati surdi	E	17	97	161	241	337	449
Dupli quadratorum H.	G	18	98	162	242	338	450
Quadrati impares surdarū dia.	H	9	49	81	121	169	225
Coste impares quadratorū H.	I	3	7	9	11	13	15

¶ Dicti sunt superiorū descriptionū nūeri B et F, vt verbi causa 33 et 17, quadrati surdi: q̄ nulla ratione eorū tetragonica latera in numeris assignari possint. Sed dices: tetragonicū latus 33 cadere inter 5 et 6, & latus 17 inter 4 et 5: et q̄uis inter 5 et 6, item inter 4 et 5 nullus integer queat īueniri numerus: inter tamē 4 & quinq; numerus & minutie intercipiūtur. vt 4 & vna secūda. quorū simul quadratus est 20 & vna quarta, magis accedēs ad 17 q̄ quadratus lateris 5. item 4 et 5, intercidūt 4 & vna tertia. quorū simul quadratus, 18 et 7 none, magis iterū accedēs ad 17. rursum 4 et 5 intercidunt (verbi causa) 4 & vna sexta. quorum quadratus 17 et 13 tricesimesexte, id est, vna tertia & vna tricesima sexta. quare tandē cū integris & minutijs vna quidē vel pluribus, ad id puenīri poterit: vt radix illa in se ducta, adeque restituat 17. nō eīn in infinitū pcedet accedēdo ad 17: quin tandē pducat equale. quare tetragonica latera dictorū nūerorū videntur in numeris assignari posse. Verū dicimus in infinitū aut supra aut infra viciniorē quadratum ex huiusmodi radicibus assignari posse, nunq̄ tamen in radicem que in se ducta precise illum id est 17 restituat incidi possibile esse. quod (si hic locutus esset) ex theorematibus Arithmetices (ne quis ad impossibile conet̄) monstratu esset perfacile. in qua re tanq̄ possibili tentāda: iam multi cogniti sūt illusi. Quo fit vt in numeris quadratus surdus: minime sit quadratus. sed in magnitudinibus, quadratus surdus est quadratus. fit etiam vt inter quaternariū & quinariū, & quoslibet proximos diuiduarū tamen monadū: infinita cōtineantur latera tetragonica, quorū nullū vnq̄ quadratū integrorū producere possit. Nunc autē adiecto diagrāmate precedentiū numerorū ad denarium vsq; finem annotationis faciemus, canemusq; receptui.

¶ DIAGRAMMA AD DENARIVM VSQVE.

1	6	10	1	12	2	6	3	2	6	3	2	3	1	1	125	1	3	2
2	28	9	2	18	4	24	6	4	8	4	2	6	4	8	216	3	5	4
3	496	8	3	20	8	54	9	6	12	4	3	10	9	27	625	7	7	6
4	8140	7	4	24	10	96	12	8	15	5	3	15	16	64	1296	17	9	8
5	130815	6	5	30	16	150	15	10	20	5	4	21	25	125	3125	41	11	10
6	2096128	5	6	36	22	216	18	12	24	6	4	28	36	216	7776	99	13	12
7	33550336	4	7	40	25	184	24	16	30	6	5	36	49	343	15625	220	15	14
8	53554528	3	8	42	32	500	10	20	15	7	5	45	64	512	46656	577	17	16
9	8589863056	2	9	48	34	864	35	24	42	7	6	55	81	729	76125	1393	19	18
10	137 4306 9328	1	10	54	138	1535	48	32	48	8	10	66	100	1000	279936	3363	21	20
	Numeri perfecti.	Superantes.	Superati.	Abundantes.	Diminuti.	Similes in ratione sesquialtera plani oblongi.	Longitudines.	Latitudines.	Dissimiles & iidē oblongi & inequilateri plani.	Longitudo.	Latitudo.	Equilateri Trigoni plani.	Quadrati.	Solidi cubi 10.	Numeri sperales sphere 10.	Diametrales.	Mares.	Femine.

P L A N I C E N T E S I M V S C V B V S.

1 0 0 0 0.

Et hec pro obscuris numeris Platonis.

¶ QVINTI POLITICORVM ARISEOTELIS FINIS.

¶SEXTVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶Q: que rebuſpublicis/paucorum potentiis & popularibus gubernatiõibus conue
niant:conſiderandũ ſit. Cap. I.

1 Vot igitur ſint differentie/ & quales eius quod deliberandi habet faculta
tem/ & in quo ſumma huius rei conſiſtit in republica/et circa magiſtra
tuum ordinationẽ/& de iudiciis/& qualia ad qualem ordinentur rempubli
cam.& preterea de corruptionibus et cõſeruationibus rerumpublicarũ/ex Quarti
quibus ꝓueniãt & quas ob cauſas dictum eſt prius. Sed cum plures ſint ſpe 56
cies popularis & ſimiliter aliarum gubernationũ:de illis quid reſtat/nõ pe
ius fuerit conſiderare/ac ſimul vnicuiqꝫ earum proprium & cõuenientem modum reddere.
ac ꝑterea conſiderare cõiunctiones ſimul ipſorum modorũ.nam eorum coniunctio parit re
rumpublicarũ varietatem:vt & optimatũ gubernationes ad paucorũ declinent potentiam/
et reſpublice magis populares exiſtant.Dico autem coniunctiones quas conſiderare opor
tet:& nunc vſqꝫ conſiderate non ſunt:ceu ſi pars illa que in deliberando verſatur & illa que
circa electiones magiſtratuũ conſiſtit/ita inſtituta ſit vt conferat paucorũ potentie: aut ſi
circa deliberãdum ad paucorum potentiam/circa vero magiſtratuũ electiones ad optima
tum gubernationẽ magis decliner.vel per alium quẽdam modum: nõ omnia inſtituta ſint
2 reipublice cõgruentia.¶Qualis igitur popularis quali congruat ciuitati/ſimiliter autem Quarti
& qualis paucorum potentia quali multitudini/& aliarum gubernationũ que quibus con 22
ferat:dictum eſt prius.Verũtamen oportet fieri manifeſtum:non ſolum quenam iſtarũ gu
bernationũ maxime ciuitatibus competat:ſed etiam quomodo conſtituende ſint & iſte a
lie/breuiter eſt explicãdum.Et primo de populari dicemus.nam ſimul & per hanc etiam de
contraria illius gubernatione patebit.hec eſt autem quam vocant quidem:paucorum poten
tiam.Capienda ſunt autem ad hanc diſciplinã cuncta popularia/& que videntur populariũ
eſſe ſequacia.ex his enim ſimul poſitis: reſultant ſpecies gubernationis popularis. et plu
3 res eſſe eas ꝙ vnam & differentes:continget. ¶Due ſunt cauſe:per quas plures exiſtunt po Quarti
pulares.Prima:illa que dicta eſt prius.quia inter populos differentia eſt. ſunt enim alii agri 13
cole/alii opifices:alii miniſtri:quorum primi a ſecundis & tertii ab vtriſqꝫ: non in eo/mo
do differunt:ꝙ melior aut deterior fiat popularis ſtatus/verũetiam in eo quod nõ idem ſit.
Secunda vero cauſa eſt/de qua nunc dicimus.que enim popularem ſtatum ſequũtur/ac vi
dentur eſſe propria ipſius:coniuncta ſimul faciunt popularis ſtatus varietatem. nam alicui
pauciora conſequentia ſunt:alicui plura/alicui omnia.vtile vero horum ſingula cognoſce
re:et ad conſtituẽdum quãcunqꝫ ipſarum quiſpiam voluerit/& ad corrigendum.Querunt
enim qui rempublicã inſtituunt cuncta:que illi propria & cõuenientia ſint/in vnum colli
gere ad ꝓpoſitum ſuum.ſed aberrant dum hoc faciunt/vt ſupra dictũ eſt a nobis:vbi de cor
ruptiõibus & cõſeruationibus rerumpublicarũ tractauimus prius. Nunc autem dignitates
& mores/& ea que efflagitent:dicemus.

¶PRIMI CAP. SEXTI POLITICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

1 Eſumũtur nõnulla/que prius ſunt diſcuſſa: vt de conſultandi facultate & partibus eius &
qui in quaqꝫ politia/eius rei ſunt domini/a numero 56 quarti ad 64.de magiſtratibus ve
ro/a numero 64 ad finem vſqꝫ libri.de corruptiõibus autem & cõſeruationibus rerum
publicarũ:precedẽs liber per vniuerſum diſcuſſit.et ſpecies popularis gubernatiõis et alia
rum note ſunt a nũero 15 ad 26 quarti que adeo hic in tranſitu ad memoriã reuocat: vt quis iterato il
la videns/et quaſi recenti recolligens memoria/ꝑparatior ad ea que dicẽtur accedat.ea autẽ ſunt que
2 cuiqꝫ reipublice propria ſunt atqꝫ congruentia:que coniunctiones/ cõbinationeſqꝫ eorum. ¶Que
ſpecies popularis quali multitudini congruat/ queue ſit optima: que paucorũ potentia quali ex nu
meris 22 & 23 quarti.et ea que in eo determinata ſunt:dilucida eſſe poſſunt. quomodo autem inſti
3 tuende.nunc exequẽdum proponit.& primo de populari.¶Due cauſe cur plures ſunt ſpecies popu
laris gubernationis.Prima:quia plures ſunt ſpecies populi:ceu numero 13 quarti dictum eſt. Secun
da.quia complura ſunt:que rempublicã popularẽ comitantur/et que illi ſunt propria. que cõiuncta/

vel pauciora vel plura vel omnia: variant reipublice speciē. que operepreciū erit cognoscere: quonā pacto iungēda cōbinandaqꝫ erunt et ad quā speciem popularis gubernatiōis cōstituendā/ et ad eos qui errant dirigendos. nā qui oīa populana simul colligere ad ꝓpositum suum querant/ et vt rem publicā popularem magis efficiant/et semp semperqꝫ intēdunt: errant/ vt numero 69 precedētis iam dictum est. nūc vero que popularibus gubernatiōibus cōsentanea sūt et qui mores: et que queqꝫ affectet/ dicēdum.

ℂANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SEXTI POLITICORVM.



ARgumentū sexti politicorū. In sexto hec discutiūtur. populares gubernatiōes. paucoꝝ potentie. magistratus. De popularibus gubernatiōibus: qbus multitudinibus cōueniant. finis & popularitati peculiaria. equū populare. que optima popularis/ et que leges. precepta De paucorū gubernatiōibus: species. partes multitudinis & documēta. De popularibus/ quibus multitudinibus cōueniēt: a numero 1 ad 4 de fine & peculiaribus huic gubernatiōi: a 4 ad 15. de equo populari: a 15 ad 17. de optima populari & legibus: a 17 ad 27. de ꝓceptis: a 27 ad 36. de speciebus paucorū: a 36 ad 42. de partibus multitudinis & documentis: a 42 ad 48. de magistratibus: a 48 ad finem sexti. hinc sectionis sexti/ in octo capita: ratio. ℂ Nam simul & per hanc: etiā de contraria illius 2
gubernatiōe patebit. De contraria gubernatiōe: de paucoꝝ potentia. nā pplaris & paucoꝝ potentia quodā modo inter se contrarie & vtraqꝫ optimati/ & reipublice. sed inter se vt extremū extremo et vi
Paucorum potentie. cium vicio/ & id maxime extreme species: optimati autem & reipublice cēsuue potestati vt extrema
medijs. statuant igitur popularis & paucorū potentia vt extrema/ et optimatū & censupotentiū respu
Optimates. Respublica. blice/ vt medie: hec popularivicinior illa vero paucorū potentie: apparebitqꝫ popularis/ vt defectus/ et paucorū potentia vt excessus: ille vero medie.

pplaris guber.

ℂDe fine popularis gubernationis/ & quibusdam populariū gubernationū peculiaribus. Cap. II.

PRopositum/ igitur popularis reipublice. est libertas. hoc enim dicere consueuerūt 4
quasi in hac solūmodo republica libertatē habentes. ad hanc enim respicere dicunt omnē popularē statum. libertatis vero vnum in eo consistit: vt per vices imperēnt & pareat. nam iustum populare: est equum habere secūdum numerū non secūdum dignitatem. Ex quo fit: vt secundu hoc iustū/ multitudo ex necessitate dominet. & quicquid decreuerint plures: id esse ratum/ et id esse iustū. aiunt enim oportere vt vnusquisqꝫ ciuium equū habeat. atqꝫ ita contingit in popularibus gubernatiōibus inopes plus posse q̄ opulentos. plures enim sunt: et id obtinet quod pluribus videat. Vnum igit libertatis signum hoc est: quod ponūt omes populares reipublice finem. ℂ Alterū vero viuere vt quisqꝫ velit: hoc enim aiunt opus esse libertatis. siquidē serui est viuere non vt vult. hic
1 est igitur secūdus popularis reipublice finis. ℂHinc ꝓfectum est nemini potissimū subesse 5
velle. Quod si hoc non datur: at saltem per vices subesse se preesse. idqꝫ pertinet ad libertatē: que est secūdum equum. His ꝓsuppositis/ ac tali existēte principio: popularia huiusmodi sunt. sumi ad magistratus omnes ex omnibus: ac preesse omnes vnicuiqꝫ/ & vnūquenqꝫ vi
2 cissim omnibus. ℂPer sortem tribuere magistratus/ vel omnes penitus/ vel illos saltem 6
3 qui nō peritia indigent & arte. a nullo censu esse magistratus vel saltem a minimo. ℂ Non 7
nisi semel eūdem magistratū ab aliquo geri posse/ vel prato & paucos: exceptis iis qui ver
4 sant in bello. ℂParui tēporis esse magistratus: vel omnes/ vel quotquot id recipere possunt 8
5 ℂIudicare omes & ex omnibus/ & de omnibus: vel de plurimis & maximis & principalissi 9
6 mis. puta de corrigendo & de republica & de priuatis contractibus. ℂEt concionē esse om 10
niū dominā/ magistratū vero nullius: aut dominā esse cōcionem rerum maximarū/ magistratū vero rerum minimaꝝ. ℂInter magistratus autem popularissimū est cōsilium: vbi nō 11
7 omnibus est mercedis facultas. nam vbi adest hec mercedis facultas/ adimunt & huius magistratus potentiam. ad se enim reducit iudicia cuncta. populus mercede abundans: vt dixi
8 mus supra/ vbi de hac parte tractauimus. ℂ Deinde mercedem capere maxime quidem om 12
Quarti nes/ concionem/ iudicia/ magistratus. quod si non: at saltem magistratus & iudicia & con
70 silium/ & conciones principales vel eos magistratus: quos necesse est in eadem simul esse
9 comessationē. ℂ Preterea cum paucorū gubernatio genere & diuitiis & eruditione diffini 13

atur: videntur popularitatis/contraria horum esse: ignobilitas inopia sordidum opificium. ¶Preterea magistratuum potestatem nullam perpetuam esse. ꝙ si relicta sit aliqua ex antiqua mutatione: illius auferre potentiam: & ex electione ad sortem reducere. Hec igitur omnia cõmunia sunt popularium gubernationum: contingunt autem ex eo iusto: quod fatentur esse populare: hoc est equum habere omnes/secundũ numerum/quod maxime videtur esse popularis status & populi. equum est enim cum nichilo magis gubernent diuites q̃ pauperes: nec soli potestatem habent: sed omnes ex equo secundum numerum. sic enim demum existimant paritatem in republica esse ac libertatem.

¶SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

Finis qui in re populari supponitur libertas est. Primo quia id dicere consueuerunt ꝙ in sola hac republica libertate participant. hanc enim coniectare aiunt: omnẽ popularem statũ. libertatis autẽ vnum precipuumq; est: vt per vices presint/pereantq; vicissim. nam iustũ populare equum est Arithmetica medietate/& secundũ numerum: non autẽ Geometrica & secundum dignitatem. quare secundũ arithmeticum iustum: vt multitudo dominetur oportet. & quicquid decreuerint plures: id pro consumato habendum/iustũq; esse. quo fit: vt in popularibus gubernationibus/contingat inopes plus posse q̃ opulẽtos. nã plures sunt. & id obtinet: quod pluribus videatur. & hoc est vnum libertatis signum: idipsum omnes populares statuere reipublice finem/ac terminũ: ¶Secundo. alterum signum est: viuere vt quisq; velit. quia hoc aiunt esse libertatis opus. ¶Tertio. quia hoc nemini subesse volunt populares: quod si hoc non omnino datur at saltẽ per vices subesse ac preesse/idq; pertinere cẽsent ad libertatem/que est secundũ equum/arithmeticũq; iustum. ¶Colligit popularia 10. Primum est: ad omnes magistratus ex omnibus sumi/ac preesse oẽs vnicuiq; & vnũquẽq; vicissim omnibus. ¶Secũdũ est per sortem tribuere magistratus: aut omnino oẽs/aut illos saltem qui experientia non indigent & arte/ & a nullo censu esse magistratus/aut saltem ab exiguissimo. ¶Tertium. non nisi semel eundẽ ab aliquo geri posse magistratum/aut perraro/& paucis: ijs quidẽ exceptis qui versantur in bello. ¶Quartum. parui tẽporis esse magistratus: aut omnes/aut quotquot id recipere possunt. ¶Quintum est. consultandi/iudicandiq; facultatẽ esse omnibus & de omnibus aut de plurimis maximeq; precipuis/vt de rationibus repetẽdis: de republica/ & de priuatis contractibus. ¶Sextum. concionem omniũ esse dominam/& magistratum nullius. aut illam quidẽ rerum maximarum dominam: hunc vero rerum exiguarum. ¶Septimum. est consiliũ/vbi merces ad concionẽ venientibus nõ omnibus statuta est: vt dictum est numero 69 quarti. ¶Octauum. aut omnes mercedẽ capere/cõcionem scilicet/iudicia/magistratus/aut saltem iudicia/magistratus/cõciones principales/aut eos magistratuũ quos necesse est coepulari/atq; comessare. ¶Nonũ est: popularem rempublicam per eos qui nullius sunt nobilitatis opulentie & eruditionis administrari. vt per ignobiles/inopes/& sordidos artifices. ¶Decimum: nullã magistratus alicuius authoritatẽ perpetuam esse. ꝙ si qua sit ex antiqua mutatione relicta: populare est aut eã auferre/ aut ex electione ad sortem reuocare. & hec omnia ex iusto populari/quod secundẽ equalitatẽ & numerum est: enasci volunt atq; procedere.

¶ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

Propositum igitur popularis reipublice: est libertas. Hec libertas popularis/licentiosa est: viuere vt quisq; velit. & in regno/optimate/ & ea que cõmuni vsurpato nomine respublica nominatur: ciues omnes liberi sunt & vera quidẽ libertate. in his enim viuendum est/nõ vt cuiq; libido affert affectus & perturbatio & vt quisq; vult sed vt affert ratio/& vt quisq; vult secundum leges aut regias/aut optimatum/aut reipublice/& secundum instituta maiorum/ tum legibus/tum suis parẽdo superioribus. & hec est vera libertas.

¶De censu partiendo in populari gubernatione. Cap. III

Sed queritur post hec quemadmodum habebũt equum. vtrũ oportet partiri in mille eos census qui sunt quingentorum/& mille equaliter posse quingẽtis/an non sic ponere oportet secundũ id equalitatem/sed partiri quidẽ sic/deinde ex quingentis equales accipere/& ex mille/hos potestates habere partitionũ & iudiciorũ/ Vtrũ igitur respublica ista iustissima est secundum populare iustum: an magis illa que secundum multitudinem/aiunt enim populares: id esse iustum quod videtur vtiq; pluribus: potẽtes vero: quod videtur iis qui plus possident. pro multitudine enim facultatum aiunt esse statuendum. ¶Sed habent hec vtraq; inequalitatem & iniustitiam. si enim quodcunq; pauci possint tyrannis est. nam si vnus habeat plura q̃ alii opulenti: secundum paucorum iustum: is solus

dignus est qui gubernet. si vero plures secundum numerum quodcunq; queant: iniuria affici-
ent, publicantes bona opulentorum & paucorum, vt superius dictum est. Que igit̃ sit equali-
Tertij tas quam ambo ꝯfitentur: considerandū est ex iis, que vtrinq; diffiniunt iusta. inquiunt enī
36 quicquid videatur maiori parti ciuium: id oportere esse ratum. esto quidē hoc: attamen nō pe-
nitus sed cū due partes sint ex quibus ciuitas cōstat diuites scilicet & pauperes: quodcūq; am-
babus videatur: aut pluribus id ratum sit ꝙ si contraria videātur: quod pluribus & habētibus
maiorem censum. puta si alii decem, alii viginti, videatur vnū diuitū sex: pauperum autem
quindecim, accedant vero pauperibus: quattuor diuitum: diuitibus autem quinq; paupeꝝ:
10 quorūcunq; igitur cēsus exuperat cōnumeratis amborum vtriusq; id ratum sit. ꝙ si forsan
20 equales esse cōtigerit communem esse hanc ambiguitatē putandum est vt verbi causa nūc
si concio equaliter in duo diuisa fuerit aut iudicium ita diuisū. nā aut sorte dirimendum est
aut aliud quiddā huiusmodi agendum. Sed de equo & iusto q̃q̃ sit admodum difficile in illis
reperire veritatem tamē facilius est sortiri q̃ persuadere iis qui plus habere possūt. semper enī
qui imbecilliores sunt equum & iustum querunt. sed qui plus possunt. ista non curant.

❡TERTII CAP. COMMENTARIVS.



Vestio. quopacto in populari gubernatione, census partiendi sunt, vt seruet̃ equale 50
iustum populare: an si quingēti sunt opulenti & insignes & mille inopes, ij cēlus q
500 sunt quingentoꝝ sic in mille partiendi sunt, vt & mille eque possint ac quingēti, an
1000 non sic partiendi: sed ex quingētis & mille equales accipiendi, qui facultatē habeāt
distributionū atq; iudiciorū, an hec popularis respublica iustissima est: scd̃m popu-
lare iustū: in qua singula gerunt̃ secundū ꝙ pluribus videt̃, & paucoꝝ potentia iu-
stissima: in qua cuncta geruntur scd̃m ea q̃ vident̃: plura possidentibus, ❡ Diluit. dicens vtraq; eorum 16
& q̃ pauci, & q̃ populus vocant iusta, inequalitatem continere & iniusticiā: vt etiā numero 35 tertij visū
est: quia si quodcūq; pauci possunt dūmodo plura possideāt: tyrannis est. nā fieri potest, vt vnus plura
possideat q̃ alij opulēti. quare secundū paucorū iustum: is solus gubernare dignus est. & si plures qd-
cūq; queāt mō multitudine excedāt: iniuria afficiēt, publicādo bona opulētoꝝ & paucorū. vt alias di-
ctum est: numero scilicet 36 tertij. Sed qui voluerit equalitatē iusti in hisce rebuspublicis habere: diffi-
nitiones ipse quibus iusta diffiniunt moderāde sunt. vt inquiunt populares: id iustum esse, & ratum eē
habēdū, qd̃ ciuiū maiori parti videatur. esto id quidē, nō tñ omnino: sed cū id recte, & intelligat̃, & ap-
plicetur. ceu cū sint due ciuitatis partes, diuites scilicet & pauperes: qd̃cūq; ambabus partibus videat̃,
aut vtrarūq; pluribus, id ratum sit atq; iustum. ꝙ si ex vtraq; parte, contraria videant̃: id obtineat qd̃
pluribus & maiorem simul habētibus censum videat̃. puta si diuitum sunt decē, & paupeꝝ viginti, or-
dinati, ad quippiā pro republica statuendū, & vna ex pte quippiā videat̃ quatuor diuitibus & quindē-
cim pauperibus esse faciendū, alia autē ex parte, sex diuitibus & quinq; paupibus non esse faciendū:
quorūcūq; census superat cōnumeratis vtrisq; partibus id stabile sit & ratū. qd̃ si hos & illos qui oppo-
sito modo sentiunt, equaliū censuū esse constiterit: id aut sorte dirimendū est, aut aliquid hmōi facien-
10 dum. & ita cum cōcio, aut iudiciū, in duo equa fuerit diuisum. nā q̃q̃ de iusto & equo difficile admodū
20 sit in talibus reperire veritatem. facilius tamen est sortiri q̃ persuadere ijs qui plura habere possunt: ꝓ-
14 ualentq; viribus. semper enim qui imbecilliores sunt: equū & iustum querunt. qui autem potentiores:
15 neq; equū, neq; iustum curant. & ex ijs ea que superius addubitata sunt dilui possunt.

6 ❡ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM

5 VT verbi causa nunc. Non dicit nūc, id est in superiori hypothesi esse diuisam equaliter. id
enim sciri non potest: nisi ex hypothesi, ꝙ equalis esset census illorum, & equalis illorum
dignitas. sed supponatur ita factum esse doctrine causa.

10 diuites	20 pauperes
parte ex vna simul sentientes	
4 diuites A	15 pauperes B
parte ex altera simul sentientes	
6 diuites C	15 pauperes D

Esto igitur census A B simul 1500 & census C D simul 1000: tunc quod visum est A B, obtinet. At
esto cōtra vt cēsus C D sit 1500 & A B 1000: quod visum fuerit C D simul ratum. vnde fit: vt nō sem-
per quod maiori parti visum fuerit ratum haberi debeat: electioq; tenere. Esto tertio vt census A B sit
1500 & similiter C D 1500 tunc sortiendum est.

¶ De quattuor ſpeciebus populariū ad quos pertineāt/de earum legibus atq; vaframē
tis. Cap. IIII

17 Um vero quattuor ſint gubernatiões populares: optima eſt illa quam primo
gradu poſuimus vt ſuperioribus libris dictū eſt. eadem quoq; antiquiſſima Prima ſpecies
omnium. dico autem primā ſecundum diſtinctionem populorum. nam opti popularis.
mus populus eſt ille: qui ex agricolis conſtat. quare & popularis ſtatus facile Quarti.
18 efficitur: vbi multitudo viuit ab agricultura vel paſcuis. negocioſa quidem. 2
quia nō multū habet. ¶ Ex quo fit: agant raro concionē. ob idipſum vero q̄ 1
laborandū illis ſit circa neceſſaria advictū: operibus detinentur ſuis & aliena
non appetunt. dulciuſq; eſt illis opus facere: q̄ in republica verſari ac magiſtratum gerere niſi
magna in gubernando ſint emolumenta ſuſcepturi. pleriq; enim magis lucrū appetunt q̄ ho
norem. ſignum huius eſt: quod tyrannides antiquitus pertulerūt. & nunc paucorū potentiam
perferunt: modo ſuam rem agere illis permittatur neq; diripiantur que habent. cito nāq; alii
19 eorum diuites efficiunt: alii aūt egere deſiſtunt. ¶ Preterea ſi qua cupido honorū eis ineſt: fa
cile eius rei indigentiā adimpletur per poteſtatē quam in concionibus habent creandi magi
ſtratus & corrigendi delicta. nā in quibuſdā ciuitatibus & ſi non eligit populus magiſtratus/
ſed quidam per partes deputati ex omnibus (vt apud Mantiniam) tamen ſatis eſſe putant/ q̄
conſultandi deliberandiq; habent poteſtatē. Ac putādum eſt hanc eſſe tanq̄ formā aliquā po Mantinia.
pularis gubernationis: vt fuit quandoq; apud Mantiniam. Quapropter vtile eſt prius dicte
populari gubernationi (& ita conſuetudo fuit) eligere quidē magiſtratus & corrigere & iudi
20 care omnes. ¶ Magiſtratus autē maximos geri per eos qui electi ſint: & a cēſibus maioribus
21 maiores vel a cenſibus nullū ſed per eos qui poſſunt. ¶ Neceſſe eſt autem cum ita guberna
tur reſpublice: eas bene gubernari. nā magiſtratus ſemper ab optimis gerentur/ populo ita vo
lente neq; preſtantioribus inuidente. nobilibus aūt ipſis & preſtantibus hic gradus ſufficiet.
non enim ſuberūt aliis deterioribus. ipſi vero magiſtratus gerent iuſte: quia penam formida
būt. quoniam corrigere ad alios pertinet. cōpeſci enim ac nō licere facere quicquid quis velit
vtile eſt. nam licentia agendi quod quiſq; velit: cuſtodire non poteſt ingenitā vniuſcuiq; hoim
prauitatē. itaq; neceſſe eſt illud euenire quod optimum eſt in rebuſpublicis: vt magiſtratus a
preſtātioribus gerantur ſine populi imminuta authoritate. Q̄ igitur hec populariū guberna
22 tionum eſt optima/ patet/ & qua de cauſa: quia ob talem aliquē eſſe populum. ¶ Ad cōſtituen 1
dum aūt populum agricolā: tum leges quedā antiquitus apud multos late/ vtiliſſime ſunt tū
illud vniuerſaliter ne liceat cuiq̄ habere plus agri q̄ menſurā certā vel ab aliquo loco ad oppi
dum & ciuitatem. ¶ Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautū: non licere venditionē 2
facere bonorū primē hereditatis. ¶ Eſt etiā lex: quā dicunt Oxyli fuiſſe: ne liceat cuiq̄ fenerari 3 Oxylus.
ſuper aliqua fundi parte/ quā quis haberet. ¶ Dirigere etiā id oportet Aphytalorū lege. eſt eni 4 Aphytali.
vtilis ad id qđ dicimus. Illi enim quanq̄ ſint permulti poſſideant autē exiguā regionē: tamen
omnes agricole ſunt. cū precia conſtituūt non totarū poſſeſſionū: ſed per tales partes diuidē
23 tes vt etiā pauperes per facile eas p̄cia ſuperare poſſint. ¶ Poſt agricolarū multitudinem opti
mus populus eſt: vbi paſtores ſunt & viuunt ex pecoribus. in multis vero hec cum agricultura 2
cōuenientiā habet. Vtriq; enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiōes vtiliſſimi ſunt
24 ac potentes ſub diuo cōſiſtere. ¶ Cetere vero multitudines quaſi omnes ex quibus alii ſtatus
populares cōſtant: multo deteriores his ſunt. nā opificū quidē ac forenſiū & mercenariorum 3
praua eſt vita: nulluſq; virtutis opus eorū/ que tractat multitudo. Et inſuper quia huiuſmodi ge
nus hoim/ circa forū vrbemq; (vt ita dixerim) aſſidue heret: facile conciones agitat. at agrico
le quia ſparſim habitant per agros/ neq; in vnum coeunt facile: neq; ſimiliter indigent huiuſ
modi congregatione. quibus vero in locis contingit ſitum regionis talem eſſe/ vt longe di
ſtent ab vrbe: in iis facile eſt popularem ſtatum laudabilē cōſtituere ac rempublicā. ipſa enim
compellitur multitudo quaſi colonias per agros efficere. Quare etſi forenſis turba ſit: tamē
cōciones in populari ſtatu non faciet abſq; multitudine illa/ que per agros habitat. quomodo
ergo cōſtituenda ſit optima illa ac prima popularis gubernatio dictum eſt. patet etiā quomo
25 do alie. ſubſequenter enim eſt deſcendendum: & deterior ſemp multitudo ſeparāda. ¶ Poſtre Quarta vltima
mam vero ſpeciem: quia omnis multitudo ad eam recipitur/ neq; cuiuſcūq; ciuitatis eſt eam et peſſima po
perferre/ neq; facile permaneā neutiq̄ legibus & moribus bene ſtabilitam. a qbus vero labe pularis ſpecies

Machinamenta huius popularitatis

factari contingat & hanc & alias respuplicas: fere dictũ est prius in plurimis. ¶ Sed ad consti 26
tuendam hanc popularẽ gubernationem & ad populũ roborandum: consueuerunt ii qui pre
sunt ad populum q̃plurimos recipere ac ciues efficere non solũ legitimos uerũ etiam spurios
et ex quouis ciue id est siue ex patre siue ex matre. hoc enim totum huic populo magis pecu
liare est. consueuerunt igitur ii qui populos ducunt: ita constituere. Oportet tamen assumere
quoad exuperet nobiliũ mediorũq; multitudo neq; vltra progredi. nã si transcendunt: confu
siorem efficiũt rempublicã ac nobilitatẽ exasperando magis irritant ad egre difficulterq; po
Cyrene. pularem statum ferendum: que causa seditionis fuit apud Cyrenen. paruũ enim inconueniẽs
2 conniuẽdo trãsitur: magnum vero in oculis heret. ¶ Insup alia constituta vtilia sunt ad popu
Clisthenes. larem statũ huiusmodi & ad populi corroborationẽ: qualia Clisthenes Athenis factitauit quo
Athene. populi gubernationem augeret. & apud Cyrenen ii qui populum cõstituerunt. Tribus enĩ alie
Cyrene. constituende sunt plures: & sodalitates priuatorũ sacrorũ redigende sunt ad pauca & publica.
3 ¶ Et cuncta diligenter machinãda: quo q̃maxime omnes simul admisceãtur familiaritates
4 conuersionesq; prime disiungantur. ¶ Preterea tyrannica machinamenta omnia videntur
esse popularia. ceu licentia seruorum (hec autem vsq; ad aliquid conducere potest) & mulierũ
et puerorum & q quis viuat vt velit (nihil cure esse permulti enim huiusmodi ciuitatis statum
amabunt: cum plerisq; dulcius sit dissolute viuere q̃ modeste.

¶ QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

1 Q Vattuor esse species gubernationis popularis: dictum est numero 15 quarti. & primã 17
speciẽ ad agricolas pertinere: ex numero 22 eiusdẽ cognosci potest. quã ponit inter
ter species populares optimã. nec iniuria. quia ex optimo populo est: & qui diutiis se
cundũ naturam & maxime hominibus ad degendã vitam a natura institutis viuũt:
1 vt ex numero 11 primi & sequentibus agnoscit perfacile. ¶ Popularia huius speciei 18
2 sunt. Primũ. raro agere concionem. ¶ Secundũ. habere in cõcionibus facultatẽ creã 19
di magistratus & rationes repetere delictaq; corrigere aut simul oẽs aut quosdã particulariter ab omi
3 bus delectos. ceu aliquãdo Mãtinie factũ est. ¶ Tertiũ. maximos magistratus p eos geri q delecti fue 20
rint: & maiores a maioribus censibus aut a cẽsibus nullũ sed per eos qui possunt idoneiq; sunt. ¶ Cau 21
sa cur hec popularis respublica bene: guberneẽ & sit reliquarum populariũ gubernationũ optima. litte
1 ra de se perspicua. ¶ Quattuor ad hanc primã speciẽ conducentes leges. Prima . non licere cuiq̃ plus 22
2 agri q̃ mensurã certa lege definitã habere: vel a certo loco ad oppidũ ipsum ipsamq; ciuitatẽ. ¶ Secun
3 da non licere bonorum prime hereditatis venditionẽ facere. ¶ Tertia est. Oxyli. Non licere cuiq̃ super
4 aliqua fundi parte quã quis habeat: fenerari. ¶ Quarta est Aphytalorũ. Si ob multitudinem expedit
precia possessionum cõsti[illegible] non integrarũ sed per tales diuidendo partes vt pauperes facile precio
2 superare possint. ¶ Secũ[illegible] speciẽ popularem: vbi ciues ex pascuis pecoribus & armẽtis degunt & 23
3 que proximũ post agricolas tenet locum. ¶ Tertiũ popularis gubernationis locum obtinẽt opifices & 24
4 mercenarii ac tertiã efficiunt popularitatis speciem. ¶ De quarta popularis gubernationis specie que 25
omnium deterrima est & que oẽm admittit multitudinis colluuiẽ ceterarũ minime durationis vtpote
1 que nullis neq; probis legibus vllis neq; moribus fulta sit. ¶ Huius speciei machinamenta popularia 26
quattuor. Primũ est eos qui presũt populiq; ductores q̃plurimos ad ciuitatẽ recipere & efficere ciues
non modo legitimos sed & spurios & qui altero tm̃ parẽte siue patre siue matre progeniti sunt quousq;
q; popularis multitudo insigniũ & mediocriũ multitudinẽ exuperet. at si progredi vltra pergũt: officiũt
2 ad sue reipublice suppositionẽ ¶ Secundũ est. inducere tribus nouas plures & sodalitias priuatorum
sacrorũ reducere ad pauca sacra & publica. qualia Clisthenes Athenis & ii q Cyrene popularẽ statum
3 instituerũt: factitarunt. ¶ Tertiũ est. cuncta diligenter machinari: vt oẽs adinuicẽ conseruentur & prio
res consuetudines disiungantur. ¶ Quartũ. licentia seruorũ & mulierũ & puerorũ: sinere queq; vt ve
lit viuere neq; curã vllã esse. & preterea cetera omnia machinamenta tyrannica: popularia sunt.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

O Primus populus est ille: qui ex agricolis constat. Talẽ popularẽ fuisse priscam rempublicam
Quintius. Romanam: verisimile est cum ex aratro sumerentur qui dictaturam gererent. vt de Quito
Camillus. Curii. cincinato Camillo & curiis fertur. & quem Cato laudat fortissimi (inquit) & milites strenuis
Cato. simi: ex agricolis gignuntur minimeq; male cogitantes. quam laudat & Virgilius.
Virgilius. ¶ O fortunatos nimium (sua si bona norint)
Agricolas. quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

His ſecura quies/& neſcia fallere vita:
Diues opum variarum.at latis ocia fundis
Spelunce/viuiq; lacus ac frigida tempe/
Mugituſq; boum moleſq; ſub arbore ſomni
Non abſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum:
Et patiens opum paruoq; aſſueta iuuentus.
Hec de laude prime ſpeciei popularis gubernationis.

¶Ad populares inſtitutiones precepta.CAP. V.

27 E St autem opera legis poſitoris & eorum qui volunt ſtatum aliquem talem con
ſiſtere:non conſtituere maximum opus neq; ſolũ conſtituere ſed magis vt ſer-
uetur.vno enim vel duobus vel tribus diebus permanere quomodocũq; guber
nantibus.haud difficile eſt.quapropter opus eſt iis(quas ſupra retulimus)conſer
uationibus & corruptelis/rempublicam cautelam aſſumere cauendo illa que corruptiua ſunt
ac leges tales ponendo & non ſcriptas & ſcriptas que cõſeruationes ſtatus maxime compre-
hendant.neq; putare id eſſe populare neq; paucorum potentie quod efficiat ciuitatẽ maxime
a multis vel a paucis gubernari:ſed quod q̃plurimo tẽpore.At nũc ii qui ſunt populi ductores
gratificãtes multitudini/multa populariter agũt per publicationes bonorũ in iudiciis factas.
28 ¶Quare oportet eos qui curã ſalutis habent rei publice:cõtra moliri leges ponẽdo.vt dam
natorũ bona ſacra ſint:& non in publicũ ſed in ſacrũ referãtur.nã eos qui alios iniuriis affice
re volent:non minus verebunt.nam ſimili dãno plectentur.Populus aũt minus cupide dãna
29 bit:cum nihil ſit vtilitatis ex dãnatione ſuſcepturus.¶Inſuper publicas accuſationes q̃ rariſ
ſimas ſemper facere.magna pena conſtituta aduerſus eos qui temere accuſarint.nõ enim po
30 pulares in iudicium vocari conſueuerunt:ſed nobiles.¶Oportet ergo in reipublice ſtatu quã
tum fieri poteſt:omnes ciues reddere beniuolos.q; ſi id fieri nequeat:ſaltem conari ne hoſtes
31 exiſtiment eos qui gubernant.¶Cum vero poſtreme ille ſpecies gubernationũ populariũ in
multitudine cõſiſtant hoĩm ac dificile ſit vt concionibus vacare poſſint ſine alicuius merce
dis ſuſceptione:hoc autẽ vbi redditus non habeat ciuitas maxime inimicum eſt preſtãtibus
viris.nã ex tributo & publicatione.bonorũ & ex iudiciorũ improbitate:neceſſe eſt prouenire.
quod multas iam populariũ reſpublicas ſubuertit.¶Vbi ergo publici redditus non ſunt:face 5
31 re oportet conciones raras & iudicia multorum quidẽ ſed paucis diebus duratura.hoc autẽ cõ
fert ad illud quod non formidabũt impenſas opulenti:tametſi opulenti non capient mercedẽ
iudicii ſed pauperes.Confert etiam ad recte iudicandum multo magis.nam qui magna patri
monia habent:multis diebus abeſſe nolunt a rebus ſuis.modicum vero abeſſe temporis:non
32 moleſte ferunt.¶Vbi vero ſunt redditus publici:non id facere quod nunc ductores quidã in 6
populo faciunt.ſuperflua enim diuidunt ac ſimul capiunt:moxq; rurſus indigent eiſdem.
eſt enim pauperibus:ceu vas perforatum huiuſmodi emolumentum.Sed oportet eum qui ve
re popularis ſit:videre ne multitudo pauperie nimia prematur.nã egeſtas:prauam reddit po-
puli gubernationem.Conandum eſt igitur ingenioſe:vt abundantia aſſit diuturna.nã id pro
deſt etiam diuitibus.Congregantes vero illa que ex redditibus proueniũt:ſimul omnia ege
nis tribuere oportet.preſertim ſi quis poſſit tantũ congreget:q̃tum ſat eſt ad agelli compara
tionem.vel ſaltem ad facultatem negociandi & agrum colendi.& ſi non omnibus poſſibile: 7
33 at ſecundum tribus aut aliam in parte diſtribuere oportet.¶In hac re autẽ ad neceſſarios con
34 uentus:mercedem oportet affectantes diuites conferre inania munera.¶Per talem aliquem 8 Carthagi
modum:Carginẽſes gubernantes amicum retinent populum.ſemper enim quoſdam e popu nenſes.
lo mittentes in aliquas gubernationes:eos diuites faciunt.gratioſorum vero ac mentem ha-
bentium nobiliũ id eſt:& ſuſcipere egenos & occaſionem prebentes conuertere ad res agen
35 das.¶Recte ergo ſe habet Tarentinorum exẽplum imitari.illi enim cum opes efficiunt com 9 Tharẽtini.
munes ad pauperum vſum.per hunc modum beniuolam ſibi plebẽ conſtituunt.magiſtratus
inſuper omẽs duplices faciunt:vt ſint alii per electionem alii per ſortem.quo enim populus
capiat per ſortem:quo autem melius gubernentur per electionem.Eſt autem hoc facere eti-
am in vno eodemq; magiſtratu:ita partientes vt alii ſorte alii electione ad eum gerẽdum aſ-
ſumantur.Quemadmodum ergo oportet populariũ gubernationes inſtituere:dictum eſt

¶QVINTI CAP.COMMENTARIVS 27




1 Recepta nouem:presertim ad populares institutiões respiciētia. Primum officium
legislatores esse:non ingentem quendam constituere reipublice statum neq; cōsti•
tuere solum/sed magis officium eius est studere vt conseruetur/leges tales sancien
do siue scriptas siue non scriptas/ que reipulice illius cōseruationes maxime cōpre
hendant & ea que corrumpere nata sunt deuitent.ad quod faciendum: ex ijs que
de corruptionibus & conseruationibus in precendenti libro dicta sunt/facile caute
lam qui volent accipient. ¶Secūdum.leges esse ponendas : vt damnatorū bona 28
2 sacra sint & non in publicū/sed in sacrum referātur/aliter q̄ nunc faciant populi du
ctores qui multitudini gratificantes:bona in iudicijs damnatorū publicant in multitudinemq; diuidūt
¶Tertium.semper q̄ rarissimas possibile est faciendas esse publicas condemnatiōes atq; sententias/ 29
3 ingenti mulcta aduersus eos constituta qui temere quenq̄ accusauerint.nam non populares in iudici
um vocari consueuerunt:sed insignes. ¶Quartum.quantū fieri potest ciues omnes ad reipublice sta 30
4 tum reddere bene affectos.q; si id fieri nequit.maxime cauendum esse ne suspicenſ eos/qui rempubli
cam gubernāt esse reipublice status hostes. ¶Quintum.in vltimis gubernationibus popularibus vbi 31
5 ingens hominum multitudo neq; publici sunt redditus:raras conciones facere & iudicia multarū qui
dem rerū/sed paruo tempore durantia. ¶Sextū.vbi redditus assunt: ingenio elaborandum est vt abū 32
6 dantia ex diutino tempore sit cumulata.vbi vero sic cumulata est:simul vniuersaque congregata sūt
egenis sunt distribuenda.& maxime aūt:si quis possit tantum simul congreget vt singulis inopum suf
ficiat ad agelli comparationem aut saltem ad facultatem negociandi/& agrū colendi & si non possibi
le est omnibus distribuere:id saltem secundū tribus aut partem aliquam aliam fiat. ¶Septimum.vt id 33
7 commodius fiat:oportere eos diuites qui inania munera conferre cupiūt/ad necessarios conuētus at
q; conciones illa mercedem facere. ¶Octauum.Egenis occasiones prebere : quo diuites fiant & ad 34
8 res se conuertant agendas per quem modū/Carthaginenses gubernantes:populum sibi retinent ami
cum.nam seu per quosdam.ad aliquas administrationes mittētes eos diuites efficiūt: ¶Nonum.eos 35
9 qui gubernant facere possessiōes communes ad vsum pauperum instar Tarentinorū:& duplices ma
gistratus creare.hos (quo populus capiat) per sortē/illos vero quo melius gubernenſ per electionem.
fieri etiam potest/vt ad eundem magistratum hi sorte/illi electione assumantur.

¶ANNOTATIONES AD CAP.QVINTVM.

¶Quas supra retulimus In quinto libro a numero 19 ad 24.illic eni de mutationibus popularium gu 37
bernationum & media visum est.

¶De speciebus paucorum ordinatione cēsus qui ex populo assumendi que paucorum guber nationes potiores & que deterrima.Cap. VI.



E paucorum ergo gubernationibus quomodo agendum sit.patet fere ex eis 36
dem. nam per contrarium agendum est in omni paucorum gubernatione:
ad oppositam sibi popularis gubernationis speciem/reputādo optime tem•
1 peratam illam ceterarum paucorum gubernationum ac primam. ¶Hec au 37
tem est propinqua illi:que respublica nuncupatur:in qua oportet census diui
dere & alios minores alios maiores facere.minores quidem:a quibus neces
sarii magistratus capiantur.maiores vero a quibus capiantur ii magistratus qui sunt princi•
paliores. ¶Et qui tantum adepti fuerint censum habiles sint ad rempublicam gerendam.af• 38
2 ferente populo tantam multitudinem per ipsum censum:vt cum illa potentiores sint qui gu•
bernant rempublicam quam illi qui non gubernant. ¶Semper autem ex meliori populo ca• 39
3 piendi sunt illi:qui ad societatem reipublice recipiuntur. ¶Similiter autem in ea gubernatio 40
ne paucorum que sequitur:intendentes parumper est instituendum. ¶In ea vero que opposi 41
4 ta est extreme popularitati que est inter paucorum potentias potentatui tyrannidiq; simillì•
ma:quanto deterrima est tā.o maiori opus est custodia. vt enim corpora bene desposita ad sa
nitatem & nauigia bene instructa ad nauigandum/multos fecerunt errores nec ab eos succū
būt valitudinaria autem corpora & nauigia parum firma nautisq; instructa prauis ne paruos
quidem ferunt errores:ita iterum publicarum ce que deterrime sunt/plurima indigent custo
dia.Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum oīno seruantur.hoc enim
opponitur ad illud iustum:quod est secundum dignitatem.paucorum vero potentium contra
videlicet per rectam ordinationem oportet assequi firmitatem

¶SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

36 SPecies paucorum petentie/quattuor eſſe ex nũero 19 quarti cognite ſũt.quas ſi ex aduerſo
quattuor ſpecierum popularũ collocamus/vt primam prime/ſecundam ſecunde:vult Ari-
ſtoteles ex huiuſmodi collatione/partim ex correſpondentia/& partim ex oppoſitione faci-
37 lem eſſe cognitionem. ¶ Et in prima paucorum potentie ſpecie/que paucorũ gubernatio- 1
num optima eſt/& maxime contemperata & reipublice/cenſuq; poteſtati proxima.Primo.cenſet di
uidendos eſſe cenſus:& alios facere minores a quibus neceſſarij magiſtratus vendicẽtur/ & alios ma- 2
38 iores a quibus deſumantur magis precipui. ¶ Secundo. ſic cenſus eſſe ordinandos: vt tanta populi 3
multitudo cum cenſum afferet/gubernationis reipublice ſit particeps/ que vna cum parte inſignium 4
39 potentiores ſint ij/qui gubernant/q̃ qui nõ gubernant. ¶ Tertio.eos qui ex populo reipublice admit- Quarta ſpe-
40 tuntur participes:ſemper e meliori populo capiẽdos eſſe. ¶ Quarto.in ſecũda paucorum ſpecie:pau cies paucorum
41 lo cenſus eſſe intendendos/& in tertia amplius q̃ in ſecunda. ¶ Quarta ſpecies que ediuerſo reſpon- potentie.
det quarte ſpeciei popularis gubernationis:omniũ deterrima eſt/ & tyrannidi ſimillima.quę vt corpus
egrum & nauigium male firmum:niſi magna obſeruatione cuſtodiatur/& ad hoc ipſum leges habeat
aptiſſime conditas ordinata/q; nullam poteſt aſſequi firmitatem.

¶ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

37 Ec autem eſt propinqua illi que reſpublica nuncupatur. de qua ſcilicet in quarto cap.octa-
39 H uo/& nono diſcuſſum eſt. ¶ Semper autem ex meliori populo. quis ſit melior populus ex
precedenti capite cognoſcitur.vt meliores agricole/deinde qui ex animalibus viuunt/ter-
tio artifices/vltimo loco negociatores. & caupones.

¶De partibus multitudinis/quot vtiles ad bellum:& precepta ad paucorum poten tias.Cap. VII.

42 CVm vero ſint multitudinis potiſſimum partes quattuor:agricole.artifices
negociatores.mercenarii.quattuor etiam vtiles ad bellum:equites: pedites
grauis armature.expediti leues & turba naualis:vbi cõtingit regionem eſſe
ad equitatum aptã:ibi locum habet aptiſſimum:paucorum potẽtia illa ſum-
ma.nã conſeruatio habitatorum ab equitibus prouenit.equos vero nutrire:
eorum eſt qui magnas habent facultates.Vbi autem regio ad armatũ pedi
tatum eſt apta.conſequentem ſpeciem affectat paucorꝝ potentie.nã grauis armatura:diuitũ
eſt:magis q̃ pauperꝝ.expediti autem leues & nautica turba:popularis eſt omnino.Nunc au-
43 tem vbi talis turba multa eſt:quãdo ſeditio fit.deterius certãt. ¶ Sed oportet huiuſmodi me 1
dicinã capere a belli ducibus: qui ad equitatũ ac grauis armature peditum robur/expeditos
leues ceu congruit/ſolent cõiungere.hac autem preualent populi in ſeditionibus opulẽtis.nã
leues expediti ad equites & ad grauis armature pedites facile pugnãt. inſtituere igiť ex his
44 potentiã iſtam:ad ſeipſos eſt inſtituere. ¶ Sed oportet diuiſis etatibus cum alii ſeniores:alii 2
iuniores exſtant in iuuenili adhuc etate cõſtitutos filios ſuos erudire ad leues/& expeditas
45 operationes:delectos quidem ex pueris:athletas eſſe ipſos operationum. ¶ Conceſſio autem 3
reipublice populo facienda eſt:vel cum ad cenſum peruenerint(vt prius dictum eſt)vel vt fa
ciunt Thebani/cum certum tempus a ſordidis opificiis deſtiterint.vel vt apud Maſſiliã:iu- Thebani.
dicio facto:qui digni ſunt ad rempublicam recipi &,qui excludi. ¶ Preterea dignitatibus iis Maſſilia.
46 que ſunt principaliſſime/quas ſuſcipere oportet eos qui in reipublice gubernatione verſan 4
tur:adiungenda ſunt onera publica.vt populus ſponte ſua eas nolit:& compatiatur illis qui
huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt:vtpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluẽti
bus. ¶ Congruit autem eos qui huiuſmodi magiſtratus ineunt: & ſacra magnificentiſſime 5
47 facere:& publica quedã edificia ad vſum populi conſtruere.vt populus qui ad comeſſationes
admittitur cernens vrbem ornari(tum muneribus erga deos:tum edibus ad vſum publicũ)
libẽter aſpiciat perſentem ſtatum ciuitatis.Continget etiam:preſtantibus viris hec eſſe mo
numenta ſue largitatis Sed hoc non fit nunc per eos homines: qui magni ſunt in paucorꝝ
potentia/ſed contrarium.Lucrum enim querunt non minus q̃ honorem. itaq; dici poteſt re
cte hos eſſe populares ſtatus paruos.Quomodo igitur inſtituende ſint/& paucorum guber
nationes & multitudinis in hunc modum determinatum ſit.

¶SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

o j


Artes multitudinis quattuor precipue:agricole.artifices.negociatores mercenarij.quat- 42
tuor partes vtiles ad bellum:equites.pedites.grauis armature.expediti leues/ turba na-
ualis prima pars vbi regio apta est ad equitatũ:conuenit ad primã paucorum potentie
instituendã gubernationẽ.& vbi regio apta est ad peditatũ:secũdam partẽ/ ad secundã
paucorum potẽtie gubernationem requirit.tertio autem & quarta:ex se omnino sũt po-
1 pulares.¶ Quinq; documẽta paucorũ potentie.Primũ.quia cum bellũ seditione fuerit:deterius cer- 43
tare solẽt pedites leuis armature/& nautica turba.ideo a ducibus eorum medicina/ remediũq; sumẽ-
dum:vt ad equitum/peditumue grauis armature robur expeditos(ceu cõgruit)adiungant.hac enim
medicina hocq; remedio:populares in bellis/& seditionibus p̄stantiores sunt diuitibus.nam leues ex
pediti/ad equites & ad grauis armature pedites decẽter adiuncti/egregie certant.constituere igiẽ ex
2 his potentiam:ad suum p̄sidium est instituere.¶ Secundũ.expedit in paucorum potentia:cum diuise 44
sint etates(& hi seniores:hi vero iuniores existant)vt ciuium filij/adhuc in iuuenili etate cõstituti/eru
diantur ad militares leues/expeditasq; operationes/vt cũ res exegent: delecti quidam ex iuuenibus/
3 athlete sint i ipsis operibus/certaminibusq;/prestentq; se expeditis militibus duces.¶ Tertium.e po- 45
pulo cum peruenerint ad censum:participatio reipublice facienda est/aut statim aut vt faciunt The-
bani/cũ ab opificijs vilibusq; exercitijs certum tempus abstinuerint.aut vt Massilie:cum per ꝓbatio-
4 nem inuenti idonei fuerint.¶ Quartum.in paucorum potentia:ijs qui summe precipuos/maximosq; 46
5 subeunt magistratus/publica onera sunt adiungenda/quo populus eos minus affectet. ¶ Quintum. 47
Expedit etiam eos/qui in huiusmodi magistratibus sunt:sacra facere magnificẽtissime/ & publica que
dam edificia ad vsum populi cõstruere.vt populus statum ciuitatis presentem libenter aspiciat:& ipsi
monumenta sue liberalitatis postoris relinquant.

¶ AANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

Equites.
Pedites.
Expediti milites.
Impediti.
Leuis armature.
Tumultuarij.
Auxiliares.
Solidurij.
Desultores.
Peltaste.
Ferentarij.
Capitecensi.
Geloni.
Cataphratti.
Catratti.
Pilani.
Rorarij.
Triarij.
Retiarij.
Excubitores.
Procubitores.


Ed oportet huiusmodi medicinam capere. Leonardus documenti prorsus oppositum ex 43
littera intellexisse visus est/quod minime fecisse arbitror:si aduertisset Aristotelem institue-
re paucorũ potentiam.iccirco littera ad authoris intelligentiam restituenda fuit.¶ Qui ad
equitum ac grauis armature.¶ Equites sunt:qui equis insidentes militant. Pedites q pe-
dibus nõ equis innitunẽ. Expediti milites qui rei domestice nullam curam habent.Impediti:qui hñt.
Leuis armature:qui tm̃ hastã/telaq; ferũt/qui & velites a volitãdo dicti sunt.grauis armature qui p̄ter
tela:arma etiam circa corpus habent.Et equitum & militum:innumera ferme sunt noia. sunt eni Tu-
multuarij Milites Auxiliares.Solidurij.Desultores.Peltaste.Ferẽtarij.Capitecẽsi.Geloni:Cataphratti
Cetrati.Pilani.Rorarij.Triarij.Retiarij.Excubitores.Procubitores & huiusmodi.Tumultuarij milites
qui subditũ & improuisum bellũ ingerunt. Auxilares: qui exterarũ nationũ bello adiuuant. Solidurij:
pecunia conductu omnẽ fortunam subeuntes/& ad vltimum mori deuouẽtes cũ ijs/quorũ amicitie se
deuouerunt.Desultores:qui de vno equo in alterum se transferunt:plures equos instructos i bello du
ctantes.Peltaste:Pedites vtentes Pelta.Ferentarij:leuis armature milites.funda.pilis.gladijs. & iacu-
lis vtentes Capitecensi:qui nullo vel paruo ere censentur.Geloni:qui se:equosq; cutibus hostiũ vela-
bant.Cataphratti:cõtecti ferro.Cetratti:qui ceteris/hoc est breuibus scutis vtebantur.Pilani: qui pilis
Rotarij:leuis armature/qui primi prelium cõmittunt ꝙ sicut ros ante imbrem:sic ante grauem arma
turam procederent.Triarij qui in acie tertio ordine subsidio ponebantur.Rettarij:qui occultum rethe
portabant:ad implicandũ hostẽ. Excubitores:qui excubias agunt.Procubitores:qui ante castra excu
bant cũ hostiũ vicinitas metus incutit.sed ne videar plus militie q̃ litteris incubuisse: receptui canen-
dum est.qui plura de ijs desiderabunt:legãt(si illis cordi est)Helianum.Vegetiũ.& alios qui de re mi-
litari scripsere.¶ Et publica quedã edificia.vt olim extructi sunt Colossi ceu Rhodi & Rome Thea- 47
tra. Amphiteatra.Therme.Pyramides.Arces.pretoria. Palatia.& similia edificia.q̃ vrbes & decora-
runt:& reddiderũt ad nostrorũ temporũ memoriã insigniores.quorum aliqua adhuc extant aliorum
autem momentanea quedam super sunt & insignes quedam ruine.

De magistratibus. ¶ De magistratibus speciebus magistratuum/& quibusdam que expediunt.Cap. VIII.


Onsequens est circa magistratus diuidere diligenter quot ii sint:& quales: 48
Quanti. & quibus de rebus/vt supra dictũ est.Sunt enim quidã necessarii magistra
tus:sine quibus esse nõ potest.sunt etiã quidã ad cultũ ornatũq; pertinẽtes
64 sine quibus bene habitari ciuitas nõ valet.¶ Preterea necessariũ est in par-
Quanti. uis quidem ciuitatibus/pauciores esse magistratus.in magis aũt plures:vt
prius ostẽdimus:quales ergo cõgruat simul cõiungere/& quales separare:
67 non debet esse clam.¶ Primum ergo cura rerum necessariarum:vt in foro assint/venunden- 49

turq;: super qua quidem cura/magistratus quidam est constituendus: cuius officium sit in-
tendere circa contractus:& circa honestatem. nam cunctis fere ciuitatibus:necessarium est
emptiones/venditionesq; fieri inuicem/pro vsu rerum necessariarum. & hec facultas ma-
xime propinqua ad eam sufficientiam consequendam:cuius gratia in vnam videntur con-
51 uenisse reipublice societatem. ¶ Altera vero cura huic coniuncta ac vicina est circa vrbem 2
de publicis priuatisq; rebus/de ornatu decenti/de labefactorum edificiorum ac viarum cō-
seruatione/ac directione/& de finibus regendis/vt sine querela sint/& de similibus cu-
ris.vocant autem plurimi huiusmodi magistratum: edilitatem.partes vero ipsius sunt plu-
res:& in ciuitatibus que hominum frequentiam habent/alie super alias incidunt.ceu meni
52 bus reficiendis prefecti:& fontium curatores/& portuum conseruatores. ¶ Alia vero est cu
ra & quidem necessaria atq; huic propinqua(nam de eisdem rebus.at non in vrbe: sed extra 3
vrbem in agro versatur)vocant autem huiusmodi magistratum.alii agrorum diffinitores:
53 alii custodes siluarum.he igitur ꝓcurationes sunt tres. ¶ Est & alius magistratus: ad quem
redditus publici referuntur.qui apud eos conseruati:mox distribuuntur ad singulas oportu- 4
54 nitates. Vocant vero istos receptores/& questores. ¶ Alter vero magistratus est. apud quē
prescribi oportet priuatos contractus/& sententias iudicum/ apud quos etiam postulatio- 5
nes vocationesq; in ius scribi debent. quibusdam in locis:huiusmodi magistratum diuidit
in partes plures. sed est vna eademq; authoritas istorum omnium: appellantq; eos qui hunc
magistratum gerunt/tum prefectos/tum memoriales: vel similibus nuncupationibus.
55 ¶ Qui vero post hūc sequitur/summe necessarius est:atq; fere difficillimus omnium ma-
gistratuū. versatur autem circa executiones eorum qui damnati sunt/& prepositorum se- 6
cundum inscriptiones/atq; custodias corporum.est autem grauis huiusmodi administratio
propter multas(que inde proueniunt)inimicitias.itaq; si magna emolumenta ex eo capian
tur: gerere illum omnes recusant.& si gerant: secundum leges facere non tolerant. Sed est
necessaria res.nam nichil prodessent de rebus iustis iudicia aut sententie.nisi essent qui eas
executioni mandarent quare si hec desint/executionesq; non fiant communio inter se ci-
56 uium permanere non potest. ¶ Propterea melius est non vnum esse hunc magistratum:sed
partiri in plures/vt alii de aliis iudicia exequantur.& circa rescripta prepositorum eodē mo-
do conandum distinguere. ¶ Adhuc etiam magistratus alios alia exequi & noua magis no-
uos & in iis que instant:cum magistratus vnus cōdemnarit: alius exequatur.ceu pretores vr
bani condemnent/ediles inscribant/& alii sententiam scriptis demandata exequi curent.
quanto enim minus inimicitiarum sit illis qui executioni demandant: tanto magis res fi-
nem suscipient.Si sint ergo iidem qui condemnant & condemnationes exequuntur duplex
contrahitur odium.de omnibus autem eosdem: cunctis inimicum est. ¶ Multis etiam in lo
cis:separatur ille qui custodit reos/ab illo qui animaduertit in eos.vt Athenis illi:qui vnde-
cimuiri nuncupantur. ¶ Quapropter melius est hunc quoq; diuidere magistratum:& quasi Athene.
adumbrare/& per commenticia requirere.est enim necessarius non minus q̄ superior.Con-
tingit in eo:vt viri boni maxime vitent hoc officium. ¶ Prauos autem nequaq̄ tutum sit ei
preficere:cū ipsi potius indigeant custodia & carcere/q̄ alios debeant custodire. Itaq; opor-
tet hoc nō vnū esse officium:nec continuo ab eisdē fieri:sed vbi est aliqnia iuniorū ordo aut
custodū & magistratuum deputandi sunt pro tempore alii: atq; alii:qui hoꝝ officioꝝ susci-
57 piunt curā.Hos ergo magistratus tanq̄ summe necessarios.ponendū est esse primos. ¶ Post 7
hos aūt alii sūt magistratus:nec sane minus necessarii:& maioris quidē dignitatis.nam plu
rima indigent experiētia & fide. Tales vero sunt circa custodiam vrbis: & circa illa oīa que
ordinantur ab bellicas expeditiones.opus est enī & in pace & in bello: vtporte & menia ciui
tatis tuenē:& disquisitiones descriptionesq; ciuium fiant.Alicubi ergo super his plures sūt
magistratus.alicubi vero pauciores: veluti quidam in paruis vrbibus vnus super omnibus.
58 appellāt vero hos p̄tores vel consules. ¶ Insuper si sint equites aut pedites aut sagittarii aut 8
turba naualis.super vnoquoq; eorum prefecti quidem statuūtur:appellanturq; prefecti equi-
tum:prefecti legionum:prefecti nauales.Et seorsum sub his:prefectus triremis:prefectus co-
hortis:tribunus militū & alia huiusmodi particularia. totū vero vna quedam species est ꝓ-
curatio scilicet rerum bellicarum: & erga huiusmodi magistratum: res hoc modo se habet.

9 ¶Cum vero quidam magistratuũ(& si non oẽs)pertractent multa negociorum publicorũ: 59
necesse est aliũ esse magistratũ/qui rationes repetat atq; corrigat.ipse vero nichil aliud tra
ctet.vocãt vero hos alii correctores:alii rationales.alii scrutatores.alii ꝓcuratores.¶Preter 60
10 hos vero omnes/vnus magistratus est ꝓcipuus maxime omniũ. Idẽ eni plerumq; habet fi
nẽ & introductionem:qui presidet multitudini/vbi populus dominat. Oportet autẽ id quod
cogit:summã habere in republica authoritatẽ. Appellant vero quibusdã in locis ꝓconsulto
res ex eo:quia ante deliberãt.Vbi vero multitudo est.cõsilium magis.Ciuitatum igit magi
stratus fere tot aliqui sunt. ¶Alia species curationis est circa rem diuinã ceu sacerdotes: & 61
11 editui circa templa(vt conseruent que sunt:& erigant ruinosa edificia)& cetera omnia que
pertinent ad diuinũ cultum. Euenit autẽ alicubi curã hanc esse vnã:vt in paruis ciuitatibus.
alibi vero plures separatas a sacerdotio:vt sacrificulos ac ediculos ac custodes sacrarum pecu
niarum.¶Huic consequens est cura illa:que circa vniuersa sacrificia publica:quotcunq;:sa 62
12 cerdotibus lex non cõmittit.sed ex publico fiunt.Vocant autem eos qui istis presunt alii re
ges sacrorum/alii pontifices maximos.¶Necessaria ergo officia sunt circa hec vt summa 63
tim dicamus:circa rem diuinam/circa rem bellicam/circa redditus publicos & impensas/
circa forum:circa vrbem & portus & regionem insuper circa iudicia & cõtractus:descriptio
nes & executiones & custodias & super rationibus & discussionibus & super correctionibus
31 eorum que quis gesserit in magistratu & finaliter circa consilia rerum comunium. ¶Pecu 64
14 liare autem est earum ciuitatum que magis in ocio & pace degunt/atq; magis tranquille sũt/
5 curã insuper facere de mulierum disciplina/De legibus seruãndis/de disciplina iuuentutis: de
16 gymnasiorum gubernatione:ꝑterea de ludis gymnicis ac musicis: & si qua alia huiusmodi
17 spectacula cõtinget fieri. Horum vero quedã manifeste sunt nõ popularia: veluti disciplina
mulierum & puerorum. nam pauperibus: necesse est vti mulieribus & pueris tanq̃ ministris.qm̃
seruos nõ habent.¶Cumq; tres sint magistratus:ꝑ quos assumunt quidam summas potesta 65
tes/cõseruatores legum/& ꝓconsultores/& consilium: conseruatores legum optimatũ ma
gistratus est/ꝓconsultores vero paucorum potentie consilium autem populare. De magistrati
bus ergo(vt in figura)fere dictum est de omnibus.

¶OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.



IN quarto libro a numero 65 ad 75:de magistratibus disseruit: nunc aũt exactius
de ipsis determinationem cõplet posita primũ ac magistratuum diuisiõe:quosdã
esse necessarios(& sunt sine quibus ciuitas esse nõ potest)alios ad ornatum esse &
honestatem/& sunt sine quibus/ciuitas bene esse non potest. ¶In paruis ciuitati
bus paucioribus opus esse magistratibus/in magnis autem pluribus:qđ & quodã
modo ex iis/que numero 67 quarti dicta sunt/satis intelligi potest.& quod magi
stratus necessarios necessariis coniũgere non expedit sed necessarios iis quidẽ qui
optimi sunt ciuitati:at nõ necessarii:ex eodem numero est cognitum.¶Magistra 50
1 tuum species decem & septem.quarũ quedam necessarie sunt vt sint respublice/alie vt bene sint.Pri
ma species est circa rerum necessariarũ cõtractus/emptiones ac venditiones/vt in illis seruetur decorũ. 51
¶Secunda species est is magistratus/quem edilitatem vocare solent:cuius officiũ est curare circa vr
2 bẽ/vt publica priuataq; edificia/ornatu & cõmoditate sint decenti:vt labefacta instaurent/publice vie
conseruentur/dirigant/fines sine querela regantur/& id genus similia. & hec multas species habet: &
in magnis ciuitatibus vnum ad vnam instituunt magistratum:& ad aliã alios.ceu alii menibus curan
dis presunt:alii curandis fontibus & aquarũ ductibus/alii conseruationibus portuũ:& ita de similibus.
3 ¶Tertia est:eorum qui extra vrbem similem curam gerũt.& vocãt hos aliqui agrorum diffinitores/ alii 52
4 vero a silua siluarios. ¶Quarta species est:eorum quos questores receptoresq; vocant. qui publico 53
rum redditũ curam gerunt :vt apud eos conseruati/mox ad singulas distribuantur oportunitates.
5 ¶Quinta est:eorum qui quibusdam in locis vocantur hieromnemones/presides/memoree/aut hu 54
iusmodi nominibus. apud quos rescribi oportet priuatos contractus sententias pretoriorum/ & po
6 stulationes/ vocationesq; in ius.¶Sexta species est: is magistratus/ qui circa actiones dãnatorum/ & 55
eorum que paulo ante posita sunt/quorum inscriptiones facte sunt/& circa custodias corporum/sum
me quidem necessarius magistratus/sed omnium difficillimus/& grauis administrationis ꝓpter mul
tas que inde proueniunt inimicitias.Quare nisi magna ex eo proueniant emolumenta:magistratum
gerere recusant. & si gerant:nequaq̃ secundum leges volunt administrare.attamen necessaria res est.

nam nichil prodessent de ijs que in iusticie venīūt examen/aut sententie/aut iudicia:nisi essent qui illa
executioni demandarent.quare si actiones executioneſq;/de his rebus nō fiāt:communio inter se ci-
56 uium nequaq̄ permanere potest. ¶ Que expediūt huic magistratui:quo minus grauis/difficilisq; sit
administrationis.expedit primo vt in plures partiatur & alij de alijs iudicia/sentētiasq; ferāt. & idem
etiam expedit magistratui:apud quem premissorū/priuatorum scilicet contractuum/ sententiaꝝ pre-
toriorum/condemnationūq;/ & similium fiunt inscriptiones. ¶ Secūdo expedit magistratus alios alia
exequi:& que erūt magis recentia/magistratus recentiores. & ea que instant/suntq; ad iudicādum p̄-
sentia atq; parata:cum magistratus vnus condemnarit/alter exequatur.ceu pretores vrbani condem-
nent/ediles inscribant/& alij sententiam scriptis demandatā exequi curent.quia quanto minus inimi
citiarum sit illis qui demandāt executioni:tanto magis res finem assequent̄. at qui si ijdem essent qui
cōdemnarent/ & condemnationē executioni demandarent duplex contraheret̄ odium: & cūctis ini-
micum esse solet: vt ijdem de omnibus potestatem habeant. ¶ Tertio expedit vt is magistratus/cui
reorum custodie cura incumbit:ab eo separetur:qui condēnationem ac sententiam excutioni deman
dat.vt Athenis ij qui vndecimuiri appellant̄.Quare melius est.vt & hic etiam custodie magistratus/
in partes diuidat̄/& ad vmbrationem/machinamentumq; circa hunc magistratum querere.quia non
minus q̄ superior necessarius est.verum contingit:vt viri boni/maxime huius magistratus officiū de-
uitent.& prauos ei preficere:nequaq̄ sit tutum.cum potius ipsi custodia & carcere indigeāt:q̄ debeāt
alios custodire. Quare eius rei non oportet vnum esse magistratū: neq; continue eosdem custodire.
sed vbi est aliquis iuniorum ordo aut custodum aut magistratuum: illorum vno tempore deputandi
57 sunt aliqui/& alio alij/ad id custodi peragendum officium. ¶ Septima species est eorum qui strategi/
& polemarchi id est duces exercitus & militie pricipes appellant̄:qui vrbis custodie presunt. nam & 7
in pace & bello opus est & murorum & portarum ciuitatis custodia.presunt & in ijs que ad bellicas ex
peditiones requiruntur: curantq; vt ciuium disquisitiones fiant/vnaq; ordināt̄ur ad huiusmodi expe
ditiones habiles.& in paruis ciuitatibus:vnus :talis sufficit magistratus.in magnis autem:his de rebus
requirūtur plures.& hic magistratus maioris dignitatis est/q̄ superiores.nec ab re quidem.nam & plu
58 rima indiget rerum peritia atq; fide. ¶ Octaua species est eorum/qui appellantur procuratores rerū 8
bellicarum: sub quibus sunt prefecti equitum qui presunt equitibus prefecti legionum qui peditibus
leuis armature & sagittarijs/prefecti nauales qui presunt turbe nauali.& particulariter sub ijs sunt:pre-
59 fectus triremis/& prefectus cohortis:tribunus militum & huiusmodi particularia. ¶ Nona est eorum 9
qui correctores. ratiocinatores.disquisitores. & patrocinatores alibi & alibi appellare solent: quorum
60 officium est publicorum(que in republica a magistratibus gesta sunt) rationes reposcere. ¶ Decima 10
species est: eorum qui aliquando preconsules/ & consules & etiam legū custodes conseruatoresq; ex
vltimo numero huius appellant̄: qui reipublice summā tenent authoritatē/ primamq; presidentiam.
& ijs magistratus maxime omniū summe est precipuus:nam ipse:pleruma; & principij & finis habet
61 authoritatē.vt consules qui president multitudini in populari gubernatione & in alijs presides. ¶ Vn
decima est:eorum qui rē sacram curant/vt sacerdotes/editui:quoꝝ officium est templorum que inco 11
lumia sunt edificia conseruentur & que ruinosa erigantur & vniuersorū curam habeant.que ad diui
num pertinent cultū.& in paruis ciuitatibus. vnus magistratus ad has omnes curas sat est. in magnis
autē:hic magistratus in plures dispescit̄: & alij sunt sacerdotes qui sacrificia faciūt:& alij editui qui sa
cras edes conseruant:& alij sacraꝝ pecuniarū dispensatores/questoresq; sacri. ¶ Duodecima est:eo- 21
62 rum quibus sacrificia publica:que lex non assignat:sed ex publico sumptu fiunt:cōmittunt̄.& hos ali-
63 qui reges sacroꝝ alij pontifices maximos appellāt. ¶ Recolligit.paucis vniuersa: circa que versantur
duodecim predicte magistratuum species vt sufficienti diligētia eas adduxisse magis appareat. quia
aut huiusmodi administrationum officia versantur circa rem diuinam:& sumūtur magistratuū vnde-
cima & duodecima species.aut circa rē bellicā & sumuntur septima & octaua. aut circa redditus pu-
blicos & impensas circa forum.vrbem.portus.& regionem:& sumunt̄ prima.secunda.tertia.& quarta
species.aut circa iudicia.discretiones.cōtractus.executiones & reꝝ custodia:& quita & sexta species
ista curant aut circa ratiocinia.disquisitiones.correctionesq; eoꝝ:que in publicis administrationibus
gesta sunt:& id cure none speciei incūbit.aut circa cōsilia:preconsultationes.aut legū custodiam:& id
ad decimam speciē:summeq; authoritatis magistratū p̄tinet. ¶ Tertiadecima: magistratus cui disci- 13
pline multeꝝ cura cōmittitur. ¶ Quartadecima:cui iuuentutis committit̄ disciplina. ¶ Quintadeci- 14 15
ma:cui committit̄ legum custodia. ¶ Sextadecima:eorum qui preficiunt̄ gymnasijs. in quibus varia- 16
64 rum exercitationum fit institutio. ¶ Septimadecima species eoꝝ:qui ludis: aut gymnicis in quibus 17
certamine gloria queritur: aut ludicris qualia olim Dionysiaci ludi: & huiusmodi publicis spectacu-
lis preficiuntur. & hi magistratus sunt peculiares earum ciuitatum: que magis ocio fruuntur: ex pa-

ce tranquilitatem assecute.neq; hi omnes:omni reipublice cõ uenientes/quandoquidem ij qui inten-
dunt disciplíne mulierꝝ/ & institutioni iuuentutis/ac puerorꝝ:populares nõ sunt: nam pauperibus ne-
cesse est vti mulieribus/& pueris vt ministris.quoniã ad seruorꝝ alimenta/facultates illi: nõ suppetunt.
cuiusmodi populares existunt.¶ Resumit vnũ:qd ad decimam illã summãq; gubernãdi speciem pti- 65
net:tres eius ponẽs species.vna est:conseruatorꝝ legũ:secunda est:ꝓconsulũ. & tertia est consiliũ.Cõ-
seruatores legũ quos nomophylaces appellat:ad optimatiũ gubernationẽ attinet.ꝓconsules:ad pau-
corꝝ potentiam.& consilium:ad popularem gubernationem.& hec de magistratibus.

¶ANNOTATIONES. AD CAP. OCTAVVM.

ET prepositorum secundũ inscriptiones.id est:versatur etiam circa executiones ꝑmissorum 55
paulo ante/quorum apud ꝓsides/ & memores facte erant rescriptiones. vt circa executio-
nes priuatorꝝ contractuum postulationum in ius:& similium.¶ Ceu ꝓtores vrbani condẽ 56
nent/ediles inscribant.Hec nomina/pretor/edilis:sunt magistratu fungẽtiũ & scdm diuersas respubli-
cas/eadem plerũq; sortiuntur nomina:sed sua mutant officia.Romani suos magistratus habebant.re-
gnum antiquissimũ/Senatum/consulatũ/preconsulatũ/dictaturam/preturã censuram/tribunatum/pre
fecturam questuram edilitatẽ & huiusmodi.qui vero magistratus administrabant:appellabanť reges
senatores.cõsules.procõsules.dictatores.pretores.cẽsores.tribuni ꝑfecti questores ediles. Rex perpe
Senatores. tuum gerebat magistratum/atq; monarchiam.¶ Senatores:cẽtũ delecti patres optimatesq; quos pri-
mus Romulus instituit postea ducenti creati sunt:patrum conscriptorum nomine honorati.horũ per-
Consules. petua authoritas.¶ Consules:executioni mandabant/decreta definitaq; senatus.& penes eos erat au
thoritas condemnandi absoluendiq;.illos preibant duodecim lictores faciculos virgarũ securibus alli
Proconsules. gatos portantes. ¶ Proconsules vero:cõsulum officium in prouincijs exercebant. illos preibant licto
Dictator. res sex.Dignitas annua. ¶ Dictator summum gerebat magistratum:omnes alios deponens/ excepta
tribunitia potestate.Potestas illi erat animaduertendi in cuiusuis ciuis Romani caput/ & alios magi-
Magister. stratus eligendi.illi adherebat magister equitum:secundũ ab eo locum tenens in equites animaduer-
equitum. tebat/& in bella sectantes.sex mensium dignitas.¶ Pretores in priuatis & publicis ius dicebãt popu-
Pretores. lo. illis potestas:nouum ius condẽdi:& vetera abrogandi.introducti fuerunt ob impedimenta consu-
Censores. lum/tempore bellorꝝ. ¶ Censores.magistri morum.illis erat potestas: senatores e senatu amouẽdi/&
ciues infamie nota inurendi. Alij erant censores/qui ciuium censum agebãt(quisq; enim tãti sua esti-
Tribuni. mabat:quanti illi censuissent)Erarios constituebant.erant duo. Authoritas quinquennis. ¶ Tribuno
rum hi plebei erant:quorũ officium erat partes plebis defendere.hi militares:qui ex equo imperatori
Prefecti satra- pro militibus opponebantur.alij vero alijs curis deputabantur. ¶ Prefecti qui & satrape:vrbibus legio
pe. nibusq; & regionibus & huiusmodi preficiebanť/ne ea que ad victum pertinent:& alia necessaria de
Questores. ficerent atq; vt istauranda instaurarent.¶ Questores erarium publicũ publicas pecunias redditus &
Elides. tributa curabant.¶ Edilium hi foro venalium rerũ preerant/ne qua fraus interueniret. & eorũ quidẽ
preerant annone frumentarie qui ediles cereales dicebantur.quidã annone forẽsi copieq; cibariorum
quidam seruis/iumentis animalibusq; videndis:ne quid morborum/viciorumq; pro integro vendere
tur.& ad ipsos cura mensuratũ/põderum preciorũq; incũbebat iusq; pro talibus (si fraus interuenisset
aut querela surrexisset)dicebãt.& omnes hos(ꝙ fori venalis lex/penes eos erat)greci vocabant αγορα
νομουσ. sunt alij ediles:qui ludos publicos exhiberi curabant/ & sacras priuatasq; edes/ aque ductus
publica edificia/publicas vias & integra/ vt mũda essent oia/vrbisq; vniuersa cum ornatu retineret sa-
lubritatem/iusq; pro talibus reddebant. Et quibus pecuniaris ediũ sacrarum cura demandata erat:ne
quidẽ fedũ/aut ruinosum appareret:sed mũde & integre seruarentur:editui appellabanť.Verum dili-
Fenestella. gentius de ijs legant apud fenestellã Pomponiũ legisperitos aliosq; cõplures.qui peculiares libros de
Pomponius. magistratibus scripsere.¶ Appellanturq; prefecti equitũ/ꝑfecti legionũ. Prefecti equitũ qui & magi- 58
Prefecti equi- stri equitum:de quibus & in ꝓcedenti annotatione:quibus summa est potestas in equites.Legionem
tum. a delectu militum dici volunt/& nullo certo numero diffinitur/quãdoq; plures delectos milites habẽs
Legio. quandoq; pauciores.Vegetius illi tribuit numerũ 6666 Varro 3000 fuisse dicit/alias 4000 & hec
quadrata legio dicebatur/Marius eam fecit 6200.alij autem diuidunt legionẽ in 10 cohortes/cohor
Prefecti legio- tẽ in 50 manipulos manipulum in 25 milites.vnde fit legio hoc pacto numerum 13500 cõtineat.ex
num. quibus datur intelligi:legionem certo numero nõ diffiniri sed a magno numero delectorum militum
Ciliarche. dici/qui infra numerũ 3000 esse nõ solẽt.hinc etiã intelligi possunt:qui ꝑfecti legionum dicanť Ciliar
Centuriones. che:mille milibus ꝓsunt.cẽturiones:centũ.decuriones:decẽ.quaterniones:q̃tuor.sed ex ꝓprijs autho
Decuriones. ribus:hec & huiusmodi admonuimus esse requirẽda.¶ Alia species curationis est circa rẽ diuinã. Et 61
numero 63 (vt simul expediamus)circa rem diuinã. primo loco vbi interpretatio habet circa rẽ diui-

nam:habet Aristoteles περι τουσ θεουσ et secũdo περι τα δαιμονια.id est circa deos & circa demonia.& numero 6 + /vbi interpretatio habet p̄terea de ludis gymnicis et musicis:vbi musicis/illic Dionysiacis.& erant ludi illi quos in honorē bachi:ignara veri dei celebrabat antiquitas.hanc annotationem adieci:ne de re diuina vltra q̄ par sit defendatur Aristoteles.nam his in locis:aperte vt vir gentilis loquit̃.et sunt qui nimio affectu:hi Platonē/illi Aristotelem/alij Socratem/alij Pythagorā defendunt/cōmendent/approbant.sed in re diuina presertim:piculosum est.nam gentiles fuerunt:& gentilium deorū supstitionibus scatent Platonici libri:neq; Aristoteles imunis est/ sed id longe minus & p paucū est. et nichil vanius ijs que se Pythagoricos nominarūt. nam de Pythagora ipso somniāt/qui loquūtur:cum nichil ipse reliquerit scriptū & carmina illa Pythagore que aurea dicūtur.

Primum immortales diuos ceu disposuit lex.
Ac orcum cole/& illustres heroas adora
Demonas ac venerans terrestres/lege litato

Que vt vides ab impietate incipiūt/non ip̄e Pythagoras/sed Philolaus Pythagoricus scriptitasse fertur.que Hierocles Alexādrinus idololatrie defensionis amore isanus et ob vnius dei instauratū cultum Christianis infensus cōmentatus est. Et vis primos hostes christiane religionis et cultus vnius & solius veri dei agnoscere.lege Hireneū/& inuenies illos se nominare Pythagoricos. lege Origenem/ Epiphaniū/ Augustinū inuenies secundos acerrimos hostes se nomiare Platonicos:et manifeste nō tam in Christianos q̄ in christū debachātes/& in vnicū verum deum blasphemos.quorū a sanctis dānata nomina:nunc fere(quia sub melle virus latens non pcipiatur)incipiunt illustria denuo ventilari. et timēdum ne velut noua hydra: multa p̄tendere maleficia noxia/& multis mortifera capita nimiū permittant.Neq; qui se nominānt Peripateticos:impietatis labe carent.nam Alexāder Aphrodyseus: de anima cum Epicuro sentire arguit̃. Auerroes cordubensis αιρετικοσ:de intellectu/pro declināda Epicureo; impietate/perniciosissimū virus euomit. Hic libet plurisper subsistere/et denarrare fabellam:que his diebus fertur apud Germanū Ganaium virum consularē accidisse. Cum enim plerosq; (vt assolet) & Theologos & philosophos/ad suam mēsam vocasset: inter eos affuit et quidā extraneę regionis pariter & lingue/linguā tamen litterato; cōmunē callens/et de studijs multa pre se ferens.& vbi varia hinc inde de litteris sunt iactata. Theologus quidam qui preter litterariā & celticam linguā nullam aliam nouerat/virum percontat̃/ quid de intellectu sentiret et an omniū hominū vnum eundemq; intellectum esse putaret/ Quo dicente non eūdem se putare.Non crediderim inquit Theologus/te ad id rationē vllam habere.Immo plurimas inquit:lubet aliquam afferre. Tunc ille omnibus qui aderāt incognito sermone/cepit multa profari/profundere multa:quibus quidem sermonibus cūctis conuiuis potius quippiā stridere q̄ loqui videbatur. Cunctis igitur admirātibus & expectātibus quid id monstri pareret: Theologus ignotos sermones interrūpens/haud te intelligo inquit. Tunc ille.et hoc est ait quod dixi non omniū hominū me putare eundē esse intellectum. quo dicto conuiue omnes effuse risere. Et siue hec res & vera siue ficta est:sic plane censeo ridendos eos esse/qui intellectū vnum cōmunemq; omniū hominū defendunt.Hec dixi non studio in uqenq̄ inuehēdi:sed quia omnes in suis studijs cautos esse velim:& ne in offendiculū/maxime in ijs que ad deum totius
62 boni authorem pertinent/ forsitan incidant incōsulti. ℂ Alij pontifices maximos.vbi hic pontifices maximos littera greca habet πρυτανεισ id est pritanes. sic enim Athenis appellantur illi quibus publicum sacrificiorū precipua/summaq; administratio cōmissa erat. Et hec de sexto politico;.

Quaterniões. Aristoteles Aristoteles Plato. Aristoteles. Socrates. Pythagoras.

Pythagoras. Philolaus. Hierocles. Christiani. Hireneus. Origenes. Epiphanius Augustinus. Platonici. In deum blasphemi.

ℂ SEXTI POLITICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

¶SEPTIMVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶De optima republica/ & ciuitate beata. Cap. I.

Optima respublica.



DE optima republica recte querere volenti: necessarium est prius determina- 1
re que vita sit maxime expetenda. nam si id ignotum sit: necesse est & opti-
mam rempublicā ignorari. optime enim agere cōsentaneum est iis qui sub
optima reipublice disciplina regūtur/ ex iis que sibi assint: nisi id accidat p̄-
ter rationē. Quare primum statuendū est: que vita sit cunctis (vt ita dixe-
rim) maxime optanda. deinde vtrum publice & priuatim eadem sit/ an alia.
¶Putantes igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita/ etiam in extremis sermoni- 2
bus & nunc illis vtendū censemus. nempe aduersus hanc diuisionem nemo vtiq; refraga-
bitur: ꝙ tria cum sint bonorū genera externa/ corporis & animi: ista omnia adesse felici ho
mini oportet. nemo enim felicem diceret eum qui nullam partem fortitudinis habeat neq;
temperantie/ neq; iusticie/ neq; prudentie/ sed timentem etiam circūuolantes muscas/ ab-
stinentē vero a nulla penitus edendi bibēdiq; extrema cupiditate & gratia quadrantis vni-
us dilectissimos interficientē amicos/ similiter & mente ita stultum atq; ignarū/ quasi pue
rum quēdam vel insanū. Sed ista quidē sic (vt dicta sunt) omnes cōcederent. ¶Discordant 3
tamē in quanto atq; excessu. nam virtutis quidē satis habere se putant. quātulūcunq; habe-
ant. diuitiarū vero atq; pecuniarū/ potentieq; & fame & huiusmodi omniū in infinitū ex-
cessum sequūtur. At vero nos illis dicemus quia facile est de his etiā per opera ipsam fidem
suscipere: cernētes/ quia homies acquirūt & cōseruant non virtutes externis bonis/ sed ex
terna virtutibus. ¶Ipsaq; beata vita siue in gaudio posita est/ siue in virtute siue ambobus:
magis inexistit/ moribus & intellectus in excellētia ornatis/ mediocria vero externa possi
dentibus/ q̄ iis qui in externis plura possident q̄ opus sit/ & in illis deficiunt. Quinetiā ra-
tione cōsiderātibus: licet hoc probe intueri. nam externa quidē bona finem/ terminūq; ha
bent tanq̄ instrumentū quoddā. Omne autē vtile tale est: vt eius excessus vel noceat habētī
vel certe non prosit. At bona anime q̄to magis excedunt: tanto magis vtilia sunt/ si nō so-
lum honesti verūetiam vtilis appellationē tribuere illis debet. ¶Omninoq; patet: ꝙ sequi
dicemus dispositionē optimā cuiusq; rei adinuicē/ secundū excessum distantie illorū quo-
rū dicimus eas esse dispositiones. Quare si est anima preciosior corpore & pecuniis/ & sim
pliciter & nobis: necessariū est et dispositionē cuiusq; optimam eodem modo illis correspō
dere. ¶Insuper anime gratia illa expeti nata sunt: & ita recte sentientes/ expetere oēs opor-
tet: nō autem animā gratia illoꝝ. ¶Quod igitur felicitatis tantū vnicuiq; cōtingit: q̄tum vir-
tutis atq; prudētie/ & q̄tum secūdū has operatur cōfessum nobis existat: teste deo vsis qui fe
lix est atq; beatus nō per aliquod externoꝝ: sed per seipsum talis sit secundū naturam. ¶Cū
& bonam fortunā aliud esse q̄ felicitatē: propter hoc necessariū est. nam externoꝝ quidē bo-
norū causa est fortuna & casus. at iustus & tēperatus nemo a fortuna est/ neq; propter fortu
nam. ¶Consequēs vero est & iisdem rationibus consentaneū: ciuitatem quoq; beatam es- 4
se/ que optima sit & que bene agat. impossibile autē bene agere eos: qui bona non agāt. nul
la vero bona actio est: neq; viri neq; ciuitatis/ sine virtute atq; prudentia. fortitudo autem &
iusticia & prudentia ciuitatis: eādem habent vim ac formā iis s'm quarum participationem
vnusquisq; hominū dicitur iustus & prudēs/ & tēperatus. sed hec hactenus proemii loco p̄-
missa sint. neq; enim non attingere illa possibile fuit: neq; omnino oēs eorum proprias ra
tiones explicare. nam alterius ocii ista sunt. ¶Nunc autem supponat' nobis. ꝙ vita optima 5
& priuatim vnicuiq; & publice ciuitatis: est cum virtute/ intantū externis facultatibus ad-
iuta: vt actiones studiosas efficere possit. Sed de his nunc quidē pretermissis dubitatiōibus:
postea considerandū erit/ si quis forsan dictis non acquiescet.

Ethicoꝝ primi cap. 9

¶PRIMI CAP. SEPTIMI POLITICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

2 DE optima republica absolute proponit differendū. quare & que absolute optima sit vita/ 1
maximeq; expetenda prius esse videt' discutiendū. hac enim ignota: & que optima sit res
publica ignorare necesse est. & primū cognoscendū esse que optima maximeq; optanda
sit vita. quod ex numero 5 aperiet. deinde an eadem sit publice & priuatim/ an altera quod referabit
numero 6. ¶Que sit optima maximeq; expetēda vita: remittit ad alios libros vt ad primū ethicoꝝ/ 2

vbi dictũ est felicitatẽ vitamq; optimã esse viuere secundũ virtutẽ & perfectam quidẽ et in vita perfecta. vt secundũ fortitudinẽ temperantiã iusticiã prudẽtiã et reliquas virtutes. ¶ Confutat errorẽ eorum qui putant quantũcunq; virtutis habeatur/sat esse:& virtutũ abundantiã non esse curãdam: sed diuitiarũ/pecuniarũ/potentieq; & fame/ et huiusmodi talium excessum in infinitũ esse querendum.
3 ¶ Primo. quia homines acquirũt et cõseruant non virtutes diuitijs/pecunijs/ & huiusmodi externis bonis. sed externa bona/virtutibus. ¶ Secũdo. quia beata vita siue in gaudio collocata sit/siue in virtute siue in ambobus: magis inexistit hominibus moribus et intelligentia in excessu ornatis externa quidẽ mediocria possidẽtibus q̃ ijs qui externorum bonorum habent excessũ et in morũ et itellectus deficiũt excessu. ¶ Tertio. ratione liquet. quia externa bona: terminũ finemq; habent tanq̃ instrumẽtũ quoddã. nã externa. bona dũtaxat vtilia sunt. vtile autẽ omne tale est vt eius excessus vel noceat habenti vel certe nichil prosit. at vero contra: bona anime quanto magis excedũt tanto magis vtilia sunt modo liceat illis vtilis nomen accõmodare et non potius solum honesti. quale valentiore iure aliter q̃ putant: in virtutibus excessus est expetendus/in externis autẽ nequaq̃. ¶ Quarto. optime rerũ quarũcunq; affectiones sequuntur excessum distantie in perfectione earum rerum quarũ sũt. Quare si anima p̃ciosior est et corpore & externis bonis/ & simpliciter & quo ad nos: necesse est optimam anime affectionẽ/ dispositionẽq; ad optimã et corporis & bonorũ externorũ dispositionẽ ita se habere/ illaq; excedere. quare bonorũ anime excessus: potius expetendus. Quinto. quia externa bona anime gratia expeti nata sunt (atq; ita qui recte sentiũt expetere oportet omnes) non autẽ anima externorũ gratia: quare & anime bona ijs que ab externis p̃ueniunt sunt meliora/expetenda magis. quo circa in illis excellere est expetendũ/potius q̃ in externis. ¶ Sexto. tantũ cuiq; felicitatis accidit quãtum virtutis & prudẽtie/quantũq; s̃m illas operatur (vt ex libris Ethicorũ est supponendũ) non autẽ quãtum diuitiarũ/externorũq; bonorũ. qua in re deo vt teste vtamur: qui felix est & beatus/ non p̃ aliquid externorũ/sed per seipsum: et quia s̃m suam diuinitatis naturã sit talis. ¶ Septimo. quia hanc ob causam necesse est bonam fortunã aliud esse q̃ felicitatem. nã temeritas & fortuna: eorũ bonorũ/ que anime externa sunt causa est. at iustus & tẽperans nemo: neq; a fortuna neq; propter fortunã est. abũdantia igitur bonorũ anime/ in quibus felicitas collocatur/ querẽda: non externorũ fortuitorũq; bono-
4 rũ excessus. ¶ Finit ciuitatẽ beatam eã esse que optima sit/ beneq; agat. bene autẽ agere s̃m virtutẽ/ et prudentiã agere. & fortitudinẽ/temperantiã/iusticiam/ prudentiãq; ciuitatis: eandem vim formãq; virtutibus ijs habere secundũ quarũ participationẽ vnusquisq; hominũ fortis/tempatus/iustus/ atq; prudens dicit. et de his tanta dixisse satis sit. nam hic oia hec/ s̃m p̃prias rõnes explicare nequaq̃ pos
5 sibile: cum alterius ethice videlicet sint institutiõis. ¶ Finit vitam beatã/ & priuati cuiq;/et publice ciuitatibus: eam esse que priuatim cuiq; & publice ciuitatibus cum virtute adest/ cui facultatũ tanta suppetit copia vt actiones studiosas efficere possit.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SEPTIMI POLITICORVM.



1 Rgumentũ. Que in septimo disserũtur: hec sunt optima respublica absolute. regio. ciues ciuitas. institutio. natura. De optima republica: ciuitas beata. vita actiua/ & cõtemplatiua. virtus. De regione: quãtitas. conditio. cõmunio maris. De ciuibus: qualitas. ciuitati necessaria/ qui participent: & quibus. De ciuitate: distributio. vrbs comessationũ loca. De institutiõe: cognitio finis disciplina imperantiũ. discipline contẽplatiue. De natura: procreatio liberorũ/ virtus/ & disciplina puerorũ: beata ciuitas: cap. primo ad numerũ 6. vita actiua et cõtemplatiua: a 6 ad 12. virtus: a 12 ad 15. quãtitas regionis/ & ciuium multitudo: a 15 ad 18 cõditio: a 18 ad 19 cõmunio maris: a 19 ad 23 quales ciues: a 23 ad 26. necessariũ ciuitati: a 26 ad 29. qui participent/ & quibus: a 29 ad 36. distributio ciuitatis: a 36 ad 41. vrbs. a 41 ad 46 comessationũ loca: a 46 ad 51 cognitio finis: a 51 ad 59 disciplina imperantiũ: a 59 ad 70 discipline cõtemplatiue: a 70 ad 74 procreatio liberorũ: a 74 ad 88. virtus & disciplina: ab 88 ad finem septimi. et hinc partitiõis septimi in cap. 17. ratio sumpta est.
2 ¶ Nemo eni felicem. Hic ordine ponit quattuor virtutes: fortitudinẽ/temperantiã/iusticiam/ prudentiã quas nostri cardines virtutũ/ Cicero/ Seneca/ et Stoici fontes officiorũ appellãt. et quas Plato enu Cicero/ Seneca.
3 merat: in quarto de republica. ¶ Virtutis satis habere putant/ quãtulũcunq; habeant: diuitiarũ vero/ atq; pecuniarũ/ potẽtieq; & fame et hmõi omniũ in infinitũ excessum sequũtur. hic error hec opinionis nebula/ & vero nomie desipientia/ adhuc nostra tẽpestate multos nobiles fatigat. quorũ alij proprio ducũt/ vt eorũ filij norit nomẽ suũ: nisi obtorte litteris designare vt littere mõstrũ potiusq̃ scripturã p̃se ferant. non Alexãdri Macedonis/ non Cesaris illa erant nobilitatis insignia. alij suos quidẽ omnigenis disciplinis cõmitti volunt/ sed illas dũtaxat (vt vix primis libris attingant) delibare/ et olfacere a lõ Stoici. Plato. Alexander Cesar.

ge/et id satis esse putant.reliquũ vero temporis cõgerendis pecuniis/aucupandis potentiis/& popu-
lari/vaneq; fame sine vllo definito fine/sine vllo termino volunt esse pintentos.quos iuste eruditoꝝ
scola redarguit/ haud aliter q̃ Palamedes apud Homerũ Agamẽnona: improperãs illi/quot digitos
fere aut pedes haberet ignorantiã.sic enim suos educari curãt:quos fortuna cecos/ non quos virtus/
quos prudentia fecerit oculatos illorũ.Aristoteles:cece mentis hic conuellit errorẽ. et reuera plerisq;
in locis qui velint(vt par est)legitime suos liberos institui/perpauci(ne nullos dixerim) comperiũtur.
cõperiũtur tamen aliqui/sed perpauci: qui virtutis admiratores & amatores/nobiles prima illa & an
tiqua nobilitate/suos filios illius vere nobilitatis student relinquere heredes. In qua re nobilitas Ve-
neta/non paruã michi videtur ꝑmereri laudem. que sũmo studio/ summaq; diligẽtia/tam generose/
tamq; liberaliter suos liberos suosq; ab ineunte etate patricios institui curat: vt cum etate maturiores
ad magistratus assumũtur/ longe ceteris in amplitudine terrarũ quibus late dominãtur/ disciplinarũ
splendore & administrationis ꝓuidentia prefulgeant/longeq; habeãtur insigniores. et si nullos alios
preter Hermolaũ Barbarũ/Hieronymũ donatũ/Petrum pascalicũ/Vincentiũ/Q uirinum nossem: id
dicere oportuit.non male in hoc imitari Romanã nobilitatem:dum olim Romanis summa rerũ cessis
set. nunc autem et ipsi vel in hoc ab exteris sũma cum laude imitatione digni. sed de his hactenus.
¶ Nunc autem supponatur nobis.Ex cap.nono primi Ethicorum:id ita esse cognoscis.et cap.tertio
decimo huius:de ea re/adhuc non nichil.

Hermolaus garbarus.
Hieronymus donatus.
Petrus pascalicus.
Vincẽtius quirinus.

¶ De identitate felicitatis:felicitate actiua & cõtemplatiua/et optima reipublice dispositio 5
ne/placitis aliorum:& officio legislatoris.Cap. II.

Utrum autẽ eadem sit dicenda felicitas singulorum hominũ et ciuitatis/ vel non 6
eadem:reliquũ est videre. Manifestũ vero & hoc.omnes enim faterẽtur esse ean-
dem.nam quecũq; in diuitiis beatam vitam vt in re vna posuerint:hi ciuitatem
quoq; totam si opulenta sit/beatam esse fatebũtur.Et quicunq; tyrannicã vitam aliis prefe
runt.hi ciuitatẽ late dominãtẽ beatissimã esse dicent.Siue quis id vnum per virtutẽ recipit:
& is ciuitatẽ beatiorem dicet/si sit studiosior. ¶ Sed hec iam duo sunt que indigent cõside 7
ratione.vnum nũquid vt illa preferenda sit: que versetur in republica & in cõmuni societa-
te:an potius vita peregrina & a ciuili societate remota? ¶ Preterea quam si eciẽ reipublice
& quam dispositionẽ ciuitatis optimam putare debeamus: siue ab omnibus expetenda sit
cõmunio ciuitatis/siue a quibusdã non:sed tamen a pluribus. ¶ Cum vero ciuilis intelligẽ- 8
tie & speculationis hoc sit opus(nõ autẽ quid circa vnumquẽq; expetendũ preferamus nũc
& nos hanc considerationẽ.nam hoc quidem extra ꝓpositum esset:illud vero secundũ ꝓpo
situm huius institutionis.at vero ꝙ necessariũ sit illam esse optimam rempublicã/per cuius
institutionẽ vnusquisq; optime agat & beate viuat:manifestum est. ¶ Sed dubitatur etiam 9
ab iis qui vitã cum virtute maxime eligenda putant: vtrum vita ciuilis & actiua sit preferẽ-
da/an potius illa vita que sit ab omnibus externis soluta/ceu contẽplatiua quedã/quam so
lam putant quidam esse sapientis.fere enim has duas vitas prestãtissimi ad virtutem homi
nes:anteponere videntur/& antiqui & recẽtes.Dico autem duas/ciuilẽ scilicet & philosophi
cam:sed refert nõ parum/vtrum hoc aut illo modo veritas se habet.necesse est enim illum
qui recte sapit/ ad melius propositũ disponere & priuatim vnũquemq; hominẽ & publice
ciuitatẽ. ¶ Putant autem quidam in gubernãdis proximis/si cum dominatu fiat: iniuriam
esse summã.si ciuiliter: cessare quidem iniuriã/sed impediri vite tranquillitatẽ. ¶ Alii ve-
ro contra hec omnino putant/ciuilem & actiuã vitam solam esse viri.in singulis enim vir-
tutibus/nulli eorum qui priuatã ducunt vitam esse maiorẽ facultatem operandi:q̃ iis qui in
reipublice gubernatione versantur. sic igitur hi existimant. ¶ Sunt etiam qui aliis domi-
nari tyrannicum reipublice modum/putent solum esse beatum: & in quibusdam ciuitati-
bus hic est finis legum: vt finitimis dominentur. ita cum pleraq; constituta passim(vt ita
dixerim) iaceant apud plurimos: tamẽ si quid vnũ leges respiciunt/id cõiectant oẽs vt ciui
tas dominetur.Sicut in Lacedemone & Creta: ad bellũ fere ordinata est disciplina iuuẽtutis/
& legum multitudo.Preterea apud gentes oẽs/que possunt preualere:huiusmodi honoratur potẽ
tia.ceu apud Scytas/& Persas/& Thraces/& Gallos.Q uibusdã enĩ leges sunt ad huiusmo
di prouocãtes virtutẽ: vt apud Carthaginẽses:fuerunt ornatũ annulorũ accipere pro nume-
ro expeditionũ in quibus militauerint. Fuit etiam qnq; in Lacedemonia lex eum qui nul-
lum hostẽ iterfecisset:capistro cingi.Apud Scythas vero:nõ licebat solẽnibus epulis paterã

Lacedemon.
Creta.
Scythe.
Perse.
Thraces.
Celte seu galli.
Carthaginẽses

circūlatam accipere ei qui nullum occidisset hostem. Apud Hiberos quoq; pugnacem gē- Lacedemōi:
tem.tot obeliscos erigere circa sepulchrū mos est/quot homines ex numero hostiū necaue Scythe.
rit. Et alia apud alios sunt huiusmodi cōplura/legibus aut cōsuetudinibus cōstituta. ¶ At Hiberi.
qui videretur forsan nimis absurdū esse: si quis considerare velit/an hoc officium esse de
beat eius qui legibus instituit ciuitatē/prouidere scilicet vt illa domineť finitimis/et vo
10 lētibus & inuitis. ¶ Quomodo enī id ciuile aut legitime sanciendū/quod ne legitimū q
dem est/neq; enim legitimū non solum iuste/verū etiam iniuste dñari. impare vero est & 1
non iuste. ¶ Atqui nec in aliis scientiis id videmus. neq; enim medici neq; gubernatoris
officium est: vel psuadere egrotis & nautis vel vim afferre. ¶ Sed videnť pleriq; existima 2
re ciuilem disciplinā esse dominari. & quod in seipsos fieri nollent/ diceretq; neq; iustum 3
esse neq; decens: hoc in alios facere non erubescūt. ipsi pro se iusticiā querunt: pro aliis ve
ro nulla eis iusticie cura est. ¶ Hoc autem absurdū: nisi tales sint natura/vt alter dominari
debeat/alter non. Q2 si est ita non esse conandū omnibus dñari: sed illis dumtaxat qui vt +
illis domineť nati sunt. sicut nec venari homines ad vsum cibi vel sacrificiū: sed id qd ve
nabile est. est autē venabile omne animal: quod sit natura ferū & esui aptum. ¶ Enimuero
fieri potest: vt sit ciuitas vna seorsum per seipsam beata/videlicet si guberneť recte. nam 5
potest esse sita in loco penitus separato: & legibus vti laudabilibus. cuius reipublice cōstitutio:
non ad bellū neq; ad superādos hostes sit. quandoquidē illi nichil inexistit tale. Patet igitur
q omnia rei bellice studia bona sunt existimanda: sed non vt finis supremus/sed gratia il
11 lius. ¶ Studiosi autē legum positoris est cōsiderare vrbem ac naturā hominū/& omnē aliā
cōmunicationē vite laudabilis. quo participēt (quantū fieri potest) felicitatem. differētia ta
men erit in quibusdā legum institutis constituēdis. & hoc ptinet ad eam disciplinā que est
de legibus ferēdis videre: si qui sunt finitimi populi qualia ad quales exercēda sint/& quē
admodū cum singulis cōuersandū. Verum de hoc postea suo loco cōsiderationē faciemus/
ad quem finē debeat optima reipublic constitutio tendere.

¶ SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

6 SEcundū quod pposuerat in principio dicendū/discunt: eandē scilicet eiusdēq; natura es
se felicitatē ac optimā vitam singulorū hoim/& ciuitatis. quia qui in diuitijs felicitatē bea
tamq; vitā collocarūt. priuatim in vno: & illi quoq; ciuitatē/si tota opulenta sit/beatam es
se fatereņt. & quicunq; vnius tyrannicā vitam ceteris preferunt/optimāq; ducunt: & hi ciuitatem la
te dñantem beatissimā esse dicent. & si quis admittit vnum per virtutē optimū esse/ac beatū: & is quo
q; ciuitatē beatiorē dicet que fuerit studiosior. iure igitur singulorꝫ hominū ac ciuitatis/eadem sit feli
7 citas/optimaq; vita. ¶ Questiones due. Prima est. an actiua administratiuaq; vita/que versatur in ci
uili societate preferēda sit/an potius contēplatiua vita/peregrina quidem & a ciuilibus curis semota?
¶ Secunda. quam speciē reipublice & quam ciuitatis optimā dispositionē putare debeamus: siue ab
8 omnibus expetēda sit huiusmodi ciuitatis cōmunio/siue a quibusdā non/attamē a plurimis. ¶ Diluit
paucis secundā. volens hoc opus intelligētie & speculationis ciuilis esse atq; officiū/considerare que
respublica optima sit nō autem quid circa singulū quenq; sit expetendū. Ideo nūc illā cōsiderationē
huic esse preferendā. nam hoc cōsiderare quid vnicuiq; expetendū sit: supuacaneum esset. illud autē
que videlicet respublica reiq; publice dispositio optima est huic discipline accomodatū officiū & id
hoc in loco manifestū esse oportet: eam optimā esse rēpublicā/per cuius institutionē vnusquisq; opti
9 me agat & bene beateq; degat ¶ Quid de actiua vita que ciuilis est/& cōtemplatiua qui philosophi
ca/senserint nōnulli: qui optimā vitam viuere cū virtute esse putant/sed in virtutis vsu dissentiūt. sen
tiunt quidā vitam cōtemplatiuā longe preferendā/optimāq; esse. quia in gubernādis proximis conci
uibusq; suis si id cū dñatu fiat sūma iniuria sit: sin ciuiliter/cessare quidē iniuriā/sed ipediri vite trāquil
litatē. ¶ Alij contra solā ciuilē actiuamq; vitā esse cēsent: que virū deceat. quia nulli eorꝫ qui priuate
degunt/maior sit fm vnamquāq; virtutē operādi facultas q ijs qui in reipublice administratione ver
sanť. & certe vtrum hoc mō aut illo veritas se habet: non parū refert. nā necesse est eū qui apprime sa
pit: ad eam quā norit meliorē/vt ad signū actus suos ordinare/& vnūquenq; priuatim & ciuitatē pu
blice. ¶ Alij censent solam tyrānicā vitam esse beatā: & in plerisq; ciuitatibus & natiōibus finitimis &
cōstitutionū & legum tyrannicus est. vt scilicet finitimis domineť: vt in Lacedemone & Creta/vt apd
Scythas/Persas/Thraces/& gallos. & leges ad huiusmodi finē quasi ad bellicā quandā virtutē prouo
10 cātes affert/Carthaginēsium/Lacedemoniorū/Scytharum/et hiberorꝫ. ¶ Non esse officium eius qui
rempublicā legibus instituit: id prouidere vt ciuitas finitimis domineť/siue volentibus/siue inuitis/vo

lentibus quidē si persuadere possit/inuitis vero & per vim si nequeant psuaderi. ❡Primo.quia id ci•
uile non est/aut lege sanciendū:quod ne quidē legitimū est.atqui legitimū non est:dominari/ nō mo
do iuste/sed & iniuste qui autē finitimis ita imperāt:contingit & iniuste impare. ❡Secundo.quia ne
q; id in alijs artibus & scientijs esse videmus.nam neq; medici officiū est/persuadere egrotis vel vim
afferre:neq; gubernatoris psuadere nautis/alioqui vim parare. igitur neq; id officiū est institutoris ci
uitatis/reiq; publice. ❡Tertio.quia qui ita faciūt existimare videnť ciuilem disciplinā esse dominari:
et qđ neq; in seipsos fieri vellent/dicerētq; iniustū atq; indecens/hoc in alios facere non erubescunt.
& pro se iusticiā querūt:pro alijs vero nulla iusticie cura est. qđ ius humani federis/iusticieq; & amici
tie violat. ❡Quarto.quia absurdū est alios alijs querere dñari:nisi tales sint natura/vt illi domiari de
beant/hi vero nequaq̄.quod si ita est:non est conandū oñibus dñari/ sed ijs dūtaxat qui natura ta•
les sunt vt eis domineť.sicut neq; venari homines/vt aut edanť aut sacrificenť:sed qđ venari natū est.
est autē natum venari:omne animal suapte natura ferum/& esui accōmodū. ❡Quinto.quia fieri po
test:vt sit ciuitas vna semota ab ijs quibus dominari possit/sitq; p seipsam absq; aliorū dominatu bea
ta/vt si recte guberneť. nam potest esse sita in loco penitus separato/& legibus vti studiosis: cuius in•
stitutio/neq; ad bellum/neq; ad subigendos hostes ordinata sit.quippe/cui nichil tale assit. manifestū
etiam & id esse debet:ꝙ etsi omnia rei bellice studia bona sint/non tamē sunt reipublice sūmus finis/
sed ipsius finis gratia. ❡Officia legislatoris.considerare ciuitatē/atq; genus hominū qui legibus for• m
mandi instituēdiq; sunt/ & omnē aliam probitatis vite cōmunionē/ quo felicitatis quoad fieri potest
ipsi fiant participes.& differentia in quibusdā legum institutis inuenietur. et hoc insuper discipline q̄
de ferendis legibus est/prouidere attinet:si qui sunt finitimi populi/qualia ad quales erunt exercēda/
& quonā pacto cum singulis erit conuersandū. ceterum posterius suo loco cōsideratio suscipienda:
ad quem finem debeat optima reipublice tendere constitutio.

❡ANNOTATIONES AD CAP.SECVNDVM.



Pythagoras.
Empedocles.
Eraclitus.
Democritus.
Anaxagoras.
Plato.
Tpollonius.
Anacharsis.
Regina saba.
Thrasima•
chus.
Glauco.

N potius vita peregrina. Vita philosophica & contēplatiua:peregrina dicitur.quia 7
propter hmōi vitam:Pythagoras/Empedocles/Democritus/Anaxagoras diu/mul
tūq; peregrinati prarunt. Et Plato ad Egyptios dehinc ad Tarentinos & Syracu•
sios. Appollonius ad gymnosophistas & indos/Anacharsis ex Scythia ad Atticos
Regina saba ad Solymos. & quia peregrini primū eam vitam induxerūt:& predi•
cauerūt reuersi. ❡Sunt etiam qui alijs dñari:tyrannicū reipublice modū putenť so 9
lum esse beatū. In secūdo de republica:hec pars a Thrasymacho & Glaucone tuta
tur.& ꝙ iusticia inuolūtaria & contra naturā:iniusticia vero voluntaria/atq; ideo prestātior atq; secū
dum naturā/& ꝙ iniustus prestātior iusto.Ferunt ornatū annulorꝫ accipere.Quia frācorꝫ regum li•
lia/insignia sunt:putarunt nōnulli/hoc in loco de lilijs Aristotelē locutum. & hec insignia:a Carthagi•
nensibus ad gallos aliquādo transisse.addebāt argumentū ꝙ ex antiqua traductione habeať eum q
strenue se in militia gessisset/ornatum ex lilijs accipere. verū id allucinatiōe accidisse certū est.nā gre•
ci κρινον quod nostri lilium vocāt. & κρικον παρα το κλειω και ωσι κικλον/a claudo & quasi ciclum/ꝙ
vndiq; circūcludatur/vocant annulū. habet autem littera greca τον εκ των κρικων κοσμον λαμβανει
ex anulis ornatū sumit. vnde propter vicinitatē vocabulorꝫ κρινον και κρικων: veterem traductionē li
lia posuisse verisimile est. solius enim littere & non admodū dissimilis:differentia vocabulorū est.pa•
rum enim v & κ quandoq; in sua protractione differre videntur.

❡De cōtrouersia in vsu virtutis/dominatu/& prestātia vite cōtemplatiue.Cp. III



Resumit ea q̄
dicta sunt nu•
mero 9

Quid bene &
quid male pri•
mi sentiant.

D confitētes autem vitam cum virtute esse maxime recipiendā/& cōten• 12
dētes de illius vsu:dicendū est nobis ad vtrosq;.sunt enim qui despiciant
magistratus ciuitatis:putantes ingenui hominis esse aliam vitam/q̄ ci•
uilis hominis & oibus preferendā. Alii vero hanc optimā putant. impossi
bile enim:nichil agentem bene agere.bene autem agere ac felicem esse:
idem est. ❡Vtriq; eorum quedā dicunt recte:& quedam nō.nā liberi qui
dem hominis vitam meliorē esse q̄ in dominādo occupati:verum est.ni•
chil enim egregiū est seruo vti/inq̄tum seruus.iussus enim domini in rebus necessariis:ni•
chil habet decorū. ❡At putare omnē gubernationē esse dominationē: minime est rectum.
non enim minus distat liberorū gubernatio a dominatiōe seruorū:q̄ differat natura liber/
a natura seruo. de quo sufficienter in superioribus libris determinatū fuit. ❡Sed laudare ma•
gis nihil agere q̄ agere:nequaq̄ verum est.nā felicitas est actio. Preterea multorū & precla•

Primi.
21

13 torũ finem habent:iustorũ tẽperatorũq; actiões. ❡Q uinimo arbitrabitur fortasse aliquis
his hoc pacto determinatis:q̃ omniũ dominãdi potestatẽ habere optimum sit.sic enim plu
rimas ac pulcherrimas res agere possit.Itaq; is qui dominus agendi esse potest: hanc facul-
tatẽ dimittere aliis non debet:sed potius arripere.& neq; filium patris neq; parentẽ filii ne-
q; amicũ amici rationẽ habere:neq; in hac parte curare. nã q̃ optimũ sit:id nobis ipsis ascis
cere debemus.optimũ autẽ est bene agere. ❡Hoc illi forsan recte dicerẽt: si modo existeret
auferẽtibus atq; vim afferentibus id quod esset omniũ maxime expetendũ.sed fortasse id il
lis inesse non potest:falsoq; supponunt. ❡Non eñ amplius bonas actiones illas esse cõtin-
git:nisi tantũ ipse prestet/quantũ vir mulieri & pater filiis & dominus seruo.Q uare is qui
violaret:nil tantũ proficeret postea/quantũ iam a virtute ipsa recessit. similibus enim ho-
nestũ & iustum in parte.hoc enim iustum ac par.non par autẽ paribus/& non simile simili-
bus:preter naturã est.nichil autem honestũ:quod sit preter naturã. ❡Q uapropter & si ali-
us quidẽ sit melior secundũ virtutem/& secundũ potentiam actiuã in rebus optimis:hunc
sequi honestũ est/& huic parere iustum.sed oportet illi non virtutẽ solum/verũetiam potẽ-
14 tiam existere:per quam sit actiuus. ❡Q uod si hec vera sunt/& felicitas in bene agendo
est reponẽda:& publice totius ciuitatis/& priuatim singulorũ/vita illa erit optima/que sit
actiua.Veritamen actiuam non est necessariũ esse ad alios/quemadmodũ quidã putant.ne
q; eas meditationes solum esse actiuas/que gratia eorũ fiunt/que ex agendo ꝓueniunt: sed
multomagis (que in seipsis perfecte sunt/& sui ipsarũ gratia fiunt) cõtemplationes & me-
ditationes. bene enim agere finis est.quare & actio quedam: maxime autem proprie dici-
mus agere etiam in externis actionibus/eos qui intelligentia & cogitatione presunt/vt ar
chitecti. Q uinimo nec sine actione esse necessariũ est eas ciuitates:que posite sint in soli
tudine/& ita viuere eligentes.fieri enim potest:vt partibus inter se agere contingat.multe
enim cõmunicatiões:adinuicẽ sunt partibus ciuitatis.Similiter autem hoc existit vnicuiq;
hominũ.vix enim deus bene se haberet & mundus totus: quibus non sunt actiones exter-
ne preter proprias ipsorũ.Q; igitur necessariũ sit esse vitam optimã priuatim vnicuiq; ho-
minũ & publice ciuitatibus & hominibus:manifestum est.

❡TERTII CAP.COMMENTARIVS.

12 QVid recte/ quid perperã sentiunt ij qui numero 9 sentiũt vitam cum virtute maxi-
me esse recipiendã.sed in vsu dissidẽtes.q̃ hi perfectissime virtutis vsum esse putẽt
reipublice administrationẽ:illi vero semotã quãdam a ciuitate & forensi strepitu/in
intimo mentis secessu/sedatam tranquillãq; cõtemplationẽ.& vtriq; quedã recte di
cunt/& quedã non recte.primi quidẽ recte id dicunt:liberi hois/& studio sapientie
vacantis/vitam meliorẽ esse/q̃ viri in dominãdo occupati.nam dñari/nihil aliud est
q̃ seruo vti quatenus seruus est.seruo autẽ vti quatenus seruus est:nihil est egregiũ.iussus enim domi
ni in rebus necessariis:nihil habet decorũ.❡At id primũ non recte dicunt:oẽm magistratus functio-
nem/esse dñationẽ.quia non minus distat liberoꝵ hoim gubernatio a dñatiõe seruoꝵ:q̃ differat na-
tura liber a natura seruo:vt capite quarto primi ostensum est/numeris 27 & 28. ❡Secundo non re-
cte laudant magis/nichil agere q̃ agere.quia felicitas quedã actio est.Item & quia multoꝵ & precla-
rorũ finem habent:iustorũ/temperatorũq; actiones.❡Secundi non id recte putant:posse dominari
13 omniũ optimũ esse/q̃ sic plurimas ac pulcherrimas res agere possit. quod autem optimũ sit:id nobis
& iam a filijs/parẽtibus/amicis/aut quibusuis auferendo (modo valeamus) asciscere debemus. opti-
mũ autem bene agere.verũ id nõ recte. ❡Primo:quia quod optimũ est maximeq; expetendũ:opor
teret inesse aliorum bona diripientibus/vimq; dominãdi libidine afferentibus. quod nequaq̃ verum
est/falsoq; supponunt.❡Secũdo:quia non amplius actiones illas bonas esse contingit:nisi ille qui hu
iusmodi gubernationẽ attentat/tantũ ceteris prestet/quantũ vir mulieri/aut pater filijs/ aut dominus
seruo.quare qui vim alioqui afferret:nihil tantũ postea ad virtutem ꝓficeret/quantũ iam a virtute di
scessit.nam si ceteris similis sit: honestũ ac iustum vt in parte & per vices/omnes & presint & subsint.
id enim iustum atq; equale:& equalibus non equale/& similibus nõ esse simile preter naturam est.Id
recte sentiant:si quis alijs secundũ virtutem melior sit/ & secundũ potentiã ad ea agenda que optima
sunt:hunc sequi honestum esse/& huic parere iustũ.verum si virtute solum prestet:id dicere non pos-
sint/nisi etiã potẽtia per quã agere & exequi possit/ea que virtutis sint/in aliorũ administratiõe guber-
nationeq; assit. ❡Diluit questionẽ nũero 7 adductã. & vult optimã vitam siue publice ciuitatũ siue
priuatim cuiusq; esse actiuã/eiusq; officiũ esse bene agere.nõ tñ (inquit) voco actiuã que solũ ad alios

sua habeat officia:ceu iusticia & politice virtutes vt putant nõnulli/neq; eas solas meditationes acti-
uas voco que sunt gratia eorũ que ex agendo extra pueniunt. immo multo magis eas cõtemplatio-
nes meditationesq; actiuas appello:que internã habent perfectionẽ/suiq; ipsarũ gratia existũt. quod
hoc indicio cognitum esse potest.quia maxime proprie in externis etiam operationibus:eos agere dici-
mus qui intelligentia & cogitatione presunt operibus/vt architecti.quinimo nec sine actione esse ne-
cessarium est eas ciuitates que posite sint in solitudine & ita eligere viuẽtes. nam etsi ad exteros nihil
agant:cõtingit tamen partibus inter se agere. nã partibus ciuitatis:multe adinuicem cõmunicationes
sunt.similiter nec necessariũ est hominẽ sine actione esse:etsi in secessu/solitariusq; degat. quandoq;
dem fieri potest vt internas proprias ꝗ actiones:partes mentis exerceant.nã & vix deus bene sese ha
beret & mũdus totus/quibus nõ sunt externe actiones(nihilq; extra cadere potest) preter internas p
priasq; ipsorum operationes. Q; si interne ille contẽplationes/meditationesq; & que sui gratia sunt/ma
xime sunt actiones(finis enim/ipsumq; optimũ bene agere:quare & actio quedã)constat contempla
tiuã/separatamq; atq; contemplatiuã vitam/vite ciuili & que ad externas actiones existit/esse prefe-
rendã.manifestũ est igitur eandem naturaq; cõsimilem optimã vitam & publice & priuatim.seu pu-
blice & priuatim philosophicã degant/seu solum degant ciuilem:contẽplatio & publice & priuatim.
cõtemplationi eadem & similis/& actio publice & priuatim actioni quoq; eadem atq; similis.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

NAm felicitas quedam est actio. Actionem extendit/ad omniũ virtutum/cum actiue/tum 12
cõtemplatiue vite operationẽ.proprie tamẽ vite actiue felicias actio est:& contemplatiue
cõtemplatio sic & infra/numero 14:agere extendit ad operam/ seu in vita actiua seu con-
templatiua.sic enim illi contra quos agit:actionem & agere sumebant.& felicem esse(quecũq; ea fuis
set felicitas)& bene agere idem esse volebant. Quinimo/nec sine actione esse necessariũ est eas ci-
uitates que in solitudine posite sunt.Ciuitas quecũq; sit in hoc mundo posita/seu solitaria sit/siue ex-
tra solitudinẽ posita:non bene sine vita actiua & ciuili esse potest.nam actiua/ necessitatis rationẽ ha-
bet:cõtemplatiua vero dignitatis.actiua vt tactus inter sensus:cõtemplatiua vt visus.quare fieri posse
nichil absonũ videtur: vt ciuitas aliqua v tam ducat actiuã ac ciuilem solum/contra autẽ:non/ vt solã
ducat vitam cõtemplatiuã.perinde atq; visus nunq̃ sine tactu reperiatur:at contra reperire facile est.ni
chil enim phibet aliquã totam ciuitatẽ philosophicã vitam degere:Vt de Bragmanis & Esseis a scri
ptoribus multa dicunt.sed sic vitam illam ducet:vt pariter cum res postulabit/agat.ceu ita videmus:
vt cum oportet tangamus. id enim dum spiramus/dum adhuc vitales ducimus auras:necessariũ est.
at dum exuti hoc corpore fuerimus:qui digni meliore vita fuerint reperti/cõtemplatiua vita sola/illos
manebit.neq; enim amplius erit agendi locus:sed tantũ cum perenni diuinorũ laude & admiratione
cõtemplantes:perpetuo illo euo fruemur.

De multitudine/quãtitate regionis/& precipua ciuitatis q̃ritate.Cap. IIII



CVm vero ista nunc premissa sint/ac de aliis rebuspublicis fuerit prius a no- 15
bis consideratũ:de reliquis dicendi initium faciamus.quales aliquas suppo
sitiones esse oportet/pro ea ciuitate que maxime secũdum votum sit consti
tutionẽ susceptura.neq; enim fieri potest:vt optima sit respublica nisi com
mẽsurata sit abundantia.Ex quo necesse est multa presupponere quasi optã
tes:esse tamẽ nullum eorum impossibile.dico autem ceu de multitudine ci-
uium ac de regione. Vt enim ceteris artificibus/puta textori & nauiculario/materiã sub-
esse oportet aptam ad opificiũ(nam quanto melior hec existit: tanto id quod fit ex arte erit
preclarius)sic & gubernatori reipublice & legum positori/oportet propriam subesse mate-
riã apte se habentẽ.Est autem ciuilis facultatis primo videre de multitudie hominũ:q̃ mul-
tos & quales natura esse oportet.de regione quoq; eodem modo:& quanta & qualis esse de-
beat. Putant pleriq;:magnam esse debere beatam ciuitatẽ. id etsi verum est:ignorare ta-
men videntur/ qualis magna & qualis parua dicenda sit ciuitas. existimãt enim magnam
ex numero habitãtium. Sed oportet non tantũ ad numerũ: sed magis ad potentiam re- 16
spicere.est enim ciuitatis opus quoddam. quare que maxime id efficere potest: hanc existi-
Hippocrates. mandũ est esse maximam ciuitatẽ.ceu Hippocratẽ/non hominẽ sed medicum quis diceret
esse maiorẽ q̃ alium qui magnitudine corporis eum excedat. Quinimo si ex multitudi-
ne iudicandũ sit:non ex quauis multitudine id est existimandũ. necesse est enĩ forsan in ci
uitatibus esse seruorũ & inquilinorũ & hospitũ grandẽ numerũ:sed ex iis qui sunt pars ciui

tatis & ex quibus vt propriis partibus ciuitas constat. horũ enim precellẽs multitudo: si-
gnum est magne ciuitatis.ex qua vero ciuitate artifices quidem p̃multi exeunt/ bellatores
autẽ pauci:hanc ĩpossibile est esse magnã. nõ enĩ idem est:magna ciuitas & populosa.quin
etiã re & effectu patet: quia difficile est & forsan impossibile/ vt que nimiũ populosa sit ci-
uitas:optime gubernet. Earum certe que bene gubernari dicũtur:nullã videmus in po pulo-
sam multitudinẽ esse diffusam. ¶ Patet etiam ex rationũ fide. nam lex ordinatio quedã est:
& bonam legis positionem necessariũ est esse bonam ordinationẽ.at multitudo nimiũ ma-
gna/ nõ potest recipere ordinationẽ.diuine enim potentie id opus esset:que & hoc totũ con
tinet/ cum & bonum quidẽ multitudine & magnitudine consueuit fieri.quapropter & ciui-
tatem illã:cuius cum magnitudine dictus terminus existit:optimã necesse est esse. ¶ Cete-
rum est quedã mensura magnitudinis ciuitatis:quemadmodũ & aliorũ omniũ/ animaliũ/
plantarũ/ instrumentorum. nam horum singula:nec parua nimiũ neq; magnitudine excessi-
ua/ suam potentiã retinebũt.sed aut destituta erunt oĩno a natura:vel male se habebũt. ceu
nauis vnius palme:non erit nauis penitus/ neq; duorũ stadiorum. sed si p̃cesserit ad aliquã
magnitudinẽ:quandoq; propter paruitatẽ male faciet nauigationẽ/ quandoq; p̃pter exces-
sum.ita & ciuitas:si ex nimiũ paucis sit/ non est per se sufficiens. sin ex nimiũ multis:suffi
ciens quidẽ in necessariis erit vt gens sed nõ vt ciuitas. rempublicã enim:non facile est in
illis constitui.nam quis dux esset tam excessiue multitudinis: aut quis preco nõ stentoriis.
17 ¶ Quo circa necesse est primã esse ciuitatẽ illam que ex ea multitudine constat: que multi Stentor.
tudo prima per seipsam sufficiens sit ad bene viuẽdum/ in ciuili societate. contingit vero:
vt ea que multitudinem hanc excedit/ sit maior ciuitas.sed hoc nõ est (vt diximus) infini-
tum. ¶ Que vero sit huiusmodi excessus determinatio:ex operibus intelligi facile potest.
sunt enim actus ciuitatis imperantiũ atq; parentiũ.imperãtis quidem opus est iubere ac iu-
dicare. ad iudicandũ vero secundũ iusticiã/ & ad magistratus demandãdos secundũ digni-
tatem:necessariũ est vt seinuicem cognoscãt ciues quales sint.quare vbi hoc fieri non con
tingit:necesse est vt male res p̃cedant circa magistratus demãdãdos & circa iudicia. In vto
q; certe horum:nequaq̃ est temere p̃cedendũ. quod in nimia multitudine manifeste cõtin-
git. ¶ Insuper hospitibus & inquilinis facile est ad rempublicã aspirare:cum non sit diffici-
le in tanta hominũ multitudine latere. Patet igitur q̃ hec est optima determinatio ciuita-
tis:vt sit maximus multitudinis excessus/ que sit per se sufficiẽs ad videndũ: & facile inter
se cognosci possit. De magnitudine igitur ciuitatis:determinatũ sit in hunc modum.

¶ QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

15 SVppositiones faciendas esse/ & de multitudine ciuium/ & de regione quãta & q̃ue esse de-
beant. Primo.nam fieri non potest/ vt optima sit respublica/ & que maxime ad votum con
stitutionẽ sit susceptura:nisi horum cõmensurata/ moderataq; abundantia assit.quare neces
se est multa supponere & de multitudine ciuium / & de regione / quasi optantes: nullum ta-
men eorũ esse impossibile. ¶ Secundo.quia vt textori & nauiculario fabro/ ceterisq; artificibus/ mate
riam supponere oportet ad opificiũ aptam/ que quanto melior est:tanto & id quod ex arte fit/ precla
rus euadit:sic reipublice gubernatori/ positoriq; legum propriam subesse oportet materiã/ aptam atq;
accõmodam.hec autem est ciuiũ multitudo & regio.est autẽ ciuilis facultatis/ primũ videre de multi-
tudine hominũ q̃ multos & equales natura esse oporteat/ & de regione eodẽ modo: & quanta & qua
16 lis esse debeat. ¶ Ciuitatem nequaq̃ ex numero habitantiũ censendam dici debere magnam. ¶ Pri-
mo.quia magis ad potentiã respiciendũ/ qua (que ciuitatem decent) opera fiunt/ q̃ ad multitudinis a-
ceruũ.est enim ciuitatis aliquod opus. quare que ciuitas id maxime efficere potest: dicenda est ma-
xima ciuitas/ non multitudo maxima.ceu Hippocratem alio medico maiorẽ quispiam diceret:nõ au
tem maiorẽ hominẽ/ si alius magnitudine excedat Hippocratem/ molem non attẽdens sed sanandi
potẽtiam/ facultatem/ atq; artem. ¶ Secundo.quia si ciuitas ex multitudine magna iudicanda esset:
non ex quauis multitudine/ vt seruorum/ inquilinorũ/ hospitum/ quorum grandem oportet esse multi
tudinẽ. sed ex iis: ex quibus vt ex propriis partibus ciuitas coalescit/ atq; constituta est. nam horum
precellens/ & egregia multitudo: signum est magne ciuitatis/ potẽtiamq; habere ad munia ciuitatis
obeunda sufficientem.ex qua autem exire sufficiunt opifices numero multi/ sed bellatores perpauci:
hanc impossibile est magnam esse ciuitatẽ. neq; enim idem est:magna ciuitas/ ac populosa. ¶ Tertio:
id re/ & ipso euentu patet. quia difficile est/ & forsitan impossibile. vt que nimiũ populosa est/ ciuitas/

optime gubernet.neq; certe eaꝝ que bene gubernari dicunt̄:vllam videmus in nūerosam nimiū mul
titudinē esse diffusam. ¶ Quarto.id rationū fide constat.quia lex ordinatio quedā est. at multitudo
nimiū magna/ordinationē recipere non potest.diuine enim potentie id opus est/que & hoc totū cō
tinet:cum & magnitudine & multitudine bonum fieri cōsueuit.& hac quoq; de causa/ciuitatem opti
mā eam esse oportet:cuius magnitudinis dictus/definitusq; sit terminus. ¶ Quinto. quia est quedā
mensura ciuitatis ceu aliorum omniū/& animaliū & plantarū/& instrumentoꝝ.nam horum singula:
neq; nimiū parua/neq; nimia mole excrescentia suam potentiā retinebūt.sed aut destituta erunt om-
nino natura:aut praue se habebūt. vt nauis vnius palme nō erit nauis penitus:neq; si mole tā ingens
vt duorum sit faltidiorū.in id autem magnitudinis incidēs.interdum propter paruitatē prauam effi-
ciet nauigationē/interdum vero ꝓpter molem excedentē.ita & ciuitas:si ex nimiū paucis/non est per
se sufficiens.sin ex nimium multis/sufficiens quidem erit in nessarijs vt gens/non autē vt ciuitas.nam
rempublicā in tanta multitudine haud quaq̄ cōstitui facile est.quis enim dux esset tam excessiue mul
titudinis:aut quis preco qui non Stentoris voce boaret/ ¶ Prime/precipueq; ciuitatis multitudinem 17
precipuā tantam esse debere:que per se sufficiens sit/et facile ab ijs qui magistratus gerunt/remq; gu-
bernant agnosci possit/& se inuicem cognoscere. Primo.quia actiones ciuitatis sunt imperantiū & pa-
rentium.imperantis autem opus est:iubere ac iudicare. ad iudicandū autem de iustis & ad magistra
tus pro dignitate distribuēdos:necessariū est vt se inuicem ciues agnoscant quales ipsi sint. quare vbi
hoc fieri non contingit.vt res male se habeant & circa magistratus impartiēdos & circa iudicia neces
se est.in neutro certe horum:nequaq̄ iustum est temere ꝓcedere.quod in nimia multitudine manife-
ste cōtingit.in precipua igitur multitudine se facile cognoscant oportet.non tamē ita parua sit:vt que
ad gubernationē non sufficiat. ¶ Secundo.quia vbi multitudo tanta esset/vt se inuicē ciues nō facile
agnoscerent: hospitibus & inquilinis facile est ad rempublicā aspirare/ cū non sit difficile in ea hoīm
multitudine latere. Expedit igit̄ ꝙ optimus sit multitudinis terminus:vt sit maxima multitudinis abū
dantia que per se sufficiat ad viuendū/& facile inter se agnosci possit. & hec de multitudine ciuitatis.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

DVra texton & nauiculario.nauicularius quam greci ναυπηγὸν appellāt: nauium factor est. 15
¶ Necesse enim forsan:in ciuitatibus esse seruoꝝ & inquilinorū & hospitum grandē nu- 16
merū. Inquilini aduentitij qui locū incolentes manēt. & hospites:qui non manent/sed ꝑ
transitu incolunt. ¶ Difficile est/& forsitan impossibile. Magne vrbes & populose nimiū:
qualis Memphis apud Egyptios/vrbs apud vmbros/ Mediolanū apud Insubres/ Lute-
cia apud Parisios:vix aut egre/optima regūtur politia. ¶ Aut quis preco nō stentorius. Stentor apud
Homerū(si poete fidem habemus) tantū vocis habuit quantū alij quinquaginta vocalissimi viri. de
quodam alio vocalissimo refert Herodotus:qui erat in exercitu Xerxis.

Memphis.
Roma.
Mediolanū
Lutecia.
Stentor.
Herodotus

¶ Conditiones optime regionis & de situ vrbis. Cap. V.

1 DE regione igitur ciuitatis eadem fere dici possunt. nam qualis esse debeat: 18
2 clarum est ꝙ sufficiētissimā omnes quicūq; fuerint sane laudabunt. ¶ Hāc
autem necesse est feracē omniū esse.nam omnia in seipsa habere & nullius
3 indigere:sufficiens est. ¶ Multitudine vero ac magnitudine tantā:vt que-
ant habitatores ociosos nutrire/liberaliter simul/temperateq; viuentes.Hoc
autem vtrū bene an non bene dicatur:postea diligētius erit considerandū/
quando de possessiōibus & de facultatibus mentionē fieri continget/ qualiter & quēadmo-
dum se habere erga vsum ipsum oportet.permulte enim circa considerationē istam dubita
tiones cadūt:propter trahentes in vtramq; partē vite excessum/alios ad tenuitatē/alios ad
4 luxum. ¶ Formā vero regionis non est difficile prescribere:credendūq; est in quibusdā/rei
militaris peritis asserētibus talem esse oportere/ vt ab hostibus quidē non facile inuadi pos-
5 sit/ciuibus autem facilis sit ad alios egressio. ¶ Preterea vt hominū multitudinē facile in-
ter se cognosci posse diximus oportere: sic etiā regio sit subiecta cōspectui.id est vt cogno-
6 sci/& ei succurri facile possit. ¶ Vrbis autem situs/ si formāda nobis illa est secūdum vo-
7 tū oportune & ad terrā & ad mare debet iacere. ¶ Vna iam determinatio dicta est:oportere
8 ad auxilia ferenda cōmunem esse locorū omnium aptitudinem. ¶ Altera ad importationē
9 fructuum. ¶ Preterea ad lignorū materiem:& ad (si quid simile opificium regio in se habe-
at)facilem aduectionem.

¶ QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

18 Prime regionis/& de vrbis situ & cōmoditate/cōditiones nouem. ¶ Prima debet eē suf
ficientissima. ¶ Secunda. omniū ferax. ¶ Tertia. multitudine/ac magnitudine tanta: vt
queat habitatores ociosos liberaliter simul ac tēperate nutrire. ¶ Quarta. forme talis es
se debet: vt ab hostibus haud quaq̄ facile aggredi possit/ciuibus autem ad alios sit facilis aggressio.
¶ Quinta. vt multitudinē ciuium facile agnosci posse oportere diximus: sic etiā regio in prospectu sit
habitatoribus/vt ei facile succurri possit. ¶ Sexta. vrbem habeat: & ad terram & ad mare optime iacē-
tem. ¶ Septima. sic & in regione sita sit: vt ad presidia ferenda cōmunis sit omniū locoꝝ aptitudo. &
hec de tota regione in q̄nta cōditione/determiatio iam dicta est. ¶ Octaua. sit locorū aptitudo: quo
facilis fiat in vrbem fructuū importatio. ¶ Nona. aptitudo item locorū ad lignoꝝ materiem & ad (si
quam aliā regio similē possideat operationē) facilem aduectionem.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

18 DE regione igitur ciuitatis. Et Cato/& Vitruuius/& Leo baptista florētinus/& alij de re ru- Cato.
stica & architectura scriptores: de regione/vrbis situ/forma/& cōmoditatibus multa vtili- Vitruuius.
ter scripsere. que hic non recēsenda: sed ex illis discenda sunt. Leo.

¶ De cōmunione maris/nautica turba/nauali potentia/ & exclusione nautice tur-
be a ciuitate. Cap. VI

19 COmmunio autem maris: vtrum vtilis sit iis ciuitatibus que bene legibus sunt in
stitute/an damnosa magis ꝑmulte sunt disceptationes. nam frequentare adue
nas quosdā alienis educatos legibus: inutile putant ad rectam ciuitatis disciplinā.
¶ Et turbā hominū plurimā ex vsu maris/trāsmittētibus ac recipiētibus negocia
20 torū multitudinē: contrariā esse recte ciuium institutioni. ¶ Q̄ igitur (si ista nō cōtingant)
melius sit/& ad securitatē & ad copiam rerum necessariarū/cōmunionē maris habere vr-
bem & regionē: nō est obscurū. nam ad facilius ferendū hostes: oportuna facultas succurrē-
di auxiliandiqꝫ suis per vtrumqꝫ & per terram & per mare esse debet/ & ad nocēdum inua-
dētibus. si non vtrūqꝫ possibile: at saltem altera ex parte magis existet cum ambobus parti-
cipent. Et que apud eos non existunt/importari: & que superabūdant exportari/ex necessa-
riis sunt. sibi enim ipsi negociosam: non aliis esse ciuitatē oportet. qui autem omībus mer
catū apud se prebēt: hec faciunt questus cupiditate. ꝙ si non expedit ciuitati hanc plus habē
di cupiditatē habere: nec mercatū certe huiusmodi debet recipere. ¶ Nam et nunc quidem
videmus multis regionibus & ciuitatibus stationes ac portus oportune iacere: vt neqꝫ intra
vrbem sint neqꝫ valde distātes/murisqꝫ circūdari: & aliis huiusmodi munitiōibus. Clarum
est enim ꝙ si quid boni ꝓueniet ex tali cōmunione/ciuitas id bonum suscipiet. sin aliquid
mali: caueri ab eo facile erit/& per leges iubētes ac determinātes quos oportet/& quos nō
21 oportet inuicē admisceri. ¶ De nauali autem potentia ꝙ melius sit eam habere vsqꝫ ad ali-
quam quantitatē: manifestū est. non solū enim sibi ipsis/sed etiam finitimis quibusdā opor
tet auxiliari posse/et esse terribiles quemadmodū terra sic etiam mari. Magnitudo autem
ac multitudo huius potentie: ad mores ciuitatis erit accōmodanda. nam si qua fuerit ciui-
tas/que magnam prestantiā authoritatēqꝫ reipublice habere cōsueuerit: necessariū hanc po
2 tentiā rebus esse conformē. ¶ Turbam vero nauticam & hmōi hominū multitudinē non
necessariū est ciuitatibus existere. nulla enim ciuitatis pars: huiusmodi homines esse debēt
Nam pugnatores qui naues cōcendunt: ingenui sunt homines. terra quoqꝫ militare consue
ti: hi presunt nauali turbe: & imperant. Existente vero multitudine tenuis fortune hominū
qui circa nos habitant & agricolarū qui in regione rem rusticā exercent: necessariū est abū
dantiā esse nautarū. videmus etiam nunc istud fieri in quibusdā ciuitatibus/ceu in ciuita
te Heracleotarū. multas enim implent triremes vrbem possidentes magis exiguam q̄ cete Eracleote.
ri. De regione igiť & portubus & vrbibus/& mari/et nauali potētia: in hunc modū determi
natū sit. De multitudine quoqꝫ ciuitatis quā determinatione habere decet: prius diximus.

¶ SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

19 DE cōmunione maris & nautica turba: an ciuitatibus recte legibus institutis expediat
an damnosa sit potius/multis altercationibus cōtendunt nōnulli. & primo non expe
dire. quia frequentare vrbem quosdā aduenas/alienis educatos moribus/inutile du-
cendū est ad rectam ciuitatis disciplinā. ¶ Secundo. quia in ciuitate turbam hominū
fieri plurimam ex vsu maris/dum transmittunt & recipiunt negociatorū multitudi-
nem: cōtrarium est recte ciuiū institutioni. ¶ Diluit. ciuitati & regioni conducibilius
20

nibus.dominans enim & inuictum est animus. Nec bene se habet dicere: q aduersus igno-
tos debent esse infesti. nam aduersus neminem:esse tales oportet.nec sunt magnanimi ho-
mines/natura infesti:nisi contra iniuriantes.Hoc autẽ & magis contra notos/familiaresq;
patiuntur(quemadmodum dictum est prius)si iniuriatos se existimant. Et hoc non sine ra-
tione contigit.a quibus enim deberi sibi beneficiũ expectant:ab eisdem non solum priuari
beneficio/sed insuper ledi se putant.Vnde in prouerbio dicitur.fratrum contentiones & ire:
25 sunt acerbissime.& qui se nimium amant.hi se nimium vna oderunt.¶De hominibus igit
qui in republica futuri/& quot esse oportet/& quales natura/& de regione/quantã & qua-
lem:fere determinatum est.non enim eadem certitudo querenda est in iis/que per rationes
& in iis que fiunt per sensum.

¶SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS

Q
Iues bene institute ciuitatis/quos legũlator ad virtutẽ instituat:& ingeniosi/ & animosi esse
23 debent.exemplo grecorum monstrat:quos ob ingenium & animositatem effert. ceteris aũt
colentibus Europam/magis animositatem sine intelligentia atq; ingenio tribuit: colẽtibus
autem Asiam sine animositate ingenium.littera patens.¶Putant nonnulli ciuitatum custodes opor
24 tere beniuolos esse erga notos/at infestos erga ignotos. verũ erga nullos infestos esse oportet.nisi cõ-
tra iniuriantes. & id quoq; contra notos/ familiaresq; magis contingit: si ipsi se ab eis iniuria affectos
existimant.nam & beniuolentia & infensio ab animo procedit. custodes autem decet esse magnani-
mos.atqui magnanimi viri: nequaq̃ sunt infesti/nisi aduersus eos/qui iniurias afferunt. est enim ani-
mus inuictum quiddam & quod dominatur:& quicquid dominatur libertatemq; seruat/ab hac potẽ
tia cunctis inest.& magis irritatur animus contra notos q̃ ignotos:si paruipẽdi se putet.Et iccirco Ar-
chilochus de amicis conquerens:ad animum loquitur dicens. non tu quidem ab amicis lanceis trãs-
fixus es?Vnde etiam & in prouerbio dicitur:fratrum contentiones & ire acerbissime. & extreme amã
25 tes: extreme oderunt.¶Recolligit determinata/admonetq; non eam certitudinem/exactamq; diligẽ
tiam hic esse quedam:quam & in iis quę rationum demonstrationumq; legem admittunt.que autem
determinata: sensum plurimum requirunt.

¶ANNOTATIONES AD CAP.SEPTIMVM.

A
T grecorum genus.Genus grecorum & grecam laudat regionem:pro ea tempesta-
23 te: qua maxime & ingeniis/& fortissimis viris predita floruit.que altera enim regio: Socrates.
Socrati Platoni Demostheni/ Aristoteli/Xenophonti/Isocrati similes edidit/quę si- Plato.
miles Epaminunde/Philippo Macedoni/Alexandro grecia tunc vt scientiarũ splẽ Demosthenes
dore longe cunctis eminentissima prelucebat: ita toti dominabatur orbi. quę nunc Aristoteles.
duro seruitutis iugo imperiosaq; turcarũ tyrannide calamitose pręmitur.quod reue Xenophon.
ra Christianis multis lachrimis est plorãdum nescio certe an in illorum perditione: dextrum Christia Isocrates.
na dignitas perdiderit oculum.Sed potens est Christus dominus:& luciosos/& cecos etiam illumina Epaminũdas.
re.¶Nam quod de custodibus aiunt quidam oportere.Xenophon in quinto de republica vult neces Xenophon.
sarium fore:vt custodes qui principatum gerunt/frequenti mendacio/deceptioneq; vtantur ad subdi- Xenophon.
torum vtilitatem.Et Xenophon in Cyripedia:inducit Cãbysem/ ita Cyrum filium instituentẽ. Quo- Cambyses.
pacto inquit Cyrus/meliorem habere pater conditionem q̃ hostes quis maxime possit?Non minimũ Cyrus.
inquit fili/ neq; simplex opus interrogas: at noris qui hoc facturus sit:& incidiatorem esse oportere/&
dissimulatorem/& dolosum/& deceptorem/& furem/& raptorem & omni i re hostibus preualere. Et
Cyrus arridens inquit: O Hercules qualem me pater virum esse dicis oportere? Qualis inquit fili &
iustissimus sis/& legum vir obseruantissimus.Quomodo tamen inquit Cyrus:cum pueritiam/puber-
tatemq; ageremus/his contraria docebas?Ita per Iouem respondit Cãbyses:& eadem nunc quoq; er-
ga amicos ac ciues.sed vt hostes male afficere possitis:an ignoras didicisse vos maleficia pmulta? quã
obrem discebatis sagittare/iaculari/in seruitutem agere sues agresteis/ & retibus & foueis? quid seruas
pedicis & laqueis? quid autem? nunquid aduersus leones/& vrsos/& pardos ex equo cõstituti pugna-
batis:sed cum meliore conditione quadam semper studebatis aduersus bestias certare?an hec omnia
minus nosti & maleficia esse/& deceptiones/& dolos & auiditates? Ita inquit Cyrus: quo ad bestias
qdem.qoud si visus forem decipere queng̃ hominum:multis verberibus cesus essem.neq; enim iquit
Cambyses:iaculo hominem ferire permittebamus vobis/ sed ad calcem propositam iacere doceba-
mus.& nec nunc quidem vt in amicos maleficio vtamini hortamur.sed in bestias vos erudiebamus:
vt si quando belligerendum esset/ne harum rerum exercitatio lateret. Cui Cyrus.si ergo pater condu-
cit horum virorũq; scientia/& beneficiorum & maleficiorum.hec quoq; docenda fuerãt aduersus ho

mines.Cui pater.dicitur fuisse olim apud maiores nostros vir quēdam magistrū puerorum:qui pue
ros iusticiam docebat/nō mentiri/& mētiri/non decipere & decipere/non calūniari & calūniari/& nol
le plus habere/ & velle plus habere/ & quę horum erga amicos/ & quę aduersus inimicos.docebatq;
iustum amicos fallere: videlicet propter bonum.& furari amicorum bona:propter bonū.exercebatq;
pueros inuicem ad hec facienda.& reliqua que longiori orationis ambitu Xenophon de Cyro affert
& Cambyse.vbi partes iusticie ponit simulare/mētiri/furari/dolos nectere/decipere/calūniari/plus ha
bere velle/& id genus que negat Aristoteles vnq̄ officia esse boni viri.

¶De exclusis a partiū ratione/de fine/opibus necessariis/& ciuitatis partibus. Cap. VIII.


Vm vero vt aliorum secundum naturam consistentium/non he sunt par 26
tes totius consistentie:sine quibus totum esse non potest:palam q̄ nec ciui
tatis ponendū est esse partes/quecūq; ciuitatibus existere necessario opor
tet:nec alterius cuiusq̄ cōmunionis ex qua fit vnū aliquod genus. ¶Vnū
enim quid & cōmune esse debet communicantibus:siue equale/siue ine
quale suscipiant ceu siue alimentum id sit/siue agri quātitas/siue aliud ta
le.sed quando hec gratia huius/hoc autem nō gratia:nichil in his cōmune.sed aut huic qui
dem facere:huic autem accipere.dico autē velut organo omni: ad illud opus quod fit & opi
ficibus.Domui enim ad edificatorem nichil quod sit cōmune: sed est domus gratia edifica
torum ars.Quapropter possessione quidē indiget ciuitas.nulla tamē pars ciuitatis est pos
sessio.multa vero animata:sunt possessionis partes. ¶Ciuitas autem cōmunio quedam est 27
similium gratia vite/vtq̄ maxime fieri potest optime.Cum vero sit felicitas optimum:ipsa
tamen virtutis operatio/& vsus quidem perfectus/contingat autem ita/vt aliqui recipiant
illius participationem:alii autem parum aut nichil:manifestum est:q̄ hec est causa quare ci
uitatis species/differentieq; existunt:pluresq; rerumpublicarum forme.per alium enim mo
dum/& aliis viis:singuli hoc appetentes:& alios viuendi modos fecerunt/ & alias republi
ce disciplinas. ¶Considerandum est:quot sint illa sine quibus ciuitas esse non potest. nam 28
quas dicimus ciuitatis partes: eas necessarium est in istis esse. Capiendus est igitur operum
numerus.ex his enim id apparebit.primum igit̄ debent existere alimēta.Deinde artes mul
1 tis enim instrumentis indiget vita. Tertium arma.nam qui simul in cōmunione viuūt: ne
3 2 cessarium est ipsis habere arma/quibus & magistratibus parere inobedientes compellantur
4 & quibus vis propulsetur externa.Preterea pecuniarum habendarum facultas quedam:quo
illas habere possint ad proprias indigentias:& ad bellum. Quintum autem ac precipuū:cir
5 carem diuinam cultus:quod vocant sacrificium.Sextum quod est omnium summe necessa
6 rium. iudicium rerum conducentium & iustarum adinuicem. Hec igitur sunt opera. qui
bus indiget ciuitas omnis.est enim ciuitas multitudo non quecunq;:sed illa que ad vitā per
Primi. se sufficiens sit:vt diximus.Si vero aliquid horum deficiat:impossibile est simpliciter esse p
8 se sufficientem huiusmodi societatem.necessarium ergo est his operibus ciuitatem consta
Tertij. re.Esse igitur oportet multitudinem agricolarum:qui victum conferant.& artifices & bel
2 latores.& locupletes.& sacerdotes. & iudices necessariorum atq; vtilium.

¶OCTAVI CAP. COMMENTARIVS

NOn omnia esse ciuitatis partes sine quibus ciuitas stare non potest Primo.quia & in aliis
totis/ q̄ natura constant compertum est:nō omnia esse eorum partes sine quibus nequaq̄ 26
sua coalescētia/cōpositioq; consisteret. ¶Secūdo.quia sine possessionibus ciuitas esse nō
potest.atqui possessiones nō sunt ciuitatis pars. nā ciuiū & possessionū: nulla cōmunio qa cōmunicā
tibus:quippiā vnū & cōmune esse oportet/ quo cōmunicēt/siue equaliter: siue inequaliter illo cōmu
nicēt ceu alimentū/aut agri quātitas.aut aliquid tale.verū cum aliqua se habēt/vt hec huius sint gra
tia vt instrumenta hoc autem finis & non ad finem: illis nichil commune. cuiusmodi possessiones sūt
ad possidentem: & multa animata ad ciuitatem/ ceu serui/armenta/iumenta.sunt enim possessiones.
cōstat igitur non omnia illa dicēda esse ciuitatis partes:sine quibus nequaq̄ subsisteret ciuitas. ¶Er 27
ror summi boni assequendi causa est:cur varie rerumpublicarum forme/varieq; species inducte sunt.
nam ciuitas:communio quedam est gratia vite/ & quidam quoad fieri potest optime.atqui felicitas:
optimum est.est autem felicitas operatio & vsus quidam virtutis absolutus atq; cōsummatus.Cū igit̄
huiusmodi operationis secundum virtutem/quidam sint participes/ quidam parū habeant/ alij autē
prorsus nichil:per alium modum & allijs vijs singuli summū bonū affectantes/varios viuendi modos

effecerunt/ & varias reipublice institutiones. primi quidem optimas. secundi medias/ & tanto melio-
res quo magis virtutis participes. tertij vero deterrimas: vt qui iam summum bonum diuitias/ aut ho-
norem/ aut quippiam simile putarent. quare si omnes de summo bono/ idem & recte sensissēt: vnam
dūtaxat/ & optimam rēpublicam instituissent. fecitq; huius cognoscendi error vt tam varie rerumpu
28 blicarū forme emergerent. ¶ Sex opera sine quibus constare non potest ciuitas: alimenta/ artes. arma.
diuitie. sacrificium. iudiciū. conducibilium & iustorū. quibus senaria multitudo hoim ciuitati necessa-
riorum respondet: agricole. artifices. propulsatores. diuites. sacerdotes. & iudices necessariorum/ ac cō-
ducibilium.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

28 ESt enim ciuitas: non quecunq;/ sed illa que ad vitam per se sufficiēs sit: vt diximus. id dictū
est libro primo/ numero. 8.

¶ De partitione reipublice/ tractantibus arma/ & iudicia/ & sacerdotia. Cap. IX.

His determinatis/ reliquum est considerare: vtrum omnes cōmunicare debent his
29 H omnibus (fieri enim potest: vt iidem ipsi sint & agricole/ & artifices & cōsultores Quarti.
& iudicātes) an i vnoquoq; opere supradictorū: alios ponendum est/ an quedā esse 15
30 propria: quedā vero horum comunia esse necessarium est/ ¶ Sed nō in omni repu
blica hoc (vt diximus) cōtingit. nā fieri potest: vt omnes omnium sint participes: & nō om
nes omnium: sed quidam quorūdam. hec enim faciunt rerumpublicarum varietatem. nam
in populari quidem participes existunt omnes omniū: in paucorum autem potentia contra- Huius cap.
rium est. Cum autem consideratio nostra sit de optima republica/ ea vero est per quam ciui 1
tas esset maxime felix/ felicitatem autem q sine virtute impossibile sit existere: dictum est
prius: manifestum est ex iis: q in ciuitate que optime gubernatur/ & que iustos habet ciues
simpliciter/ ac non ad suppositionem: nec artifices neq; mercatores ciues esse oportet. vilis
est enī huiusmodi vita: & virtuti aduersa. nec certe agricolas esse oportet eos: qui futuri sunt
ciues. opus est enim quiete & ocio ad virtutem comparandā & ad rempublicam gerendam.
31 ¶ Cum vero ii supersint qui bello intendunt/ & qui consultant de vtilibus/ & iudicāt de iu-
stis & iniustis. quiquidem maxime videntur partes ciuitatis: vtrum & hos esse alios ponēdū
32 sit: an eisdem hominibus ambas partes tribuendum/ ¶ Clarum est: q quodāmodo eisdē/ &
quodammodo aliis. qua enim alterius vigoris vtrūq; opus: & alterum prudentia: alterum vi
ribus indiget: aliis. qua vero potentes sunt vt vim afferant impotentioribus: eos tamen p-
hibent ne semper subiecti sint: eisdem. qui enim armorum domini sunt. iidem etiā sunt do-
mini status: vel mutationis reipublice. Restat igitur: vt eisdem quidem ambobus respublica
tradatur. non simul quidem: sed vt natura fert. ¶ Vires quidem sunt in iunioribus: prudētia
vero i senibus. sic inter eos distribui: commodum est: & iustum esse videt. habebit enim hec
33 distributio: id quod est secundū dignitatem. ¶ Atqui possessiones quoq; circa hos esse opor
tet. necesse est enim facultates adesse ciuibus. hi autem sunt ciues. nam turba quidem vrba-
na vilium ministeriorum: nulla pars est ciuitatis. nec aliud genus quodcunq;: quod nō sit vir
tutis effector. ¶ Patet hoc ex eo quod premisimus. felicitas enim necesse est: vt per virtutem
fiat. Felicem vero dicere ciuitatem debemus: nō ad partem aliquam eius respicientes: sed ad Huius.
omnes ciues. manifestum igitur q horum esse possessiōes oportet. siquidem necesse est agri 30
34 colas esse seruos vel barbaros: vel ministros. ¶ Reliquum est ex iis qui supra numerati sunt:
genus esse sacerdotum: quorum institutio manifesta est. neq; enim agricola/ neq; artifex neq;
vilium exercitiorum quisq̄ sacerdos est deputandus. honor enim diis est a ciuibus impendē
dus. Sed cum distincti sint ciues in partes duas hoc est in eos qui arma tenent/ & in eos qui
consultant & decens sit diis cultum exhibere & requiem suscipere eos qui pro tempore i his
35 laborarunt ac defessi sunt his vtiq; est sacrorum cura demandanda. ¶ Que igitur sunt sine
quibus ciuitas stare non potest & quot sint ciuitatis partes dictum sit. agricolas enim & arti
fices & omne ministeriū ciuitatibus existere necessarium est. Sed partes ciuitatis sūt ii qui
arma tenent & ii qui consultāt. & separatum est vnumquodq; ipsorum hoc quidem semper
hoc vero secundum partem.

¶ NONI CAP. COMMENTARIVS.

29 QVestio an omnes qui in republica versantur his operibus omnibus participare possint: an
in vnoquoq; supradictorum sex operum/ alij ex ijs qui i republica versantur ponēdi sunt/
an quedam horum operum/ quibusdam propria sunt. alia vero cōmunia esse necesse est/

¶ Diluit. fieri non posse: vt in omni republica omnes his omnibus liceat esse participes. sed secundū 30
quod licet his operibus / vel om̄ibus participare / vel quosdā quibusdam: id facit rerumpublicarum di-
uersitatem. nā in populari gubernatione / licet omnes participare. in paucorum autem potentia / oppo
sito modo / non licet omnibus. quia in ea diuites: mercaturam / arma / sacerdotia / & iudicia / tractant. in-
opes autem alimēta / & artes. at in optima republica / per quam ciuitas maxime felix est: neq; qui ali-
menta parant: neq; opifices / neq; opulenti / qui questu / mercaturaq; cumulādis opibus insudant / ciues
existunt: nā felicitatem sine virtute esse impossibile est. at opificum & questuosorū hominū vita / vilis
est: & virtuti inimica. & agricolarū inquieta vita. atqui ad virtutē comparandā / & rēpublicam admini-
strandā: & quiete & ocio opus est. sed in ciuitate que optime gubernat / & iustos habet simpliciter ci-
ues / & non ad suppositionem & ex adiuncto: ciues arma / rem sacrā / & iudicia tractant. ¶ Questio. an 31
in optima ciuitate: eisdem ciuibus arma / & iudicia cōmittenda sint? ¶ Diluit. quodāmodo vt eisdem / 32
& quodāmodo vt diuersis. nam quatenus vtrūq; opus altero vigore / & hoc quidem prudentia / illud
vero viribus eget. vt alijs. at quatenus imbecilliores defendunt / ne semper premātur subiectiq; sint ijs
qui vim afferre possunt: vt eisdem. qui enim armorū domini sunt: ijdem etiam aut status / aut mutatio
nis reipublice domini sunt. relinquitur igit̄ cum eijdem sint vtriq; / & arma tenentes & iudicia tractan-
tes: iisdem has reipublice prouincias committi non simul quidē: sed vt natura fert. vt cū iuniores sint /
arma: factis autem senibus cōsultationes atq; iudicia. vires enim in iunioribus sunt. prudentia vero in
senibus. & sic inter eos officia diuidi cōmodum / & iustū esse videtur. nā huiusmodi distributio: id ha-
bebit / quod est secundū dignitatem. ¶ Et ijs qui arma tractāt / & qui iudicia: possessiones adesse opor 33
tet. ¶ Primo quia necesse est ciuibus adesse facultates. hi autem / vel soli sunt ciues. nam turba vrbana
opificum / nulla ciuitatis sunt pars. nec genus aliud quodcūq; hominum: qui virtutis non sint operato
res. ¶ Secūdo. quia felicitatem per virtutē fieri (ceu dictum est) necesse est. & felicem dicere ciuitatem
debemus: respicientes non ad partem aliquā ciuitatis / sed ad ciues omnes. ciuibus igitur: ad obeunda
virtutū munera / facultates adsint necesse est. non quas ipsi parēt: sed que ab alijs parentur. nā necesse
est agricolas: aut seruos ēe / aut barbaros / aut accolas. ¶ Sacerdotiū & sacrorū curam / nō agricole / neq; 34
artifici / neq; ijs qui vilibus occupationibus detenti fuere cōmittendam esse: sed ijs ciuibus / qui pro tē-
pore / & in armis & in consultationibus ac iudicijs / strenue laborarunt / & defessi sunt / & par est eos va-
cationē / requiemq; suscipere. nā honor: deo a ciuibus est impendēdus. sic enim pro dignitate quoad
fieri potest: impendetur. ¶ Paucis colligit / que determinata sunt / & agricolas / & omnes qui ministrāt 35
& arma tenentes / & iudices separatos distinctosq; esse dicit. sed agricolas & ministrātes oēs semper se-
paratos ab ijs qui arma curāt / & a iudicibus. arma vero tractantes & iudices: secūdum partē & tēpus.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

Clarum est ꝙ quodāmodo eisdem. nā reipsa ijdem: sed etate & qualitate sunt differētes. 32

¶ De distributione ciuitatis / comessationibus / partitione regionis / cultoribus & agri-
colis. Cap. X

Videtur autem nō nunc neq; paulo ante hoc notum fuisse iis qui de republica phi-
losophantur: ꝙ per genera ciuitas sit distinguenda: & pugnatorū genus aliud esse 36
aliud agricolarum. nā in Egypto vsq; ad hoc tempus: & in hunc modū se habet /
Sesostri legem ferente / in Creta vero Minoe. ¶ Antiqua videtur etiam commessationum 37
institutio. quod in Creta factum Minoe regnante: sed multo prius hoc in Italia q̄ in Creta
constitutum fuit. tradunt enim periti homines illorum locorum fuisse Italum quendā Eno-
trie regem / a quo mutato nomine pro enotris Itali sunt vocitati / oramq; illam maritimam
Europe que est inter Scyllaticum & Lameticum sinum (distāt vero hec loca: inter semidiei)
Italie nomē primo recepisse. hunc ergo Italum tradunt / agriculturā Enotros docuisse: cum
prius essent pastores vagi ac pallantes. Illisq; leges posuisse: & comessationes instituisse pri-
mum. Quapropter etiam nunc quidam illorū populorum: comessationibus vtunt: & legi-
bus quibusdam ab illo positis. Incolebant autem eā Italie partem que ad Tyrreniam versa
est opici. qui nunc cognomento Ausonii nominant: alteram vero partem que ad Iapygiam
& Ionium pertinet: incolebāt Chaones Syrtim appellatam: & ipsi quoq; ab Enotris orti. in-
uentio igitur comessationū: hinc primum extitit. Diuisio autem ciuitatis per genera: apud
Egyptum incepit. Sesostris enim multis temporibus ante fuit q̄ Minos in Creta regnaret.
Et alia fere credendum est eodem modo inuenta fuisse frequenter in longo tempore: immo
vero infinities. nam & que necessaria sunt ad vsum vite: indigentiam ipsam docuisse ratio-
nabile est. que autem ad ornatum & affluentiā: illis repertis additamenta post modum facta

Egyptus.
Sesostris.
Creta.
Minos.
Italia.
Italus.
Enotria.
Europa.
Scyllaticus sinus.
Lameticus sinus.
Enotri
Tyrrenia.
Oppici.
Ausonij.
Iapygia.
Ionium.
Chaones.
Syrtis.
Egyptus.
Sesostris
Minos. Cre

fuisse: ad expolitiorem viuendi formam quod eodē modo in constitutione rerumpublicarum
accedisse credendum est. Esse vero cuncta vetusta signum est: quod Egyptii (quorū antiqui- Egyptij.
tas maxima putatur) leges habuerunt/ & ciuilem institutionem. Quapropter vtendum est
38 iis/que sufficienter tradita sunt: & que deficiunt/reperire conandū est. ¶ Quod igitur agri &
possessiones eorum esse debēt/qui arma tenent/quiq; partes sunt ciuitatis/dictum est. & qua
39 de causa cultores illarum/alios esse oportet/& quanta & qualis regio esse debet. ¶ De distri-
butione vero ipsius regionis/& qui: & quales esse debent cultores: dicendū est primū. Quā- Socrates;
doquidem neq; cōmunes quidem omniū censemus esse debere possessiones: vt quidā tradi-
dere/sed vsu amicabili cōmunes fieri/neq; deesse vlli ciuium alimēta. De comessationibus
quoq; videtur omnibus vtile esse: vt assint bene institutis ciuitatibus. quam vero ob causam
nobis quoq; idem videatur postea dicemus. Oportet autem ciues vniuersos ad earum cōmu-
nionem admitti. at non facile est: vt qui pauperes sunt/contribuere statutam pensionem ex Capite.
propriis possint: & ceterā domum gubernare. Preterea in sacrificiis/cultuq; deorū: sumptus 12
cōmunes esse debent totius ciuitatis. Est igitur necessarium in duas partes regionē diuide-
re. & aliam publicam esse aliam priuatorum: Vtraq; illarū partium rursus diuidēda est. illius
namq; partis quam publicā esse debere diximus vna pars deorum cultui deputanda est: alte-
ra vero ad comessationum impensam. Rursus vero priuati agri pars vna ad proprias necessi-
tates est deputāda: altera vero ad ciuitatem. vt duabus sortibus vnicuiq; distributis: amborū
locorum omnes participes sint. ¶ Equum enim & iustum ita se habet: & ad finitima bella con-
cordantius. Vbi enim hic modus non seruatur: alii facile prosiliunt ad finitimorum inimi-
citias/alii nimium illas refugiunt/& contra dignitatē. Quaobrem apud quosdam lex est:
vt qui agros habet vicinas/hi non admittantur ad consiliū belli aduersus illos suscipiendi/
quasi ob priuatam sui cām recte consilium dare non valētes. agrorum igitur per hunc modum fa-
40 cienda est partitio ob causas antedictas. ¶ Cultores autem ipsi quidem (si secundum votū
optandū est) serui: esse debēt. neq; omnes vnius generis: neq; animo elati. ita enim ad faciē- Partitio regio-
dum opus/vtiles fuerint: & nichil noui ab eis metuendū erit in securitate degentibus. Secū- nis.
do autem loco barbari ministri: natura similes iis quos supradiximus. Horū autem in priua- Primi.
tis quidem agris & ipsi priuatorum dominorum sint: in publicis vero publici. Quēadmo- Economicorum
dū autem seruis vtendum sit/ & quare melius est omnibus seruis premiū libertatis esse pro- cap. 5
positum: postea dicemus.

¶ DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

36 AGricolas/genus aliud esse a genere propugnatorū/& ciuitatem sic per genera esse
distribuendā/vt pauloante dictum est: neq; nunc primum/neq; erecenti id notum
fuisse iis qui reipublice institutioni studuerūt. nam & in egypto ex iis legibus quas
37 tulit Sesostris: res ita se habet/& in Creta ex legibus Minois ¶ Comessationes pri-
mum fuisse repertas in italia/q̄ a Minoe constitutas in Creta. & distributionem ciui-
tatum per geneta/ prius in egypto/q̄ minos regnaret in Creta. nam Sesostris mul-
tis annis Minoa precessit & egyptiis tribuit Aristoteles maximā antiquitatē: & eo
38 quoq; maiorem/quo mūdi suspicabatur eternitatē. Littera apertam continet narrationē. ¶ Dicta: epi-
39 logo colligit. ¶ De partitione regionis & cultoribus regionē duas in partes esse diuidendā. quarū vna
pars publica sit/& altera priuata. & publicā in duas: quarum vna diuinorum cultui deputetur: altera ve-
ro ad comessationum impensam quia in sacrificiis & cultu diuinorum: sumptus cōmunes esse debēt
vniuerse ciuitatis. & conducibile esse videtur: vt ciuitatibus bene institutis/comessationes assint. vt dicetur
inferius numero 46. atq; oēs ciues ad earum recipi communionem. quod haud quaq̄ facile fuerit:
si quemlibet ex propriis pensionem certā contribuere oportet. nam pauperibus: graue esset taxationē
epulo cōmuni afferre/& reliquam domū gubernare. partem regionis priuatā: itidem partiendam esse.
pars vna ad proprias necessitates est deputanda & altera ad publica ciuitatis onera. sic vt duabus sor-
tibus vnicuiq; distributis: ciues omnes vtriusq; loci sint participes. Primo quidē. quia neq; cōmunes
omniū cēsemus esse debere possessiones (quomodo Socrates & Plato tradidere) sed vsu amicabili cō-
munes fieri. neq; cuiq̄ ciuiū deesse oportere alimenta. Secundo. quia hec distributio equa & iusta esse
videtur: & ad arcenda finitimorum bella accōmodatior. nam vbi hic modus nō seruatur: alij facilius/
ad finitimorum inimicitias proruerunt/& alij magis q̄ par sit/illas refugiunt. quā ob cām apud quos-
dam lex est: vt qui finitimis agros vicinos habent/ad consiliū non admittantur/vbi de bello contra fini-
timos suscipiendo agitur. quasi ob priuatam sui causam: inualidi sint dare consiliū. Sic igitur regionis &

agrorum partitio facienda: & ob causas dictas. ¶ Agricolas terreq; cultores/primo loco expedire esse 30
seruos/non eiusdem tribus atq; gentis: neq; animo elatos. nam ita vtiles erunt ad opus: & ciues securi
erunt/ nichil noui ab eis moliri. Secundo loco: cultores habendi sunt barbari ministri/ neq; regionis
eiusdem neq; animosi. & in priuatis quidem agris: cultores sint/aut serui/aut ministri barbari/priuato
rum dominorum/ & in publicis sint publici. & bonum est vt omnibus seruis: premium libertatis sit p-
positum/vt postmodum dicetur.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

N longo tépore immo vero infinities. Hoc: ex errore perpetuitatis mundi. & anni illi quos 37
Diodorus. ex monumentis Egyptiorũ Diodorus siculus allegat: fabulosi sunt. & nouem illa milia an-
Plato. norum Platonis in Critia: fabulosa. historia autem sacra: de annis mundi maxime vera.
¶ Vt duabus sortibus vnicuiq; distributis. Sors: pars que ex primaria regionis distributione/alicui ob 39
tigit/ vt paulo supra visum est. sic igitur vult duas sortes/vnicuiq; ciuium esse distribuendas.

¶ De situ vrbis/locis rebuspublicis accommodatis/priuatis edibus/muris/ornatu ciuitatis. Cap. XI.

VRbs autem q terre marisq; particeps esse debet/& quo ad totam regionem simili 41
ter esse debet cõmunia quantũ fieri potest: dictũ est prius. ipsius autẽ ad seipsam:
Huius: optãdum est positionem sortiri/ad quattuor respicientes. Primum ad sanitatem.
18 & 20 quod est necessarium. ad orientatẽ enim solem conuerse vrbes/& ad eos ventos qui inde p-
1 flant: salubriores sunt/secundo loco que sunt secundũ boream site. he namq; sunt ad hyber-
na potiores. ¶ In reliquis vero: vt ad ciuiles res & ad bellicas oportune se habeat. ad bellicas
2 quidem: vt facilis sit ciuibus aliena egressio. hostibus vero difficilis aggressio/ad difficilis
circũdatio. ¶ Aquarum autẽ & stagnorum abundantiã habeat/maxime naturalem. q si na
3 turalis deficit: ex aqua pluuiali cisterne & lacus/qui magnã vim aquarũ suscipiunt/compa
rentur. ita vt inde aqua si quãdo obsiderent: nunq̃ ob bellum deesse possit. ¶ Sed cum opor-
teat de sanitate inhabitantiũ curã habere: hoc autem sit primum in situ & qualitate loci vt
4 bene se habeant. secundũ in aquarum salubrium vsu. in ea quoq; re est diligentia merito adhi-
benda quibus enim plurimũ & frequentissime vtimur ad corpus: ea plurimum conferunt ad
sanitatẽ. aquarum autem ac ventorum potentia: talẽ habet naturã. Quapropter in ciuitatibus
que recte sapiunt: distinguendus est aquarum vsus si non omnes sunt pares: nec abundatia sit
earum aquarum: vt alie seorsum aque ad cibum & potum: alie ad aliam indigẽtiam deputẽ-
tur. ¶ Loca enim munita: non pariter cunctis ciuitatibus vtilia sunt: vtputa arx ad domina- 42
tũ vnius: vel paucorũ. In populari autem viuendi modo: equalitas loci. In optimatum vero
gubernatione: neutrum istorum: sed magis crebra fortia loca. ¶ Priuatorum aũt domorum for 43
Hippodamus ma: gratior est & commodior ad ceteras res existimatur secundũ recẽtiorẽ: & Hippodamiũ
modum: sed ad securitatem hostiũ tutelamq; ciuitatis vtilior erat antiquorum edificatio. habe
bant enim illorum edificia inextricabiles aditus: ex quibus nisi consueti euadere vix possent:
& inscrutabiles latebras si qui aggrederent: quare vtrisq; horum participare debent. Potest
enim hoc fieri si quis ita disponat: vt solẽt agricole illos: quos vocãt quidam vinearum trami-
tes. Et non totã vrbem facere peruiã. sed portas quasdã & loca. sic enim & ad securitatẽ & ad
ornatum se bene habebit. ¶ Menia vero qui dicunt nõ oportere adesse ciuitatibus illis que 44
virtutem possideant: nimium prisce loquunt. & hoc vident per experientiã reprobatũ in iis
ciuitatibus: que id sibi ad gloriã iactabant. est enim ad pares ac non multo excedentes multi
tudine: nõ satis decorum per menia seruari velle. sed cum aliquando id contingat & fieri possit
vt multo maior hominũ multitudo ac maior virtute superueniat: si saluos esse oportet: neq;
perire: neq; contumeliis effici firmissimã munitionem murorũ putandũ est oportunissimã
esse in bello. presertim hoc tempore: in quo tormenta & machine ad obsidiones vrbium: cũ
omni subtilitate sunt inuicem. ¶ Simile est enim ciuitatem non circũdandã esse menibus
cẽsere: & regionem facilẽ ad inuadendum querere: & deiicere montuosa loca: & priuatis do
mibus non circũdare parietes quasi viles futuri sint ciuitatis habitatores. ¶ Atqui ne id qui
dem latere oportet: q qui menibus circũdandant licet eis in vtrãq; partẽ vti vrbibus: & tãq̃
habentibus muros & tanq̃ non habentibus. sed eis qui menia non habent: non licet. Si ergo 45
per hunc modũ se habet. non solum menia circũdanda sint vrbi: verum etiã curandum: vt &
ad ornatum ciuitatis se habeant decẽter: & ad bellicas oportunitates: tum ad alias: tũ ad illas
que nunc sunt reperte. Vt enim aggessoribus cura est quibus modis vincant: ita quedã iam

reperta sunt/quedam inuestigare atq; philosophari oportet eos/qui defendunt. a principio enim non aggrediuntur expugnare eos/qui bene se preparauerint.

¶VNDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

DE situ vrbis.iaceat apte & ad terre & ad maris commoditates quoad fieri potest.ceu nu-
41 mero 18 & 20 huius est dictum.& ad eius situm:quattuor sunt respicienda.primũ.vt vrbs
ad orientẽ cõuersa sit.quia venti qui inde perflant:salubriores.Q; si cõmode ad orientem
conuerti nõ potest:saltem situs eius in boream vertatur. Hic namq; situs:frigora salubriora ministrat.
¶Scđm.vt sit facilis ciuibus ad exteros egressio/hostibus aũt difficilis accessio:vrbsq; circũdatu diffi-
cilis.¶Tertiũ.aquarũ & stagnorũ assit naturalis abundãtia. q̃ si desit: cisterne & lacus pluuialis aque/
qui magnã vim aquarũ cõcipiant/parãdi erunt.vt inde si quando obsiderent:nunq̃ aqua ob bellũ de-
ficere possit.¶Quartũ.eo loci situãda est:vt salubriũ aquarũ rõ minime negligat. & in ciuitatibus di
stinguendus ac secernẽdus est vsus earũ:si nõ omnes equali sunt salubritate/& q̃ ad vsum corporis &
alimentorũ accõmodate sint/& q̃ ad alias deputent indigentias.primũ & quartũ/sanitatẽ scđm & ter-
42 tium rẽ bellicã respiciunt. ¶Que loca diuersis rerũpublicarũ speciebus accõmoda.arx:cõuenit princi
patui vnius/& paucorũ potẽtie.loci equalitas.populari statui optimatũ gubernationi.neutrũ horũ:sed
43 plura fortia loca.¶Priuatorũ domorũ forma:dũ pacatiora sunt tẽpora/gratior/& rebus accommoda-
tior/scđm recentiorẽ & Hippodamiũ morẽ:ad securitatẽ autẽ hostiũ belli tẽpore & ad ciuitatis tutelã/
vtilior erat antiquorũ edificatio.habebãt enim eorũ edificia difficiles egressus:ex quibus nisi consueti
vix euadere possent/& inscrutabiles latebras:si qui aggrederentur.quare par est:vt ciuitas vtriusq; ho-
rum edificiorũ participet nam id fieri potest: si quis ita edificia disponat/vt solent agricole eos trami-
tes quos vocant nõnulli vinearum Systadas/ & nõ faciat vrbẽ totam peruiam/sed secundũ partes &
44 loca.sic enim & ad securitatẽ & ornatum:vrbs cõmode se habebit. ¶Expedit ciuitatẽ firmissimã mu
rorum habere munitionem: & maxime quidem hoc tempore in quo tela & machine ad vrbium ob-
sidiones cum diligentia sunt reperte & qui dicunt menia ciuitatibus q̃ virtutẽ possideant/ non opor-
tere adesse:nimium prisce/absoleteq; loquũtur. nam q̃q̃ ad pares/ac non multo excedẽtes multitudi-
ne:non satis decorũ sit/per menia saluari velle. sed cũ fieri possit/vt multo maior hominum multitudo
ac virtute superior superueniat:si ciues saluos esse oportẽt/neq; perire/neq; contumeliis affici/ firmissi
mum murorum esse presidium putandum est. ¶Secũdo. quia simile est ciuitatem nõ esse circundan-
dam menibus censere & regionem facilem ad inuadendũ querere montuosaq; deiicere loca/ & priua
tis ciuium domibus nõ circũdare parietes/quasi viles futuri essent ciuitatis habitatores. ¶Tertio.q[illegible]
ciues vti possunt vrbibus suis:si menibus circũdate sint in vtrãq; partem & vt habẽtibus muros & nõ
45 habentibus.si autem circũdate non sint non ita licet. ¶Non solum menia vrbi circũdanda:sed & cu
randum diligenter vt ad ornatum ciuitatis se habeant:& ad bellicas oportunitates: & ad eas que pro
tempore sunt reperte.nã vt aggressoribus cura est quibus modis vincãt: ita aduersus ea q̃ iam reperta
sunt quedam inuestigare & subtiliter machinari eos qui defendunt oportet.nam a principio nõ aggre
diuntur eos expugnare:quos se bene premuniuisse intellexerint.

¶ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

AQuarum autem & stagnorum.Bonarum & salubriũ aquarum ꝓprietates & ꝓbationes
41 in octauo Vitruuii pollionis. qui liber cũ ad manus habeat & sit vbiq; frequens satis est Vitruuius
locũ admonuisse.quanq̃ & de eadem re medici & alii authores complures. ¶Priuatarũ
43 aũt domorũ forma: gratior est & cõmodior/ scđm recentiorẽ & Hippodamiũ morẽ. Qui cupit edifi-
44 ciorum grecorũ formã: vtilitatemq; nosse:legat nonũ cap.sexti Vitruuii de edificiis grecorum. ¶Pre- De machinis tonitruariis.
sertim hoc tẽpore in quo tormẽta & machine ad obsidiones vrbium cũ omni subtilitate sunt adinuẽ-
ta.He machine erant.Scorpiones.Catapulte.Baliste.Arietes.Testudines.Arpagones. Obambulato
rie turres.Heliopoles.& id genus machinarũ.Nã nemo putet illa tormẽta quibus(vt ait quidam.)

Non tanto fertur Nili cataracta fragore
Ire:nec etherea tam strepit arce deus:
Imbrifere gestant cum sola tonitrua nubes
Aut cum de celo fulminis ira ruit.

Tormenta inquã tonitruaria:nemo putet temporibus Aristotelis fuisse reperta. quandoquidẽ haud admodum multos supra annos 100 fluxisse existimant ab huiusmodi infausta tartarearũ machinarũ inuentione.quarũ siue belga:siue teuto repertor fuerit(ceu dicunt) dũ tentat cõfusis in vnum multis venenis & stygiis pulueribus metalla cõmutare omnibus in olla grãdi cõiectis/occluso fortiter ore & incense fornaci superposita dum putat medicinã conficere: que viles materias in flaua transmutet metalla:protinus horrẽdo tonitru feruefacta olla disrumpit dissilitq; quasi manibus excussa cyclopũ.

desilierunt parietes/culmen domus in sublime rapitur:quasi demon quidam deferbuisset in olla.at-
tonitus repertor:tormenta excogitat fulmine nocentiora/ad vltimam hominũ perniciẽ.& bene mor
talibus tunc consultum fuisset:si ceu Sulmoneus/vero fulmine tunc conflagrasset.nouo tamen inuen
to exultãs/pytagmon ille nouus/reges adit tyrãnos/scelerati pectoris secreta pãdit.admittit/admirat
sũptus/& adiutores/multos Cyclopas & broontes illi adiungunt.sic omnium artiũ deterrima/nocen-
tissimaq; ac nefandissima reperta est.qui si Busirim aut Phalarim adijsset/quos antiqtas effinxit cru-
delissimos:inuenti crudelitatem exhorruissent/ dedissetq; primus/male concepte artis penas/ & cum
crudeli arte(vt par fuerat)crudelissime perijsset.

¶De edibus sacris:foris:& locis comessationum.Cap. XII.

CVm vero multitudo ciuium in comessationes distributa esse debeat: menia vero 46
sint presidiis quibusdam/& turribus per oportuna loca interpositis muniendacla
rum est/q res exigit aliquas comessationum: in illis ipsis presidiis collocari. Et
hec quidem per hunc modum itaq; videntur constituenda.¶Edes vero deorum: ac princi- 47
palissime magistratuũ comessationes idoneum locum habere debẽt:& eundem sacra quot-
cũq; lex non separat: aut responsum oraculi. esset autem talis locus quisquis supereminen-
tiam haberet ad virtutis positionem sufficienter: & ad vicinas partes ciuitatis excellenter.
decet autem sub hoc loco:constructionem fori esse talem/qualis est in Thessalia eius: quod
liberum vocant.id est q debet esse purum ab omni mercatu:& neq; opifices:neq; agricolas:
neq; alios vllos tales illi appropinquare:nisi a magistratibus vocarentur.fuerit vero hic lo-
cus gratior:si gymnasia seniorum sint in eo constituta.decet enim secundum etates distri-
bui hũc ornatum:& in iunioribus magistratus quosdam versari. seniores autem magistra
tibus assistere.Presentia enim magistratuũ ante oculos posita: gignit veram reuerentiam/
liberalemq; pudorem.¶Venalium autẽ rerum:aliud forum esse debet & alio loco situm cõ 48
gressu facile quo & a terra & a mari facilis sit importatio oim. ¶Cũ vero multitudo ciuiũ 49
diuisa sit in sacerdotes:& magistratus:decens est sacerdotibus circa edes sacras esse comes
sationes institutas.Magistatuum aũt quicũq; de cõtractibus ius dicunt: & qui de accusatio-
nibus cognoscũt:& qui circa vocationes in ius: & aliam hmoi administrationem intendũt
& insuper qui edilitatis:& vrbanarum rerũ curam gerunt:iuxta forum in loco celebri/cõmu
niq; sunt comessationes statuende.talis est locus illius fori:in quo necessaria venundant.nã
alterum illud forum superiori loco situm debere esse diximus ociosum:hoc autem ad nego-
cia rerum necessarium deputari.¶Hunc eundem ordinẽ in regione imitandũ esse dicimus.
sunt enim magistratus quidam apud rusticos:quos alii siluarũ custodes:alii agrimẽsores ap-
pellant:quibus & loca ad custodiã regionis/& comessationes sunt iidem in locis constitue-
de.Tẽpla quoq; per regionem distributa esse debent/partim diis/partim heroibus.Sed im-
morari circa ista superfluum est:cum sint illa non difficilia cognitu sed magis factu. dicere
eni voti est:euenire aũt fortune.Quapropter circa talia insistere:ad pñs omittamus.

¶DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS



Liquas comessationes ciuiũ/in oportunis quibusdã locis:q & ad vrbis psidia & ad
comessationũ vsus/ornatũq; ciuitatis erunt adiuncta/esse celebrandas.¶Edes sa- 46
cras & scenacula pro precipuis comessationibus magistratuũ in eminẽti loco ciui- 47
tatis esse locanda/qui quidem locus positione ad virtutem emineat/& ad reliquas
ciuitatis partes excellentiã gerat/sub quo platea sit/forũq; liberum & ab omni mer
catu purũ.cui neq; opifices/ neq; agricolas/neq; alios hmõi liceat appropinquare:
nisi a magistratibus vocatos.Et hic locus gratior fuerit:si omnes seniorũ gymnasijs.
atq; hic gymnasiorũ ornatus:debet etatibus accõmodari.& inter iuniores magistratus quosdam ver-
sari:quibus seniores assistant.nã presentia magistratuũ ante oculos iuuenũ posita:gignit verã reuerẽ-
tiam/liberalemq; pudorẽ.¶De foro rerũ venalium.¶Loca comessationũ sacerdotũ:circa edes sacras 48
constituẽda.& magistratuũ qui summi nõ sunt:iuxta forũ rerũ venaliũ.¶Per regionem simili propor 49
tione:magistratibus/& comessationes & loca ad comessandum/& templa sunt ordinanda. 50

¶ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.



Verit vero hic locus gratior:si gymnasia seniorum sint in eo constituta. Gymnasia publica
loca in quibus variarum disciplinarum & artium/& studiosorum officiorum exercitamenta 74
sunt.qualia volebat Socrates senibus esse ordinata:in q summo mane cõuenirẽt/ & docturi
& tractaturi earũ ad optimã viuendi disciplinam pertinerent.qualia dicit Xenophon insti-

50 tutione Cyri.fuisse apud Persas.℄Tépla quoq; per regionem distributa esse debent:partim dijs par
tim heroibus.Hic ritu gentium/de sacris loquitur Aristoteles.sed quasi non multum illa sibi cure sint
addit immorari circa illa superfluum esse. & reuera nec solum superfluum:sed & stultum/& vanũ om
nino est illis presertim/qui deum pacis & totius bonitatis dominum agnouerunt.

℄De recta intẽtione finis & mediis:de felicitate: & actibus virtutis:de externis: de iis quibus homines fiunt studiosi: & qualitate ciuium. Cap. XIII.

51 DE re autem publica ipsa/ex quibus cõstare debet ciuitas: que beata sit futu
ra/& recte gubernari:dicendum est.Duo sunt:in quibus omnis cõsumatio
bene agendi/consistit. Vnum: vt propositum/ac finis agendi recte subia-
ceat.Aliud:vt eas:que ad illum finem ferãt actiones:inueniamus. fieri enĩ
potest:vt & concordent hec inter se/& discordent.nã quandoq; id ad quod
intenditur: recte se habet. sed in actionibus per quas illo potiri credimus:
aberrat. quandoq; autẽ omnia ad finem diriguntur: sed finis ipse est praue positus.quãdoq;
etiam in vtroq; est error:veluti circa medicinam.neq; enim quale aliquid esse oportet sanũ
esse corpus:recte iudicant interdũ/neq; ad suppositum sibi finem opera diriguntur.oportet
autem in artibus & scientiis hec vtraq; obtineri:finem & eas que sunt ad finem actiones.
52 ℄Q; igitur bene viuere ac felices esse omnes cupiunt:manifestum est.sed aliis potestas est
adipiscendi:aliis non propter fortunam aliquã/vel naturam.opus est enim adiumentis quí-
busdam ad bene viuendum: minoribus quidem illis/qui melius dispositi sunt maioribus
autem qui peius.alii vero:statim non recte querunt felicitatem/cum possint.℄Cum autem
53 propositum nostrum sit optimam rempublicam videre/ea vero est:per quã ciuitas optime
gubernetur optime autem gubernatur/si felicitatem maxime recipiat: manifestum est: ꝙ
54 quid sit felicitas latere non debet. ℄Diximus autem in Ethicis (si modo illorum librorum Primi cap.
vtilitas vlla est) operationem esse & vsum virtutis perfectum:& hunc non ex suppositione: 10
sed simpliciter.dico autem ex suppositione:que necessaria sunt. simpliciter autem: quod in
seipso cõmendationem habet.veluti circa res iustas iudicare:punire:supplicio afficere a vir
tute quidem est: sed necessaria: & necessitate:bene se habent.eligibilius namq; foret nullo
tali indigere nec hominem nec ciuitatem.At vero ad honores & opes/simpliciter sunt op
time actiones. nam alterum quidem mali alicuius gratia electio est. hec autem contra. pre-
55 paramenta enim bonoꝝ sunt:& generationes.℄Studiosus enim vir:& paupertate & mor-
bo & aliis fortune aduersitatibus laudabiliter vtetur:verumtamẽ felicitas in contrariis exi-
stit.nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris:ꝙ talis est studiosus:cui per virtutẽ
sunt simpliciter bona.patet autem:ꝙ & vsus istos:necessariũ est studiosos & bonos esse sim
56 pliciter.℄Quapropter existimant homines externa bona causam esse felicitatis.ceu si qs
bene pulsandi causam putet esse lyram magis q̃ artem. necessarium est autem ex iis que di-
cta sunt alia subesse:alia parare legis positorẽ.ex quo fm votũ optamus ciuitatis constitutio
nem in iis:quorum domina est fortuna.dominam enim illam posuimus.sed studiosam esse
ciuitatem:non est fortune opus:sed scientie ac electionis.atqui studiosam esse ciuitatem:est
ciues illos qui in republica versantur esse studiosos.Nobis autem omnes participes sunt rei
publice.hoc igitur considerãdum est:quomodo vir fiat studiosus. Nam si contingit omnes
esse studiosos: non autem iccirco oporteat singulos ciuium. quo pacto foret optabilius. se-
57 quitur enim ad singulos:& omnes esse.℄Atqui boni quidem & studiosi fiunt per tria.sunt
autem hec tria:natura.mos.ratio.etenim nasci oportet primum ceu hominum:& non aliud
animal.& sic qualem aliquem secũdum corpus & animam.Quedam etiam nasci nulla vti
litas est.mores enim mutari faciũt.nam aliqua per naturam ad vtraq; apta:per mores ad pe
ius vel ad melius conuertuntur.cetera igitur animalia maxime viuunt secundum naturam
parum vero aliquid vt secundum mores:homo autem & secũdum rationem.solus enim ra
tionem habet.Itaq; oportet simul concordare hec.multa enim preter mores etiam preter na- Huius.
58 turam agunt homines propter rationem: si persuadeatur melius esse aliter agere. ℄Natu- 23
ra igitur quales esse oportet eos qui legum positori sint parituri:determinatum est prius.Re
liquum opus est iam discipline.quedam assuescendo discuntur quedam audiendo.

℄TERTIIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.



Educit duo hec:rectam de fine conceptionem rectumq; intentum finem/& actiões 51
mediorum recte assecutas:summam bene agendi continere.& esse quosdam:qui cir
ca ipsius mediorum actiones errent.quosdam circa finē.& alios:circa vtraq;.¶ Om 52
nibus inditum esse bene viuendi desiderium: sed nō omnibus assequendi adesse fa
cultatem. q aliqui:impedimento nature/hac potestate prohibiti sint.alij vero:ob for
tunam/aut aliquid aliud/eorum mentes ad deteriora incuruans.¶ Ciues/eamq; ciui 53
tatem que optime gubernanda sit:minime latere debere quid sit felicitas. Littera perspicua.¶ Actus 54
virtutem in ijs qui simpliciter perfecti sunt consistere.& actus virtutum ex suppositione perfectos ap
pellat:qui necessarij sunt/vt condēnare/punire/supplicio afficere/& hmōi. simpliciter autem pfectos:
qui ex seipsis bn̄ se habēt/ vt liberalitatis & magnificentie officia circa opes/magnitudo animi & mo
destia circa honores.& prestaret ciuitatem nō indigere actibus necessarijs:sed solis absolute/ simplici
terq; pfectis/illi opus esse.nam actus necessarij quorūdam malorū electiones. siquidē pene & crucia
tus mala.at perfecti/simpliciter electiones sunt preparationū/acquisitionumq; bonoꝝ.¶ Quanq̄ stu 55
diosus vir & paupertate/& morbo/& alijs fortune pressuris laudabiliter vtatur:nō tn̄ in vsu talium cō
sistit felicitas/sed magis in vsu contrariorū/diuitiaꝝ inquā/incolumiū virium/& prosperitatū fortune/
secundū virtutem.nā vsus virtutis circa illa/necessarij sunt:circa ista autem simpliciter studiosi/atq; p
fecti.atqui studiosus:felix est/cui secūdū virtutem insunt simpliciter bona/vt in ethicis dictū est.qua
re & actus hos secundū quos felicitas inest:simpliciter studiosos/bonos/perfectosq; esse necessarium
est.non igitur sunt in vsu paupertatis/morbi/aduersitatum fortune secundū virtutem: sed potius i vsu
oppositorum.¶ Arguit eos/qui quia felicitas consistit in vsu fortunarū secundū virtutem:iccirco pu 56
tant fortunas/externaq; bona precipuam esse felicitatis causam.quia id putare simile est: ac si quis be
ne pulsandi causam putet esse lyram/potius q̄ artem.necesse itaq; est/ ex ijs que numero precedēti di
cta sunt:alia bona subesse/& alia legislatorem parare ob id quod secūdum votum optamus ciuitatis
constitutionem/cum ea assint/quorum fortuna domina est.dominam enim aliquorum:ipsam esse po
nimus.at studiosam esse ciuitatem/non amplius fortune est opus:sed id legislatoris sciētia & virtutis
electione conparatur.quinimmo ciuitas hoc ipso studiosa est:quo ciues qui in ea republica versantur
sunt studiosi.omnes autem ciues:reipublice volumus esse participes.id igif studēdum:quomodo ci
uis quisq;/vir euadat studiosus.nam si contingit omnes simul esse studiosos/& si non singuli quiq; ci
uium sint studiosi: sic autem vt singuli quiq; essent studiosi esset eligibilius. nam sequitur ad singulos
quosq; esse studiosos:simul omnes esse studiosos.¶ Tria per que homines & boni & studiosi fiūt:na 57
tura. consuetudo.ratio. natura quidem: quia nasci primum oportet/ ceu hominem/non aliud animal
quodcūq;.& ita secundū corpus & animam affectum:vt bonitatis/ virtutisq; capax existat. consuetu
do:quia quosdam ita nasci/nulla est vtilitas:nam mores ad deteriora mutari faciūt nisi dexteritati na
ture consentanei assint.aliqui enim per naturam apti:per mores aut ad melius aut ad deterius cōuer
tuntur.Ratio vero:quia cetera animalia/maxime natura viuunt pauca autem quedam/ceu mansueta
canes consuetudinibus/ homo autem ratione. animalium enim homo solus: rationem habet. quare
oportet hec rationi parere/atq; consentire. multa enim patrant homines/ & preter mores & preter id
ad quod natura trahit:propter rationem/ si illis persuasum sit melius esse aliter q̄ id sit/ ad quod con
suetudo seu natura trahit/agere. ¶ Reuocat ad memoriā:quod numero 23 huius/ dictum est quales 58
natura esse oporteat ciues qui bene a legislatore instituendi sint.reliquum autem est disciplme off cū
& eorum que sunt discipline:quedam ciues consuetudine/vsuq; & exercitatione discunt/quedam ve
ro auditu/aliō quodam profitente.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVMDECIMVM.

Q Vid sit felicitas:latere non debere. Et hoc/nota:q̄ vtile est/& necessarium/ciues summa cu 53
ra summoq; studio morales disciplinas itelligere/ & in illis sua excolere ingenia. ¶ Studio 55
sus autem vir:paupertate & morbo cap.decimum primi ethicorum facit ad eorum/que in
hoc capite dicuntur intelligentiam.& contra: hec ad perfectius illud intelligendum.

¶ De identitate imperantium & parentium& differentia/ de disciplina virtute parti
bus anime errore circa fines & de dominatione. Cap. XIIII.

C Vm vero omnis societas ciuilis cōstet ex imperātibus & parentibus:hoc iam cō 59
siderandū est/vtrum alios esse oporteat qui imperāt/& alios qui parent:an eosdē p
vitam.Patet enī q & disciplina secundū hāc diuisionē sequi debebit. ¶ Si ergo tā 60
tum different alteri ab aliis/q̄tum dii & heroes ab hoibus differre putantur/vt primum sta
tim corpore ac postea animo longe antecellerent/ac manifeste indubitateq; appareret corū

supereminentia:clarum est ꝙ semper eosdē istos melius foret imperare/alios parere. sed cū Indi.
facile nō sit hoc reperire/neq; est(vt apud Indos Scylax esse ait)reges tantū a populis differ Scylax.
re:manifestum est/ꝙ ꝑter multas causas necessariū est vt oēs similiter participes sint vi-
cissim imperandi & parendi.equū enim idē similibus:& difficile est stare rempublicam:que
constituta sit preter iustitiā.cū illis enim qui ab imperando excluderent̄ cōcurrerent oēs:qui
sunt in regione statum mutare cupientes: & tantā esse multitudinē in reipublice guberna-
61 tione vt sit potior istis/vnum aliquid impossibilium est.¶At enim ꝙ oporteat eos/qui in
magistratu sunt differre a subditis:indubitabile est.quomodo ergo hec futura sunt/& quo- Primi.
modo participant:considerare debet legislator vt prius de hac re diximus.natura enim ostē 53
dit hec:quemadmodum distinguenda sunt. fecit enim eosdem genere: alios iuniores:alios
seniores. quorum alteri parere debent gubernantibus: alteri gubernare. indignatur autem
nemo/propter etatem maiori concedere:nec putat illum qui cedit potiorem se esse/prefer-
tim cum & ipse quando ad id etatis peruenerit/eundē honorē sit recepturus.est ergo vt eosdē
62 esse dicere/eos qui parent/& imperant:est etiā vt diuersos.¶Itaq; & disciplinā: vt eandē di
cere necesse est/& vt diuersā. qui enī imperare:velit recte oportere aiūt ipm prius sub iperio Primi & tertij
fuisse.iperiū vero:vt primis libris dictum fuit: aut gratia imperātis est/aut gratia subiecto cap.
63 rum.horum alterum seruoꝝ esse diximus: alteriū liberorum.¶Mandatoꝝ vero quedā inter 4
se differunt:nō in agendo:sed in cuius gratia.Quapropter multa:que vident̄ esse ministro- Appetitus sen
rum opera & adolescētū:liberis hominibus pulchrum est ministrare. ad pulchrum enī & nō sitiui esse virtu
64 pulchrum nō tantū differunt actiones propter seipsas:quantū in fine & gratia cuius. ¶Cū tes:ūdē & ap-
vero ciuis & magistratū gerentis eandem virtutē esse dicimus: que est optimi viri/& eun- petitus rōnalis
dem prius parere debere.postea imperare:hoc vtiq; erit legum positori intuendum & laborā sed excellētio-
65 dum:vt viri boni efficiantur/& per que exercitia/& quis finis vite optime. ¶Diuise autē res.
sunt due partes anime:quaꝝ altera p se rationē habet:altera nō habet quidē p se.verūtn rōni
obtēperare potest:quarū diximus esse virtutes illas/per quas vir bonus dicitur quodā modo.
Sed in vtra istaꝝ magis est finis/iis qui ita diuidūt vt nos fecimus:ambiguū nō est quomō
sit dicēdum.semper enim deterius:grā melioris est.patet hoc in iis/que sunt secundū artem Cap.primo
66 & in iis que sunt secundum naturā.melius autem id quod rationem habet.¶Diuidit̄ autem sexti Ethicoꝝ.
dupliciter:vt nos consueuimus diuidere.est enī ratio illa actiua:alia contēplatiua.Sic igitur
necesse est & hanc partem diuidere: & clarum est ꝙ actiones correspondent se habere dice-
mus.& oportet eas actiones que sunt meliores secundum naturā: magis expetendas esse ab
iis:qui consequi possunt aut omnes aut duas.semper enim cuiq; id est maxime expetēdum:
67 quod consequi est summū. ¶Diuisa est autem vita tota in negocium & ociū belliq; & pa-
cem.Et agibiliū quedā sunt necessaria & vtilia:quedā honesta.in quibus necesse est eandem
esse electionem & partibus anime & ipsaꝝ actionibus.bellū quidē gratia pacis negocium au
68 tē gratia ocii.necessaria & vtilia:grā honestoꝝ.¶Ad cūcta igit̄ hec aspicere debet: qui legē
ponit:& ad partes anime & ad illarum actiones:magis vero ad ea:que meliora sunt & fines:
Eodem modo & circa vitas:& rerum diuisiones.posse enim oportet & in negocio versari &
in bello:preferenda tamen est pax & ocium.necessaria & vtilia agere posse:preferenda tamē
sunt honesta.Itaq; ad hec tanq̄ ad signum & pueri adhuc existētes & alie etates que indigēt
69 per disciplinam sunt dirigende.¶Nam cui nunc grecorum recte gubernari vident̄:& legū Greci.
latores:qui eas respublicas instituere:neq; ad optimum finem videntur aspexisse cū rebuspu
blicis instituerent.neq; ad omnes virtutes:disciplinam:& leges direxisse.sed onerose decli-
nauerunt ad illas virtutes : que videntur vtiles ac plus habere faciunt. Similiter quoq; po-
sterioꝝ quidam scriptores:opinionem suā ostenderunt. laudantes enim Lacedemonioꝝ rē-
publicam:admirant̄:& cōmendant legislatoris propositum ꝙ omnia ad potentiā & ad bellū
direxerit.que & per rationem refelli possunt:& per facta ipsa nunc reprobata sunt.vt enī plu
rimi hominum dominari late cupiunt:quoniam exinde multa prouenīunt fortune commo
da.Sic Thibron admirari laudareq; videtur Lacedemoniorum legūlatorem:& quicūq; alter Thibron
de republica scripsit illorum:ꝙ ꝑpter exercitationem eorum ad pericula multorum domina Lacedemonij.
tionē sibi cōpararunt. ¶Atqui patet:ꝙ cum nō habeāt nunc dominationem Lacedemonii: 1
nec felices amplius sint nec legum lator eorū bonus.¶Insuper illud ridiculū: si permanētes 2
in legibus eius:nulloq; impediente:illis legibus vti:omiserunt bn̄ viuere. ¶Non recte ve- 3

ro suscipiunt/neq; de dominatione: ad quã intendisse legislatorem ostendunt. nam imperiũ
✠ liberorum melius est ac magis ex virtute: q̃ dominari vt seruis. ℂ Preterea non propter hoc
ciuitas est felix existimanda: neq; legislator laudandus: ꝙ vincere docuerit/& finitimis do-
minari. hoc enim magnũ continet nocumentum. nam manifestum ꝙ aduersus ciues/si po
Pausanias. terit/id aget. & ciuitati sue queret dominari. de quo accusant Lacedemonij Pausaniam re-
5 gem: licet in tãta dignitate constitutum. ℂ Nec sane aliqua huiusmodi ratio/ aut lex ciuilis
nec vtilis nec vera. eadem enim optima priuatim & publice: legumlatorem iducere oportet
in animos hominum. Nec exercitatio rerum bellicarum ob id est meditanda: vt in seruitu
tem adigant immerentes; sed primum ne ipsi seruire aliis compellantur. deinde vt imperiũ
querant/gratia vtilitatis subiectorum: non autem omnium dominationẽ. Tertio vt eis do-
6 minentur: qui seruire sunt digni. ℂ Q; autem oporteat legislatorem studere magis/vt ordi
natio sua/& circa res bellicas & circa aliam institutionem ad ocium & ad pacem referatur:
facta certe sermonibus attestanť. nã pleraq; talium ciuitatum/bellũ gerentes conseruantur
sed cũ dominationem adepte sunt/destruunť. splãdorem enim/veluti ferrum per pacẽ amit
tunt. causa huius est legum positor: qui non ita instituit/vt in ocio stare possint.

ℂ QVARTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.


Vestio vtrum alios esse oportet eos qui imperãt/& eos qui parent/& an oportet eos 59
qui imperant per vitam imperare/eos vero qui parent idẽ continuo per vitã pa-
rere. & similimodo de disciplina inquirendũ erit. nam hãc diuisionem sequeť. si enĩ
eosdem semper imperare & alios semper parere oportet: alia & horũ & illorum erit
Tertij. disciplina. si vero eosdem vicissim imperare & parere: eandem sortiti erunt/& qui p̃- 60
86 sunt & qui subsunt. ℂ Diluit cõsentanee ijs que dicta sunt numero 86 tertij. ℂ In ea 61
ciuitate vbi ijdem sunt qui per vices parent & presunt magistratus: a subditis q̃diu magistratu fun-
guntur differre debent. & quomodo id fiat: legislatoris cure est ꝓuidere/ & vt seniores iunioribus p̃-
sint quemadmodũ natura prescripsisse videtur inter eos qui genere sunt equales. quare sunt vt idẽ: &
sunt vt diuersi/qui imperant & parent: nã iuuenes parẽt: & ijdem senes imperant. ℂ Diluit questionẽ 62
que de disciplina imperantiũ & parentiũ consimilis fiebat. quia quam discunt iuniores sub aliorum im-
perio: postea maturiore etate/illa vtuntur alijs imperando. imperando dico nõ suipsorum gratia: sed
gratia subditorum. nam imperium illud seruorum est: hoc autem liberorum/vt alias dictum est. ℂ Vt 63
imperia/ sic & mandatorum quedã inter se differunt: non actu ipso sed fine. quare multa que videntur
ministrorum & iuuenum opera: honestum est liberis/vt ministrent. nam ad honestum/& nõ honestũ
nõ tantum differunt actiones ex se quantum ipso fine/& causa cuius gratia. ℂ Eandem esse virtutem 64
ciuis & imperantis/& optimi viri & officium boni ciuis esse prius parere/& imperare atq; preesse po-
sterius: ex numeris 17 & 21 tertij notum est. quare legislatori operam dare incumbit: vt ciues boni effi
ciantur. & videre per que exercitia: & quis vite optime finis. ℂ Q ꝺ hic dicit de duabus anime parti- 65
bus: respondet ijs que determinauit in primo ethicorum cap. vltimo. & vtriusq; partis ponit virtutes:
sed precipuas parti rationali attribuit: secundo autem loco sensuali/ atq; brute. & hec illius gratia est: 66
& huius virtutes/illius virtutum gratia. ℂ De vi rationali actiua & contemplatiua: sufficienter ex sex-
to Ethicorum capi. primo cognitum est. in quas: partem rationalem diuidi necesse est. & actiones/
illis simili ꝓportione respondere dicendum esse: perspicuũ est. vt huius actiones cõtemplationes sint
illius vero actiones duntaxat. & oportet eas actiones que sunt suapte natura meliores: magis esse ex-
petendas ab ijs qui aut omnes/ aut de duabus aliquas assequi possunt: nam semper id cuiq; maxime
est expetendum: quod assequi summum est. ℂ Humana vita diducitur/hec quidem in ocio que con 67
templatiua est/sua vero in negocio que dicitur actiua. & negocium diducitur in bellum & pacẽ. & agi
biliũ quedã sunt necessaria/& vtilitatis habentia rationẽ: alia vero honesta. & in his: vt in partibus ani
me/suisq; actionibus eandem electionem esse necesse est. nam bellum gratia pacis eligendũ: & nego-
cium ocij gratie. necessaria vero & vtilia: gratia honestorum. ℂ Legislatoris esse ad omnia supradicta 68
respicere: vt ad partes anime actiuam scilicet & contemplatiuam/ ad actiones & contemplationes/&
actiones ad contẽplationes vt ad fines dirigere/bellum ad pacẽ/negocium ad ociũ/necessaria ad ho-
nesta/& semper ad ea que meliora sunt & fines. quare ad ea que meliora sunt/& que sunt illorũ fines
& qui adhuc pueri sunt/& qui etate sunt prouectiores/ & hac quidem cognitione egent/ per discipli-
nam dirigendi sunt. ℂ Et ciuitates Grecię: & legislatores in hoc vel maxime errarũt: ꝙ suas institutio 69
nes ad fines/& optima non direxerunt. sed quidem ad diuitias. alij ad bellicã virtutem/& dominãdi
potentiã & id genus alia. Errarunt & posteri scriptores: vt Thibron/& alij illas respublicas ꝓconio esse

rentes vt optimas. & ꝙ Thibron non recte admiratus sit Lacedemonioꝝ legislatorem & eorum rē
publicā: ob idipsum ꝙ preter exercitationē eorum ad pericula/multorū dominationē sibi compara-
rūt/sex rationibus ostēdit. ❡ Primo. quia si optimū esset dominari: cū Lacedemonij non amplius do-
minenť neq; eorum legislator/sequiť igitur Lacedemonios non amplius esse felices/neq; eorum legis
lator bonus. ❡ Secūdo. Ridiculū est si legislatoris leges optime/ & Lacedemonij in illis legibus per-
stiterint/nullūq; quo minus vterētur intercesserit impedimētū. si omiserīt bene viuere. ❡ Tertio. quia
non rectū habent iudiciū: de ea dominatiōe ad quam intendisse legislatorē volunt. quia imperiū libe
rorū melius est/ & magis ex virtute q̄ dominiū imperiūq; seruorū. ad illud igitur potius q̄ ad hoc in-
tendisse debuisset legislator. ❡ Quarto. quia non propter hoc ciuitas est felix existimāda/neq; legisla
tor laudādus· quod ꝑualere posse docuerit/ & finitimis dominari. id enim magnū continet nocumē-
tum. nā manifestū est ꝙ aduersus ciues si quis valebit/id aget: & ciuitati sue queret dominari. de qua
re accusant Lacedemonij Pausaniam regem. licet tāta dignitate esset cōspicuus. ❡ Quinto quia nul
la huiusmodi rationū aut legum ciuilis est: neq; proficua neq; vera/que mandet dominari/ & alios in
seruitutē redigere. que enim optima & priuatim & publice: eadem legislatorē inducere in animos ho
minū oportet. qualis profecto bellica exercitatio non est. Et rerum bellicarū exercitatio/nō eius gra-
tia est meditanda/vt in seruitute redigantur immerētes. sed ob hec tria potius. Primo. ne ipsi seruire a-
bijs cogantur. Secūdo: vt imperiū querāt/vtilitatis subditorū gratia. Tertio loco. vt eis dominenť/qui
seruire sunt digni. ❡ Sexto: legislator negociū ad ocium/ & bellum ad pacem potius ordinare debuit:
quod facta/rerumq; monstrant euentus. quia plereq; ita institutarū ciuitatum dum bella gerunt con
seruanť/cum vero dn̄ationē adepte sunt destruūtur. splendorē enim veluti ferrum per pacē amittunt.
atqui causa huius rei est legislator/qui non ciuitatē instituit/vt in pace & ocio degere possit.

❡ ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVMDECIMVM.

63 MAndatorū vero quedam inter se differūt non in agendo. Eadem plerumq; iubent rex Ty
rannus optimates & paucipotentes: et consimilia opa pleraq; faciunt que exequūtur mā
dante rege & mandāte tyranno. at imperia illa & mandata fine differunt ꝙ rex ea impe
rat ac mandat: ad subditorū vtilitatem. tyrānus autem contra ad proprium cōmodum &
propriā pro animi libidine voluptatē sic animi nequitia adinuenit bona ꝑcepta malorū facere instru
66 menta. ❡ Sic igitur necesse est: & hanc partem diuidere & actiones. vt numero 12 & 14 huius: contē
plationes/actiones vocat· &(vt greco vtar vocabulo) τας πραξεις. nunc autē contēplatiue mentis ope
rationes/cōtemplationes vocemus: prudētie vero/et virtutum moris opatiōes peculiariter vocemus
actiones exploratū est ex cap. 8. decimi ethicorū contēplationes potiores/melioresq; esse etiam opti
mis actiōibus: presertim ee que ad sapientiā tendūt quare que ad eam ꝑducunt: meliores sunt actio-
nibus que perducūt ad summū agendoꝝ bonum. & instrumenta cōtemplationū/vt rationales disci-
pline: meliora instrumentis actionum/qualia sunt opes/diuitie & reliqua fortune adminicula. rationa
les tamē disciplinas non absurde quispiā ad vtramq; vitam fecerit instrumēta quomodo enim quisq̄
prudens & virtutū cognitor qui litteras quas grāmatica donat/prorsus ignorabit/ quomodo recte &
accōmodate consultabit/quomō ad virtutem & virtutū officia persuadebit: si nichil disciplîne rethori
ce delibauerit/ quomodo in cōtrouersijs falsum effugiet/quomō verum ratiocinatiōe in agendis col
liget/quomō rationē subducendo verū attinget: nisi illi assit differendi presidiū/quod a logicā vendi
cetur oportet. sed hec eadem instrumēta in cōsequenda cōtemplatiōe: nobiliorem sortiūtur assequū
turq; finem. Verū nostra tēpestate & ante per plurimos annos: longe aliter euenit/vt horū instrumen In disciplina
torū & mediorū ad sapientiā que sunt naturales & mathematice discipine: seruetur dignitas. ꝙ ad su lapsas.
os fines eas nō dirigunt: sed circa superflua occupati/sterilescunt. necessaria nunq̄ assequētes: futilia
sectantes/ & propemodū pueroꝝ more/qui vesica vento pretumida (immissis pisis tinnabulū strepi-
tumq; faciētibus) maxime omniū gaudent: ita inani sophismatū strepitu & multiplici ex phātasie de-
prompta pharetra opiniōe/modo assint qui clamosionbus applaudant: plurimi abeunt cōtenti quos
vt sapientia fugiat necesse est: que nisi legitime traditis instrumētis & medijs assequitur nunq̄. sunt ta
men in omni studio & Itali & Germani & Galli et Hispani/ & Britanni qui ad meliora diuino indul-
tu affecti nitūtur generose e tantis errorū caliginibus emergere. nam quanq̄ cōtemplatiua vita/tam
parum nostro euo cognita sit: non id eius iniuria fit (est enim dignitate prima/ & iubare solis splendi-
dior) sed oculorū (qui ad eam cōtuendā aspirant) male purgatorū vitio id obtigit praue enim disposi-
tiones & vetus octingentis & amplius iam annis cōtractū fermentū: pugnandū esset/ & a veterno qd̄
tam diu mentes occupauit/tandē resipiscēdum. ❡ Diuisa autem vita tota in negociū & ocium. per
ocium cōtemplatiuā/philosophicā litterariamq; vitam/ex numero 71 huius intelligit. et per negociū:
69 actiuam/administratoriāq; vitam. ❡ Similiter quoq; posterorū quidam scriptores. vt Xenophon qui

rempublicā Lacedemoniorū scripsit:illam mirifice predicat/& laudabilius esset/& Thybron de quo
et hic meminit Aristoteles.

¶ Virtutem contemplatiuā ad optimam rempublicā pertinere/de virtutibus pacis & belli/
& a quo primū institutio facienda. Cap. XV



Vm ergo idem finis videatur publice & priuatim hominibus/& eūdem fi- 70
Huius: nem necesse esse sit viro optimo & optime reipublice/ manifestū est opor-
67 tere virtutes eas que ad ocium spectant/illi inexistere. finis est enim(vt se-
68 pe iam diximus)belli pax/negocii ocium. ¶ Sunt autem vtiles ad ocium 71
69 & quietem virtutes:quarū opus est in ocio/& quarum in negocio. oportet
enim multa necessariorū nobis adesse/ vt liceat in ocio esse. Quapropter
temperatā ciuitatem esse oportet/ac fortem & patientē. nam vt est in puer
bio:nullum ocium est seruis.qui vero non possunt fortiter pericula subire:serui sunt inuadē
tium.fortitudine igitur & constantia:opus est ad negocium.philosophia vero ad ocium.tē-
perātia & iusticia:in vtroq; tēpore/sed magis in pace & ocio.nam bellū quidē ipsum cogit
homines esse iustos & tēperatos.fortune autē prospere fruitio/& ocium cum pace:petulan
tes magis facit.multa igitur iusticia/multaq; tēperantia indigent ii qui in optimo statu cō
stituti videntur/& in fruitione omniū rerum que beatos facere putant.veluti si qui sunt(vt
poete tradunt)in beatorū insulis. maxime enim ii qui philosophia et tēperantia & iusticia
indigerent:quāto magis ociosi sunt in abundātia talium bonorū. Qua igitur de causa bea
tam & studiosam futuram ciuitatē his oporteat preditā esse virtutibus:manifestū est. turpe
enim est non posse frui bonis.sed in negociis quidē & bello viros probos videri: in ocio au
tem & pace seruiles. Quāobrem oportet(non quemadmodū Lacedemoniorū ciuitas)vir-
tutem exercere.illi enim nō eo ab aliis differunt/q non putent eadē maxime bona que ce-
teri:sed eo q prouenire illa existimant magis per aliquam virtutem Quoniā vero maiora
sunt hec bona q̄ ea que belli/& fruitio eorum q̄ virtutū/ & quia illius gratia:manifestū est
ex his. ¶ Quomodo autem & per que id erit:vti;p considerandū diximus vtiq; supra di- 72
uidentes:q natura/& more & ratione indigemus: ex his autem quales aliquos natura esse
Huius oportet/determinauimus.Restat videre: vtrum ratiōe prius/an moribus sit eruditio faciē-
57 da.hec enim simul cōcordare debēt optima cōcordatione. cōtingit enim:rationē aberrare
Huius ab optima suppositiōe/& similes per mores duci. ¶ Clarum est hoc/primum quidē quēad- 73
23 modum in aliis:q generatio est a principio et finis a principio aliquo alterius finis.ratio au
58 tem nobis & mens nature finis.quare ad hec: generationē & morū institutionē parare opor
tet. ¶ Deinde vt anima & corpus duo sunt:ita quoq; duas esse videmus anime partes/ vnā
Appetitus sen irrationalē/alteram que habet rationem (habitus quoq; earū duos) quarū altera est appeti-
sitiui & rōnalis tus/altera mens. Vt autem corpus in generatione antecedit animā: sic pars irrationalis an-
eē virtutes mo tecedit eam partem/que rationē habet. Patet id in pueris:quibus statim ira & voluntas &
rales. concupiscentia existit. at ratio & mens pcedente etate in illis fieri nate sunt. Quapropter
corporis curam necesse est prius suscipere/q̄ anime:deinde appetitus.curam tamen appeti-
tus/gratia mentis:curam vero corporis/ anime gratia. ¶ Si ergo ab initio prouidendū est 74
a legis positore vt optima sint corpora eorum qui educant.p:imo quidem circa coniugia p
uidere debet/qua etate/& cuiusmodi existentes sunt in matrimoniū copulandi.

¶ QVINTIDECIMI CAP. COMMENTARIS.

Prime reipublice:vt ee virtutes que ad ocium spectant isint necesse est. nam idem finis 70
optimus & cuiusq; priuatim & publice ciuitatibus:& qui finis viro optimo:idē est opti-
me reipublice.atqui(vt etiam numero 67 & sequētibus dictum est)finis belli pax est/&
negocij ocium:vt igitur virtutes que ad ocium spectant:optime ciuitati/reiq; publice insint oportet.
¶ Quibus virtutibus/et ad negocium & in bello/& in pace & ad ocium opus est.ad negociū tempo 71
re belli:fortitudine & constantia. quia qui fortiter tunc pericula subire nequeūt inuadentiū efficiūtur
serui.tēpore vero pacis:maxime iusticia & tēperantia.quia prospere fortune fruitio & ociositas cū pa
ce/homines si sine iusticia tēperantia p sint:insolētes faciunt & intēperatos.ad ocium vero: maxime
opus est philosophia. Et his virtutibus preditā esse oportere ciuitatē:patet. quia turpe est/non posse
frui bonis:sed in negocijs quidē & bello viros probos videri/in pace autē & ocio seruiles.quare opor
tet(non quemadmodū Lacedemoniorū ciuitas) virtutem exercere.illi enim nō a ceteris differunt/q

non putent eadē maxima bona que ceteri:sed hoc differunt/ꝙ existimant illa ꝓuenire magis per vir
tutē bellicam. ꝙ autē maiora illa bona sint q̄ ea que belli/& meliorē eorum(que ad ociū sunt) fruitio
72 nem/q̄ virtutē eorum que sunt ad negociū:ex dictis est manifestū. ℂ Numero 52 dictum est per tria/
naturā/morem/et rationē fieri studiosos:an primū igitur a ratione/an a moribus sit eruditio faciēda?
nam hec simul conspirare debent optima concordia.optima dico.nam contingit rationē aberrare ab
73 optima suppositione finis:et per similes mores/ad huiusmodi errorē duci. ℂ Respōsio. Primo id ma
nifestum esse debet vt in alijs:naturā a principio esse/& finem a principio aliquo alterius finis.nam ra
tio & mens sunt a natura:que vt moribus instituat̃ indita est. est enim nobis ratio & mens:nature fi
nis quare primū a natura & moribus institutio faciēda/& generatio/ ipsaq; natura & morū institutio
ad rationē menteq; dirigenda ℂ Secūdo.quia vt anima & corpus duo sunt:ita quoq; duas esse vide
mus anime partes/vnam irrationalē/& alteram rationalē.& duos earum habitus.quarū quidem par
tiū:illa appetitus/hec vero mens.atqui vt corpus antecedit animā.sic pars irrationalis antecedit eam
que rationē habet.quod in pueris licet intueri:statim enim vt nati sunt:& ira & appetitio/et concupi
scētia.at cogitatio & intelligentia: procedēte etate fieri nate sunt.Quare prius corporis q̄ anime:cura
suscipiēda est.quapropter & prius corporis:deinde appetitus. attū appetitus cura suscipiēda est mē
tis gratia:cura vero corporis gratia anime.Primū igitur institutio de ijs que ad naturam ptinent.susci
74 pienda est.ℂ Quia primum de natura vt de corpore/q̄ de appetitu ad quem cōsuetudo/& de mente
ad quam ratio ptinet discutiendū:legislatoris officium est primā institutionis curā circa cōiugia adhi
bere/& qua etate esse debeant/qui matrimonio copulant̃/quo eorū qui educabūt̃ corpa sint optima.

ℂ ANNOTATIONES AD CAP QVINTVMDECIMVM.


71 FOrtitudine igitur & constantia opus est.constātia.patientia/tolerantia:magnanimitatis spe
73 cies.qua aduersis non frangimur:sed ea toleramus in nullo contra decorū cedentes. ℂ De
niq; vt anima & corpus/duo:ita quoq; duas esse videmus anime partes. An appetitus sen
sualis irrationalis atq; brutus/& ratio ipsa:duo sint reipsa? Si appetitus irratiōalis pro vi ipsa
actrice sumat̃:appetitus irrōnalis & ratio/parsq; anime rōnalis reipsa idem sūt.atqui vt appetitus sen
sualis totū nominat ceu oculus/ceu imaginatio:rōnalis appetitus et appetitus sensualis reipsa duo sūt.
sed hec:a ꝑenni philosophia sunt aliena.ℂ Patet id in pueris qbus statim ira & voluntas/& cōcupiscē
tia inexistit.noie volūtatis pro sensuali appetitu hoc in loco abutit̃ Aristoteles.quod cū in nobis tam Aristoteles.
ratiōe vtentibus volūtas est: id in brutis/& infātibus sensualis appetitus et quod in nobis adultis intel
lectus est:id in brutis & infantibus imaginatio.quare intercū nomina intellectus et volūtatis: trāslati
cia sunt ad imaginationē & appetitum sensualē/dicimusq; translaticia vsi locutiōe canem aut mutū ꝑ
animaliū quoduis aliud/velle comedere/aut venari/& intelligere vocantem.

ℂ De natura & generatione/etate liberorum ad parentes/tempore nubendi/tempore pro
creandi:corporis habitudine:pregnātiū:orbis fetibus: procreandorū multitudine: maxi
me probato procreādi tēpore/& alieno concubitu interdicendo.Cap. XVI

75 HOc autem instituere oportet/hanc societatē & legis positionem in spiciēdo ad 1
ipsos & ad vite tempus:vt etatibus in idem tēporis cocurrant/nec discrepet gi Precepta natu
gnendi potentia. viro autem generare adhuc potente si mulier ipsa concipere rā respiciētia.
non possit/vel muliere quidem ad concipiendū apta/si vir ipse non possit:lites ac discordie
76 inter ipsos oriuntur. ℂ Ad filiorū quoq; susceptionem est inspiciendū.oportet enim ne ni 2
mis distent ab etate parentū.quoniam nec ipsi senioribus gratiā referre vllam possunt: nec
77 parentes filijs alimenta prestare. ℂ Nec etiam nimis proximi accedere debent filij. habet 3
enim hoc turbationē non paruā.nam minor futura est reuerētia huiusmodi filiorū erga ge
nitores:vtpote q quasi sint equales. & circa gubernationē domus:querele ex ista quasi pari
78 tate solent prouenire.ℂ Insuper vnde cepimus huc peruenimus:vt corpora maiorū sint secū 4
dum legis positoris voluntatē. fere quidem hec omia proueniūt per vnam diligentiā.nam Anni gignēdi.
cum sit finis gignendi: vt plurimū viris quidem septuagesimus annus/mulieribus autem 70
79 quinquagesimus:ita cōiugandi ab initio sunt vt etatibus ad hunc finem cōcurrāt.ℂ Est au 50
tem adolescētiū coniūctio improba ad filiorū procreationē. in cunctis enim animalibus iu 5
uenilis partus imperfecti sunt:et femine crebius q̄ mares:& parua corporis forma/gignū
tur.quo circa necesse est hoc idem in hominibus prouenire.Huius autem coniectura fuerit:
ꝙ in quibuscūq; ciuitatibus consuetudo est adolescētes mares/puellasq; coniugari:in eisdē
inutilia & pusilla hominū corpora existunt.preterea in partu laborāt magis puelle ac pereūt

Trezenij. plures. Ex quo respōsum oraculi Trezeniis datum quidam existimāt/ob hanc causam. qua
si multis pereūtibus propter immaturitatē nuptiarū/at non ad fructuum collectionē. ¶ Ad
continentiā quoq; vtile est nuptias fieri seriores intemperantiores enim esse videntur cū pu-
elle veneri assuescunt. ac masculorū corpora crescere impediūtur: si adhuc augente corpore
veneree rei intēdant. nam eius rei quoddā est determinatū tempus: quod nō multo ampli-
6 us excedit. ¶ Quapropter puellas quidē circa etatem decem & octo annorū nuptui tradere 80
Anni nubēdi. congruit: masculos vero circa etatem annorū septem & triginta/aut paulo circa. in hoc eñi
18 tempore: & vigētibus corporibus coniūgentur/ac pcedente tēpore simul apte desinent pro
37 creare posse. & filiorū successio partim erit ab initio eis etate vigētibus/si recte pcedat sta
tim generatio. partim vero dum iam etas vergit ad annum septuagesimū. Quibus igitur
7 etatibus coniugia sint facienda: dignum sit. ¶ Tempus eñi anni vt nunc obseruant multi: 81
recte per hyemē aptius ad nuptias esse. sed cōsideranda sunt in pcreatiōe liberorū: que a me
Medici. dicis & que a Physicis traduntur. Medici enim tēpora oportuna corporibus sufficiēter osten
Phisici dunt: physici autem de spiritibus boreales magis q̄ australes laudant. ¶ Que autē quibus 82
8 corporibus natorū maxime esset vtilitas/ magis dicendū esset vbi de disciplina puerorum
Octaui cap. tractatur: sūmatim vero sat fuerit nunc dixisse. neq; enim Athletarū habitudo vtilis fuerit
4 ad ciuilem habitū: neq; ad sanitatem & procreationē liberorū. nec rursus humilis & imbe-
cilla nimiū: sed media istarū. laboriosam enim habitudinē habere oportet: exercitatam ve-
ro laboribus non violentis/nec ad vnum laborem solū vt Athletarū habitudo/sed ad libe-
9 liberalia opera. hec autem similiter viris mulieribusq; existere debent. ¶ Pregnantes quoq; 83
mulieres curam habere corporū oportet: non pigrescentes/neq; subtili vtentes alimonia.
hoc autem facile est legum positori puidere: si iubeat singulis diebus iter quoddam facere
debere ad deorū sacra/mulieres que sortite sint cōcipiendi honorem. mens tamē contra/q̄
corpus: in tranquillitate est traducēda. Que enim fiunt: ab ea que continet/capere vidētur:
10 quemadmodū illa que nascūtur a terra. ¶ Circa expositionē autem vel educationem filio- 84
11 rū lex sit: nichil orbatum natura fore educādum. ¶ Si vero mores institutaq; ciuitatis pro- 85
hibeant natos exponere: determināda profecto erit procreandorū multitudo. q si quibusdā
ad pcreandum copulatis preter hec euenerit: ante venire oportet/ne fetus cōcipiant. nam
12 postq̄ concepti sunt/& sensum aut vitam conceperint: nefas est eos attingere. ¶ Cum vero 86
determinatū sit qua etate vir & vxor sint ab initio coniugandi: quāto tempore liberis ope
ram dare cōueniat/determinemus. Seniorū enim fetus/quemadmodū iuniorū imperfecti
sunt & corporibus & intellectibus/& eorum qui senuerūt irrobusti. quapropter & secūdum
intellectus vigorem: quapropter & illud maxime tempus probandū est in quo maxime in-
telligentia viget in nobis. id autē esset in plurimis/circiter annum quinquagesimū: vt poe
tarū quidam dixerunt/septenario numero etatem dimetiētes. Itaq; qui quattuor aut quinq;
annis hanc etatem excesserint: relinquere debent in aperto pcreandi studium/ ac de cetero
13 vel sanitatis vel huiusmodi alterius causa cōcubitum facere videri. ¶ Concubitus vero om 87
nis alterius q̄ coniugis: penitus sit interdictus. quādoquidē sit & appelletur maritus. Q; si
quis deprehendat contra facere per tēpus pcreationis: dignam p delicto penā reportet.

¶SEXTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.



Recepta ad generationē & naturā pertinētia tredecim. Primū legislator cōiugalē 75
instituendo societatē inspicere debet: & ad ipsos qui coniūgunt: & ad vite tempus
1 vt in idem tēporis concurrant: & vt vtriusq; sit/ huius generandi filius cōcipiendi
habilitas/neq; discrepet gignendi potētia. nā viro generare potente/si mulier ipsa
concipere non possit/vel muliere ad concipiendū apta/ si vir generare non possit:
lites & discordie inter eos oriūtur. ¶ Secundū. sic in matrimonio cōueniēdum: vt 76
2 filij qui suscipient/non nimiū distent ab etate parentū quoniā nec ipsi parentibus
tunc quidē senioribus gratiā que vsui sit referre queunt vllam: nec parētes filiis ali
3 menta prestare. ¶ Tertiū. nec nimiū filij etati parentū appropinquēt. nam id grauem continet mole- 77
stiam. quia minor futura est reuerentia huiusmodi filiorū erga pgenitores: vtpote quibus ipsi coeta-
nei videant & equales. & circa domus gubernationē: ex hac quasi equalitate querele puenire solent.
4 ¶ Quartū. vt corpora natorū sint secūdum legislatoris voluntatē/& viris vt plurimū septuagesimus 78
annus gignendi sit finis: mulieribus autem quinquagesimus, ita ab initio matrimonio sunt copulādi:

79 vt etatibus ad hunc finem concurrãt:vt cum vir ſeptuagenarius/mulier quinquagenaria fiat. ¶ Quin- 5
tum.nõ adoleſcentes cõiunganẽ. Primo.quia adoleſcentũ coniunctio:improba eſt ad liberorũ ꝓcrea
tionem.in cunctis eñ animalibus/iuuenũ partus imperfecti ſunt: & femine crebrius ꝙ mares/& par-
ua corporis habitudine gignunẽ.quare & in hoibus ſic euenire par eſt.et id cauſe eſt:cur pleriſq; in ci
uitatibus inutilia & puſilla ſint hominũ corpora. ¶ Secundo.quia in partu magis laborant puelle/ ac
pereũt plures.vt Trezenijs oraculo eſt referatũ;perire eas ob fructuum imaturitatem nuptiarũ/nõ au
tem id collectionẽ fructuũ reſpiciebat. ¶ Tertio.quia ad tempantiã cõducit nuptias ſeriores fieri. nã
imperãtiores fieri femine videnẽ:cum iuuẽcule veneri aſſueſcunt. & maſculorũ corpora creſcere impe
diunẽ:ſi adhuc augente corpore veneri intendũt. nam ad rei veneree operã determinatũ quoddã eſt
80 tempus/quod nõ multum abſolutũ excedit incrementũ. ¶ Sextum. Tempus aptum puellis ad nubẽ 6
dum:circa etatẽ decem et octo annorũ:viris vero/circa etatem annoꝝ ſeptem & triginta aut circiter.
nam ſi his etatibus iungãtur:vigentibus coniũgenẽ corporibus/et ꝓcedente tempore/ſimul apte ꝓcre
are poſſe deſinent/et filiorum erit cõtinuatio/his quidẽ in etatibus vigore natis ſi(vt rationi cõſenta-
neũ eſt)ſtatim ꝓcreatio fiat/illis vero dum etas in ſuum finem deuergit ac terminũ. Hec de cõiugijs.
81 ¶ Septimũ. Tempus ad nuptias et ꝓcreationem aptius:hyems.ſpiritus autẽ accõmodatiores: bore- 7
ales.vt de tẽpore/medicis:de flatibus autẽ/naturalibus philoſophis credendũ eſt/qui magis boreales
82 ꝙ auſtrales probant. ¶ Octauũ. neq; ad ciuilem ſocietatẽ/neq; ſanitatẽ/ neq; liberoꝝ procreationẽ: 8
athletarũ habitudo cõſentanea eſt.neq; eorum qui curatione egent/ & peſſime ad laborũ tolerãtiam
ſunt affecti:ſed harũ media probanda eſt.nam laborioſam corpis habitudinẽ habere oportet/et exer
citatã laboribus non violentis.neq; ad vnum laborẽ dũtaxat aptam vt athletarũ habitudo/ ſed ad li-
83 beralia.et vt de viris:ita de mulieribus eſt ſentiendũ. ¶ Nonum. Mulieres pregnãtes:corporis curam 9
gerãt:non pigreſcẽtes/neq; ſubtili vtentes alimonia.quod facile legiſlator ꝓuidebit ſi lege ſanciat/ſin
gulis diebus eas que cõcipiendi ſortite ſunt honorẽ/iter aliquod facere debere ad ſacrorũ veneratio-
nẽ aliquã faciendã.ſed mens aliter ꝙ corpus in trãquillitate deduci debet.nã que in vtero clauſa fouẽ
84 tur:capere ab ea que continet/videntur.quemadmodũ terre naſcẽtia:a terra. ¶ Decimũ.lex ſit:nihil 10
85 mancũ mutilum/orbatumq; ad nature functiones organis/in ciuitate educandũ. ¶ Vndecimũ.mul- 11
titudo procreandoꝝ eſt determinãda.ſi mores inſtitutaq; ciuitatis liberos exponere ꝓhibeant.quod 10/11/& 12 mi-
ſi contra quibuſdã ad procreandũ ſociatis/euenerit: anteꝙ ſenſus & vita inſit/abortio ꝓcuranda eſt. nus ſana pre-
86 ſanctum autẽ ſit:quod ſenſu & vita determinatũ fuerit/& attingere nefas eſt. ¶ Duodecimũ. Illud tẽ- cepta. 12
pus maxime ad procreationẽ probetur:in quo maxime in nobis intelligentia viget.id autem in pluri-
mis eſt circa annũ quinquageſimũ: vt quidam poetarũ dixerũt.ſeptenario etates dimetientes. nam
ſeniorũ fetus quemadmodũ et iuniorũ:imperfecti ſunt/& corporibus & intelligentijs.eorũ autem qui
exſenuerũt:imbecilles & infirmi.quare & ſecundũ intelligentie vigorẽ. quapropter:qui quattuor aut
quinq; annis/annũ quinquageſimũ exceſſerint:relinquere debẽt aperte ꝓcreandi ſtudiũ.quod ſi res
87 poſcat quod reliquũ eſt ſanitatis gratia/aut alia huiuſmodi cauſa/cõgrediãẽ. ¶ Tertiumdecimũ.Cõ 13
cubitus oino alterius mulieris ꝙ cõiugis:viro ſit interdictus.quãdoquidẽ ſit & appelleẽ maritus. quod
ſi quis per tẽpus ꝓcreationis ſecus facere deprehendaẽ:dignã pro delicto reportet ignominiam.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVMTERTIVM.

84 LEx ſit:nihil orbatum natura/fore educandũ. Hec/decimum preceptũ & vndecimũ (quod
proxime ſequiẽ)de expoſitione puerorũ/dura & merito a pleriſq; repudiata.& in iſs accu-
ſant Ariſtotelẽ.& quod adiungit de dilutiõibus ad ciendã abortionẽ:coarguũt tanꝙ inhu
manũ.neq; ſum qui excuſare velim ipſum in his paucis:in ꝙplurimis tamen alijs benepoſitis/equum
eſt ipſum iuſta cõmendatione non fraudare. quanꝙ de expoſitione puerorũ & mutilatis natura/ipſe
non ſit actor.ſed & Socrates & Plato idem ſenſiſſe vidẽtur in tertio de republica/ vbi iubent eos qui
corpore deficiunt nõ eſſe nutriendos.& in quinto vbi lege ſancit deterrimorũ proles non eſſe nutriẽ-
das.et rurſus cũ poſterius iterũ precipit vt ex deterioribus nati/aut ex quibuſuis/ſed in aliquo mẽbro
capti:in abditis(vt decet)locis abſcondãtur. Et in hoc forte etiam eſt Lacedemonioꝝ leges ſecutus.
nam prius Lacedemoniorũ legibus cautũ cõperitur:genitoribus non licere partus educare/ſed ipſos
in locũ deſignatũ deportare.vbi maximi natu ex cõtribulibus infantes aſpicerẽt:ꝙ ſi effecti pulchre &
robuſti/ſorte diſtributa educare iubebãt.ſin ignaui deformes aut mutili:exponẽdos dimittebãt/ſecus
taygetũ locum precipitẽ ac prerupũ:quaſi vita eorum qui ſtatim ab initio ad bonã corporis compo-
ſitionẽ & robuſtitatẽ minus apti/producti apparuiſſent:neq; ſibi neq; reipublice vtilis foret.de hac re
lege vitam Lycurgi.& aiunt inter turcas:eſſe qui hanc de orbis mutiliſq; natura non educandis legẽ
obſeruant:quos neq; imitari iubeam neq; velim.& potius intẽperantiã hortarer(vbi generatio nõ ef
flagitaẽ/ſi fieri poſſet:penitus accẽdam/ꝙ huiuſmodi dilutionibus vti. ꝗꝗ & hec de dilutiõibus videẽ

esse Socratis in quinto de republica.vbi cōgressum cū alijs tum viris tū mulieribus qui etatē gñationi
aptā excesserint vetat.inquit em̄/sed si quis partus cōtigerit:ꝓhibeat in lucem educi.si autē ꝓducat:
ita ponatur vt eius nulla nutritio sit:sed hec & Socratis & Aristotelis missa faciamus:tanꝗ non satis a
multis approbata/neq; a nobis quidē approbāda.❡Seniorū enim fetus:quemadmodū iuniorū im- 86
perfecti sunt/& corporibus & intellectibus.Rationabilius est hoc duodecimū preceptū duobus pre-
cedētibus.nam ita plerūq; euenit:vt eorum qui vtroq; parentū debili & effecto corpore gignūtur:cor
poris debilitate & perpetua quadā valitudine/mens functiones suas absoluere libere non possit/non
ꝙ mens intellectusq; simili ac corpus debilitatis necessitate laboret.mens enim vigor indeficiēs:cor-
pus autē opacitas/que illi interposita/facit non potētibus intueri oculis/ solem lumine deficere vide-
ri:qui semp lumine plenissimus est.lumen eni solis:vita est.hac igitur in parte Aristoteles corporis na
turā/nō mentis excellentiā proponit contēplandā. attamen vt ostenderet sūmus rerum opifex/non
Thare. necessariū ex lege corporis circa mentiū dispositiones trahi argumentū:Thare septuagenario nascit
Abraham. filius/qui animo esset omniū optime valiturus.cui tam cētenario/prius quidem ex septuagenario na
Isaac. to:proles nascitur/intelligētia non inferior.huic vero cū sexagenaria etas facta esset:nascitur filius qui
Iacob. a sublimi vi mētis/videns deum dictus est.vbi ex infirmitate corporis:non oportere mentiū suspica-
49 ri debilitatē/manifeste diuina ostendit historica. regula enim corporis ad mentiū dispositiōes fallax
7 est.immo potius corporis vigor & animi:opposita respondent analogia.Verū tametsi ita est:id tamē
7 etatis 49 in quam annū/aut circa/in quo hebdomas annorū ad suam peruenit quadratū/nullus for
sitan improbauerit generationi accōmodum.vtpote in quo omnia & corporis et anime instrumen-
ta/in summa se esse perfectione declarant.

❡De victu & disciplina puerorum.Cap. XVII

1 Susceptis autē filiis:multum referre putandū est ad corporis robur quali victu nu- 88
triantur.apparet vero ex ceteris animalibus & ex gētibus/quibus cura est assidua
bellice habitudinis: nutrimentū lactis maxime propriū est corporibus absq; vino
2 quidem magis/propter egritudines.❡Et preterea motus quoscūq; in ea etate fie- 89
3 ri datur:cōferunt. ❡Ne vero membra ob teneritudinē distorta fiant: vtūtur adhuc gentes 90
4 alique instrumentis quibusdā & machinis:que corpus a talibus illesum cōseruant. ❡Con- 91
fert etiam statim a pueritia frigori assuescere.hoc enim & ad sanitatē & ad res bellicas vti-
le est.Quapropter apud multos Barbarorū consuetudo est:vel gelido amne natos imerge-
re vel parua veste amicire/vt faciūt Galli. ad cuncta enim ad que possibile est:statim ab ini
tio melius est assuescere. est autē apta puerorꝫ natura:ob eorum calorem ad frigus exerceri.
5 circa primā igitur etatē hec & huiusmodi diligentia confert adhibita. ❡Sequenti vero eta 92
te vsq; ad annos quinq;/qua nōdum ad disciplinā aliquam sunt admouēdi/nec labores pre
ferre cogendi/ne crescere impediant:motus solūmodo quosdam suscipere debent quo pi-
gritiā corporis euitent:qui motus preparēdi sunt illis: & ꝑ alios actus & per ludū. ludi vero
6 ipsi:nec illiberales neq; laboriosi esse debent/neq; remissi. ❡Quas autem narratiōes & fa 93
bulas illa etate pueri audire debeant: cura sit iis qui publice preficiunt.cuncta enim talia:ad
conuersationes postea futuras accōmodanda sunt.Itaq; ludi vt plurimū tales esse debēt:vt
sint imitationes eorum que postea serio essent facienda.❡Cohibitiones vero puerorꝫ & in 94
7 terruptiones ploratus:qui legibus prohibent non recte faciunt.sunt enim vtiles ad augmen
tum:cum sint quodāmodo exercitatiōes corporū.Spiritus enim compressio facit robur la-
8 borātibus:quod contingit etiam pueris prolatū cohibētibus. ❡Prouidēdum est ab iis qui- 95
bus puerorꝫ cura publice cōmissa est circa huiusmodi educationē/& aliam:vt & ꝙminime
cum seruis versent.hec enim etas ac etiā vsq; ad annos septem:necessariū est vt domi ala-
9 tur.rationabile ergo precipere in hac etate:vt ab auditu & visu seruiliū rerum absit.❡Om- 96
nino igitur obsenitas verborum/vt & quicꝗ aliud per legislatorē exterminanda est de ciui
10 tate.ex turpiter enim loquendi licētia:sequitur & turpiter facere. Potissimū igitur statim a
pueris:nec dicant/nec audiāt quicꝗ turpe.❡Si quis vero aut dicere aut facere quicꝗ prohi 97
Ironia. 11 bitorū deprehēsus fuerit:is si liber sit/sed nōdum in couētum comessatorū dignatus assu
Ironice dicit: mi:honore prohibeat & verberibus castigetur.sed si sit maioris etatis:seruili infamia affici
plane ridēs de atur/admissi seruilis gratia.❡Cum vero dicere quicꝗ turpe interdixerimus: clarū est quia 98
os gentiliū. et aspicere aut picturas aut actus deformes prohibemus .sit igit cura magistratibus nullam
neq; picturam neq; statuā esse talium rerū imitatricem/nisi apud deos quosdam tales/qui-

bus etiã lasciuiã lex tribuit/apud hos pmittat lex iã factos hoies pro se & filiis & vxoribus Iambi. 12
99 sacra facere. ¶ Iuniores aũt neq; Iambo⁊ neq; comediarũ sectatores esse sinat legislator: Comedie.
nisi cũ ad eã puenerint etatẽ/vt in comessatioibus vna cũ aliis cõmunicare possint/ & ab Sequẽtis cap.
ebrietate & hmõi labe insontes disciplina oẽs effecerit. ¶ Nos quidẽ nunc cursim ista atti 5
gimus: postea vero insistẽtes oportebit determiare magis/siue oportet siue nõ oportet pri-
mo querẽtes & quomõ/sed in psenti mentionẽ de his facere necessariũ fuit. forsitan enim
nõ male circa hoc cẽsebat Theodorus tragediarũ actor: nulli enim vnq̃ concedere voluit: vt Theodorus.
ante se ageret/neq; ex modestis etiã histrionibus. quasi magis faueant auditores illis: quos
primo audierint. Cõtingit hoc idẽ cõuersationibus hoim & rerũ. oia eñ prima nos magis
delectant. Quapropter oportet a pueris oia turpia ꝓcul remouere/& maxime quecũq; hñt
100 in se vel obscenitatẽ vel improbitatẽ. ¶ Trãsactis vero annis quinq;: in duobus ad septẽ vs- 13
q; oportet iã disciplinas explorare/quas discere eos oportet. Due aũt sunt etates: in quas ne Hebdomas ĩ-
cessariũ est disciplinas diuidere. vna est post septimũ annum vsq; ad pubertatẽ. altera a pu- no⁊ septẽniũ.
bertate vsq; ad annum vicesimũ primũ. nã qui Hebdomadibus diuidũt etates: vt plurimũ Ex numeris se
dicunt nõ bene. itaq; sequẽda est nature distinctio. omnis eñ ars & disciplina ĩplere vult. id quẽtibus. Pri-
101 quod deest nature. ¶ Primũ igitur videndũ est: si facienda sit institutio quedã circa pueros. mũ ex. i. Secũ-
deinde si vtile sit publice curã eo⁊ suscipere/ an magis priuatim quod nũc fit in plurimis dum ex 2. Ter
ciuitatibus. tertio qualem hanc institutionẽ esse oportet. tium ex 3 & se quẽtibus.

¶ DECIMISEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

88 DE victu & institutiõe: precepta tredecim. Primũ. apud eas gentes quibus bellandi as- 1
sidua cura est: ad bellacẽ habitum vbi filios susceperint nutrimentũ lactis maxime
propriũ est/accõmodatũq; corporibus: sed id quidẽ magis absq; vino: ad deuitãdas
89 egritudines. ¶ Secundũ. ij motus qui illis (dũ tãtilli sunt) cõuenire possunt: ad hmõi 2
90 corpis habitudinẽ cõferunt. ¶ Tertiũ. ne eorũ mẽbra ob teneritudinẽ obtorta fiant: 3
fascijs/& mechanicis quibusdã instrumẽtis (vt & nũc apud quasdã gentes fit) corpus
91 defendat illesum. ¶ Quartũ. statim a pueritia: frigori assuefiãt. id eñ & ad sanitatẽ cõfert: & ad belli 4
cas actiones vtile est. pueto⁊ eñ apta natura est: ob eorũ calorẽ ad frigus exerceri. hinc multi barba-
ro⁊: gelido anni mox vt nati sunt imergunt/aut (vt faciũt Celte) parua veste amiciũt. & he diligentie
92 prime/admodũ infãtili etatule exhibeant. ¶ Quintũ. Sequẽte etatula qua & loquitari & per seipsos 5
motari incipiũt vsq; ad annos quinq;/ qua nõdum ad disciplinã aliquã sunt admouẽdi: nec labores
pferre cogẽdi/ne crescere prepediant. motus solum quosdã suscipiãt ad corporis pigritiẽ deuitandã.
93 qui illis per ludos: neq; illiberales neq; laboriosos neq; remissos & per alios actus pparent. ¶ Sextũ. 6
qui pueris publica ordinatione presunt: curent quas narratiões & fabellas (dũ ea sunt etatula) audire
debeant/cũcta ad cõuersationes futuras accõmodantes. & ludi vt plurimũ tales sint: vt sint imitatio-
94 nes eorũ que postea serio faciẽda erunt. ¶ Septimũ. cohibeant pueri dum plorãt/coganturq; interrũ 7
pere ploratus. nã hmõi cohibitiones ad augmentũ vtiles sunt/ cũ sint quoquopacto corporũ exerci-
tatiões q̃nquidẽ id cõpertũ habemus: spũs compressionẽ ijs qui laborant/robur facere. quod accidit
95 etiã pueris: dũ plorãtes plorare cohibent. neq; recte faciũt q̃ has cohibitiões legibus vetãt. ¶ Octauũ
Id etiã pedonomi/qui publicã puero⁊ ꝓuidentiã gerũt: curent vt ciuiũ liberi q̃ minime cũ seruis ver-
sent. nã id etatis & ad septẽniũ vsq; expedit vt domi alant. & admodũ rõni consonũ: vt & a visu & au
96 ditu illiberaliũ/seruiliũq; rerũ arceãtur. ¶ Nonũ. oino obscenitas verbo⁊/vt & quiduis aliud turpe. a
ciuitate p legislatorẽ extermineẽ. & ꝓcipue stati cura sit: vt nec pueri dicãt nec audiãt quicq̃ turpe. nã
ex turpiter loquẽdi licẽtia: sequit & turpiter opari. ¶ Decimũ. si quis vero iuniorũ aut dicere aut face-
97 re quicq̃ eorũ que ꝓhibita sunt deprehẽsus fuerit: si liber/nondũ ad comessationũ admissus, honorẽ/
illo honore priuetur & verberibus castigetur. si maiuscule etatis iam comessationũ particeps: damno
aliquo seruili afficiat/ob eam quã ppetrauit/mancipij seruiq; vilitatẽ. ¶ Vndecimũ. Sit cura magistrã
98 tibus nõ modo interdicere & dicere & audire quicq̃ turpe. verũetiam ꝓhibeant picturas/actusq; de-
formes aspicere. neq; sinant picturã aut statuam: illarũ rerum imitatricẽ esse. ¶ Duodecimũ. Iuniores:
99 neq; iambico⁊ neq; comediarũ spectatores esse sinat legislator. nisi cũ ad eam puenerint etatem: vt
in comessatiõibus cum alijs sedere queãt/cum iam ab ebrietate & ab huiusmodi labe/ disciplina cun
ctos efficere possit insontes. sed de his exactius in sequẽti libro. & exẽplo Theodori Tragedia⁊ acto
ris: mõstrant omnia prima magis oblectari. quare prima que tradunt pueris: summope cauendũ est
(vt ꝓcedentia cõtinent ꝓcepta) ne turpia/obscena/iprobaue sint: nã & id satyre apprime ve⁊: quo fu
erit imbuta recens/seruabit odorẽ Testa diu. ¶ Tertiũdecimũ. a quinto ad septimũ annũ: explorãde
100

sunt disciplineⁱquas eos discere oportet.& etates quibus illis discipline cōmittenť:diuidende sunt. &
vna sit a septimo anno ad pubertatē:& altera discipline etas/a pubertate ad annū primū &vicesimū.
sic enim natura distinguit.& melius est sic naturā sequi q̄ septenariā etatum partitionē.
¶Transit ad ea que in sequenti libro sunt discutienda. 101

¶ANNOTATIONES AD CAP.SEPTIMVMDECIMVM.

NVtrimentū lactis maxime propriū est.consulunt lac matris dari triduo aut quatriduo a le- 88
uamine partus .nā primis diebus lac collastrū fit:& in duriciē coalescit/fiuntq; inde infan
tes collastrati.cauent etiā volunt:ne ea que nutrit/virum adeat.alioqui lac & sanguinis bo-
nitas ad menses trāsit/infantisq; corrūpitur alimentū.mores etiā magna pro parte credunt:infantem
in posterū/a nutricis moribus cōtrahere. quare iubent:& modeste & tēperate/& alijs morū dotibus
ornate/puellū educandū cōmittere:& multa hmōi precipiūt.¶Confert etiā statim.a pueritia frigori 91
assuefacere.Hoc Ausones obseruabant:de quibus Maro.

Natos ad flumina primum:
Deferimus/seuoq; gelu duramus/& vndis.

¶Si quis vero aut dicere:Quoniam vero plurima(vt inquit Satyricus)fama digna sinistra.
Et nitidis maculam/& rugam facientia rebus
Que monstrant ipsi pueris/traduntq; parentes.

Iccirco censurā adhibet Aristotcles:& arcte iubet/ne domi male vite exempla sināturⁱneq; audiant/
neq; dicant/faciantq; quicq̄ turpe.¶Aspicere aut picturas aut actus deformes phibemus:nisi apud 98
Ridiculi gen- deos quosdā tales/quibus etiam lasciuiā lex tribuit. Quod subiūgit nisi apud quosdā deos tales:iro-
tium ritus. nice est intelligendū.hac tamē cautela:vitabat Ariopagū.Et deos/ritusq; deorū turpes/etiam habuis
Herodotus se Atheniēses: ex Euterpe Herodoti cognoscere promptū est. Mulieres grece dionysia celebrantes
(dictu & visu fedum)dicendū tamē pro loco est:trūcos ficulneos/ingenti & preter pportionē mētu-
la deformatos.vt nichil ferme membroꝝ preter mentulā habere viderenť:e collo dependētes porta-
bant.Atheniēses Mercuriū in phanis colebāt/erecta & porrecta virilia tenentē:infame sane & impu-
dice dicunt spectaculū.heccine ridere non debuit Aristoteles?& nōne nos ipsi deo liberatori semper
gratias habere debemus:qui in omni puritate/sancte/caste/mūdeq; & illibate/illi seruire iubemur.&
gentium stulticiā etiam illic aperte idem damnat historicus:que deos colerent/quorū neq; qui essent
neq; quales/neq; nomina agnoscerent.ꝙ ante Homerū & Hesiodum/nomina nō habebāt:nisi forte
nominibus quibusdā barbaris appellarent greci Belzebuth/Astaroth/Belphegor/& huiusmodi hor
rēdis appellatiōibus.inquit enim.Vnde singuli deorū extiterint/an cūcti semper fuerint/aut qua spe
Herodotus. cie:hactenus est ignoratū/nisi nuper atq; heri/vt sic dicam.Nam Hesiodus atq; Homerus/quos an-
nis quadringētis nō amplius ante me/opinor extitisse:fuere/qui Grecis deorū prolem introduxerūt/
eisq; tam & cognomina:q̄ honores/& diuersa artificia & figuras attribuerunt.hec Herodotus.sed de
stulta gentilium religione nunc satis.

¶SEXTI POLITICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

¶OCTAVVS POLITICORRM ARISTOTELIS.

¶Q; facienda sit institutio circa pueros/& illam publice esse suscipiendā ad respublice
formam. Cap. I



QVod igitur a legis positore maxime intēdendū sit circa disciplinā iuuentu-
tis:nemo vtiq; dubitabit.nam id quidem neglectū in ciuitatibus:affert rei
publice detrimentū.oportet enim ad singula gubernādi genera/disciplinā
accōmodari.nam mos vniuscuiusq; reipublice proprius:& consueuit serua
re rempublicā/& ab initio constituere.ceu popularis mos popularē: & pau-
corū potentie accōmodatus mos/eam que cōsistit in paucorū gubernatio-
ne.semp autē melior mos:causa est melioris reipublice. ¶Preterea in cunctis facultatibus
& artibus sunt quedā ad que perudiri oportet/& assuefieri ad earū opera itaq; manifestū est:
ꝙ & ad virtutis actiones.¶Cū vero vnus sit finis totius ciuitatis:clarū est oportere discipli 2
nam quoq; esse vnam & eandē omniū.& huius curā esse publicā & non priuatam: quemad-
modū nūc vnusquisq; curā habet suoꝝ filioꝝ/priuatimq; & priuatā disciplinā docens put
ei videť. sed opꝫ publicoꝝ publice exercitationē fieri.& simul/nō debet quidē quisq̄ ciuis se
sui existiare/sꝫ oēs ciuitatis.Particula eni ciuitatis vnusqsq; ē.cura vero singulaꝝ pticulaꝝ

reſpicere nata eſt ad curam totius. Laudari poſſunt in hoc Lacedemonij. nam plurimam cir
ca pueros diligentiã faciunt/& quidem publice. ¶ Qꝫ igitur lege prouidendũ ſit circa diſci
plinã iuuentutis/& hoc publice faciendum: patet.

¶ PRIMI CAP. OCTAVI POLITICORVM COMMENTARIVS.

1 NVnc de ijs que ad morem. legiſlatorẽ in qua reipublice ſpecie maxime ad mores/diſcipli
namqꝫ iuuẽtutis oportere intendere. ¶ Primo. quia id neglectũ in ciuitatibus reipublice
affert detrimentũ. oportet enim ad ſingulos gubernãdi modos: mores/diſciplinãqꝫ accõ
modari. nam vnicuiqꝫ reipublice proprius mos: cõſueuit & rempublicã ſeruare/& eam a principio cõ
ſtituere. vt mos popularis: ſtatum popularẽ. paucorũ potentie: paucorũ potentiam. & ſemper melior
mos: melioris reipublice cauſa eſt. ¶ Secundo quia in cunctis facultatibus & artibus: ſunt quedã ad
que perudiri oportet & ad eorum opera aſſuefieri. quare manifeſtũ eſt: & id oportere in rebuſpubli
2 cis/& maxime in optima ad virtutis actiones. ¶ In optima republica. omniũ vnam eãdemqꝫ eſſe di
ſciplinã/& huius curam debere eſſe publicam/non priuatã. nam totius ciuitatis/& cuiuſqꝫ ciuiũ vnus
eſt atqꝫ idem finis. neqꝫ debet quiſq̃ ciuium ſe ſuũ eſſe exiſtimare/ſed omnes exiſtimare debent ſe eſ
ſe ciuitatis. nam quiſqꝫ ciuitatis particula eſt. cura vero ſingularũ partium: ad curã totius reſpicere na
ta eſt/ex eaqꝫ pendet. ¶ Quare vt iuuẽtus ita instituaꝛ & aſſuefiat: publica cura eſſe debet. qua in re
laudari poſſunt Lacedemonij: qui id publice curarunt efficiendum.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM OCTAVI POLITICORVM.

ARgumentũ. hec ſunt: que octauus diſcutit. mos diſciplina. mens. de more a nume
ro primo ad tertiũ. de diſciplina: a 3 ad 7. de ijs que ad mentẽ/grãmatica/picto
ria/gymnaſtica/muſica in generali: a 7 ad 12. de gymnaſtica: a 12 ad 15. de muſi
ca diſſerendo: a 15 ad 21. de muſica ex propria ſententia: a 21 ad huius octaui fi
1 nem. ¶ Oportet autem ad ſingula gubernãdi genera/diſciplinam accõmodari.
Qui reges & optimates futuri ſunt: propemodũ eiſdem diſciplinis ſunt inſtituen
di. ſed futuri reges: magis heroice/atqꝫ diuine. & tertio loco cenſupotentes: huma
ne magis/q̃ diuine. optimates autẽ inter regem dignitatis ſummũ faſtigium tenentẽ/& cenſupoten
tes/dignitatis tenentes imũ: eque & diuine & humane ſunt inſtituendi. populares inſtitutiões & pau
corũ potẽtie: parum dignitatis habent. nam & illi magis oſtẽtationis gloriã querunt/q̃ exiſtentiã. quã
doquidẽ neutri ſecundũ virtutẽ/& vt diſcipline prefiniũt gubernent. hi enim raro vltra hiſtorias aſcẽ
dunt: illi vero e fabulis & mollibus poetarũ blandicijs/intẽperantibuſqꝫ comedijs rarenter emergunt.
qui hec nugamenta norunt: popularibus placent/cũ intrant (vt inquit ſatyricus) carmina lumbũ. Sed
tyranni: nõne ſuos liberos volunt liberaliter & optimatũ more educari? id ferme tyranni ſignum eſt:
cum nolint ſuos filios aliquid capeſcere litteratũ. cum id ſue gubernationi: inimicũ putent. nam diſci
pline predicãt iuſticiam/pietatem/temperantiã/& ceteras virtutes/ac animi dotes: que tyranno ſunt
inimice. que vbi ex litteris/cum philoſophicis tum diuinis diſcerent: ſcelerũ immanitate deterriti/aut
gubernationẽ relinquerent/aut murmurante conſcientia/& ſomno & vigilia horribili metu quaterẽ
tur/& continuo tacita ſudarent precordia culpa. felices igitur qui in optimis gubernatiõibus: moribus
quidem decẽtibus/& accõmodatis ex laudabili inſtitutione ſunt adornati.

¶ Qualis eſſe debeat inſtitutio puerorum: ꝙ neceſſariorũ non omniũ/ꝙ liberalium diſci plinarũ quantũ ſat eſt/& ad finem liberalem. Cap. II

QVenam vero iſta ſit diſciplina/& quomodo tradenda: latere non debet. nã
nunc quidem in ambiguo ex operibus eſt. nõ enim eãdem omnes cẽſent
iuuentutẽ debere addiſcere: neqꝫ ad virtutem neqꝫ ad vitam optimã. neqꝫ
conſpicuũ eſt: vtrum per intelligẽtiam magis deceat/vel per animi morẽ.
Impedimentorũ quoqꝫ reſpectus: conſideratiõnẽ diſcipline cõturbat: cum
manifeſtum non ſit/vtrum accõmodanda noſtra ſit exercitatio ad ea que
ſunt vtilia ad vitam/an ad ea que tendunt ad virtutem/an ad ea que ad maiorem quẽdam
ſuperfluũqꝫ pertinẽt apparatum. hec enim omnia patronos quoſdã ſuſcepere. De his quoqꝫ
que ad virtutem tendũt: nichil confeſſum exiſtit. etenim virtutẽ non eandẽ omnes ſtatim
4 honorant. ex quo fit: vt non ab re diſcordent circa illius exercitationẽ. ¶ Qꝫ igitur ex vti
libus neceſſaria ſint addiſcenda: manifeſtũ eſt. ꝙ autem nõ omnia: diuiſis quidem que libe
ralia ſunt opera/ab illiberalibus: parebit illa eſſe recipienda/que cum vtilia ſint/faciũt exer
centem non vilis exercitij operatorẽ. vile autem exercitiũ putandum eſt: & ars & diſcipli

na/quecunq; corpus aut animã aut mentem liberi hominis/ad vsum & opera virtutis inuti
lem reddunt.itaq; & artes ille quecunq; deterius disponũt corpus. & cuncta mercenaria exer
citia:sordida nũcupamus.mentem enim occupatã & vilem reddunt.¶Sunt etiam quedam 5
Huius. ex liberalibus scientiis:quas vsq; ad aliquid discere honestũ sit.penitus vero sese illis trade
3 re/ac ad extremũ vsq; prosequi velle:nocumentis illis (que supra diximus)obnoxios facit. 6
¶Sed refert plurimũ:cuius gratia quis agat/vel discat.nam si gratia sui vel amicorũ:vel p
pter virtutẽ/non est illiberale:qui vero idipsum agit propter alios/ sepe vtiq; videbitur illi
beraliter ac sordide agere. discipline igitur ille de quibus diximus:ad vtramq; partẽ se hñt.

¶SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

EAm disciplinam(que iuuentuti tradẽda sit)inquirẽdam esse/neq; latere/oportere.quia nũc 3
ex operibus & viuendi hominũ modis:nõ est cognita/neq; vtrum magis per intelligentiã/
an per anime mores.impediũt etiam discipline cõsideratione/ac cõturbant hec:an nostra exercitatio circa vtilia ad vitam versari debeat/an circa ea que ad virtutem tendũt honestaq; sunt/an ad fortunarũ & honorũ cumulationẽ/superfluũq; apparatum.hec enim omnia patronos habent atq; defensores.& de ijs que ad virtutem tendũt:non cõcordant.nam virtutẽ non omnes statim eandem honorãt:sed quod vnus vocat virtutẽ/alter non appellat. quare non ab re:circa exercitationẽ eorum
que ad ipsam tendũt/discordant.¶Disciplina adolescentũ in optima ciuitate: circa quedã vtilia ne 4
cessaria versari debet/sed non omnia.nã exercitiorũ & operũ vtilium & necessariorũ:quedam sunt liberalia liberoq; homine digna/& quedã illiberalia.liberalia quidẽ que cum vtilia sint/nequaq̃ reddũt eum/qui illis occupatur sordidum ac vilem.illiberalia vero: quecunq; artes aut discipline/corpus/ aut animã/aut mentẽ liberorũ hominũ/ad vsum & opera virtutis reddunt inutilem.quare artes huiusmo di omnes/que corpus ad anime mentisq; officia deterius afficiunt/& cuncta mercenaria exercitia:sor
dida nũcupamus.nam mentẽ occupatã tenent:abiectamq; reddũt.¶Quasdam esse liberaliũ scien 5
tiarũ:quas vsq; ad aliquid addiscere non illiberale sit. penitus autem se illis mancipare/& ad summã vsq; perfectionẽ assequi velle:illiberale. nã huiusmodi aut inutilibus/aut exquirẽdis superfluis detinẽ
tur occupati:que impedimẽta ad veram disciplinã/paulo supra sunt posita. ¶Liberales disciplinas: 6
ad suum liberalemq; finem esse exquirẽdas.nam plurimũ refert cuius gratia quis aut agat aut discat. nam si gratia sui aut amicorũ/aut virtutis gratia/secundũ liberalem disciplinã operetur aut discat:nõ est illiberale.qui vero id agit propter alios:persepe illiberaliter ac sordide videbitur agere. nam id frequenter agunt:mercenariorũ more/nummos mercandi/cauponandiq; gratia. discipline igitur ille/de quibus nunc locuti sumus(ceu dictum est)& liberaliter & illiberaliter queri possunt/& ad vtramq; partem se habere.

¶ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.



Littere. Gymnastica. Musica. Pictoria.

SVnt etiam de liberalibus scientijs: quas vsq; ad aliquid discere honestum sit.discipline ille liberales:sunt grammatica/logica/rethorica:que necessarie magis & vtiles/ceu adminicula quedam & instrumẽta ad liberalem degendam vitam preuia:q̃ honestatis dignitatisue rationem habentes.

¶De quattuor que pueri discere solent/q̃ ocium negocio preferẽdum/& discipline illius disciplinis huius/musica ad ocium/littere indifferentes/gymnastica & figurãdi peritia ad negocium.Cap. III.

SVnt autem fere quattuor que discere iuuenes consueuerunt:litteras.gymnasti 7
cam.musicam.addunt vero quartũ quidam:figurandi peritiam. Litteras quidem et figurationẽ tanq̃ vtiles ac valde expedientes ad vitam: gymnasticam tanq̃ pertinentẽ ad fortitudinẽ.De musica vero ambigitur iam.nam nunc plurimi quidem voluptatis gratia illam addiscunt. veteres autem inter disciplinas eam collocauerunt:ex eo q̃ natura querit(vt sepe dictum est)non solum in negocio recte/verum etiã
in ocio laudabiliter posse versari. ¶Hoc enim principium est omniũ: vt rursus de illo di 8
camus. si enim vtroq; opus est: magis autem expetendum est ocium. Nec id quidem in ioco. nam sic necesse foret iocum esse finem vite.siquidem id est impossibile. magisq; in negocijs vtendum est ioco. nam qui laborant indigent relaxatione.& huius gratia est iocus. negocia vero sunt cum labore & conatu: & propterea oportet iocum adhibere/qui tanquã medicinam/tẽporis oportunitate seruata/afferat.nã relaxatio est huiusmodi motus animi & requies propter voluptatẽ. ¶Ocium autẽ ipsum videtur in se voluptatẽ habere:& felicitatẽ & vitam beatã.& hoc non in negociosis/sed ociosis existit.nam qui negociatur:alicuius gratia negociatur ceu eius quod sibi deest:felicitas autem finis est:quam nõ cum dolore/sed

cum voluptate esse omnes putant. hanc tamen voluptatē non eandem omnes posuerunt:
sed secundū se vnusquisq̃ & secūdum habitum suum.optimus tamē optimam:/& eam que
9 sit ab honestissimis. ¶ Itaq; manifestū est q̄ oportet ad ociū quoq; degēdum addiscere que-
dam & erudiri.& has eruditiones & disciplinas suiipsarū esse gratia:/illas vero que ad nego
o cium/tanq̃ necessarias & gratia aliorū. ¶ Quapropter & musicam antiqui inter discipli-
nas collocauere:non tanq̃ rem necessariā.nichil enim habet tale.neq; tanq̃ vtilem/vt litte-
re ad lucrum & ad rem familiarē & ad disciplinam & ad ciuiles actiones q̃plurimas.videtur
quoq; figurandi peritia: vtilis esse ad iudicandū melius artificū opera. neq; vt gymnastica
ad sanitatē & robur.nullum eni horum videmus ex musica fieri.restat ergo:q̄ ad degēdum
in ocio. ad quod apparent adhiberi/qui eam inducūt. eos enim quos putant vita degēdum
esse īgenuorū hominū:in ea instituūt. Quapropter Homerus & in poemate suo ita inquit. Homerus.
sed quale est vocari ad mensam opipare paratam: Deinde nomīnās quosdā alios:subdit/&
accersunt cantorē qui omnes demulceat.Et alio in loco ait Vlyxes: optimam esse degendi Cantor.
11 rationē:quando letis hominibus cōuiue audiunt cantorē sedentes per ordinem. ¶ Q; igit Vlyxes.
sit disciplina quedā/quam nō vt vtilem neq; vt necessariā docendi sint filii/sed vt liberalē
& honestā:manifestū est. vtrum autē vna sit numero an plures/& quenā iste & quomodo:
posterius dicet.nunc autem id p̄missum sit:quod apud antiquos sit testimoniū ex iis disci-
plinis quas diximus.musica enim hoc manifestat.adhuc etiam de vtilibus:q̄ aliqua disce-
re pueros oportet:non modo propter vtilitatem vt litterarū rudimenta: verūetiam propter
multas disciplinas alias:que per litteras discuntur.Similiter vero figurādi peritiam: non vt
in venūdanda emendaq; supellectile non decipiātur: sed potius q̄ contēplari facit pulchri-
tudinē corporū.querere vero vtilitatem vbiq; minime congruit magnanimis & ingenuis
hominibus. Cum vero manifestū sit: vtrum moribus an ratione sit disciplina tradenda/&
an circa corpus primo vel circa mentem:patet ex his & adolescentes gymnastice & littera- Septimi.
rum ludo sunt tradendi.nam horum alterum qualem aliquam facit habitudinē corporis:al- 73
terum opera.

¶ TERTII CAP. COMMENTARIVS.

7 DE iis que ad mētem.quattuor que iuuenes discere debent:grāmatica/gymnastica.
musica.pictoria. grāmaticam quidem & pictoriam tanq̃ cōducentes ad vitam: &
complura cōtinentes cōmoda gymnasticam: tanq̃ pertinentē ad fortitudinē.at de
musica ambigitur iam:an expedit iuuenes illam discere.quia nunc q̃plurimi: illam
voluptatis & illecebrarū gratia discunt.sed veteres:inter disciplinas que a liberis iu-
uenibus percipiende essent collocarūt.quia natura poscit:vt non solum in negocio
recte/verumetiā & in ocio posse bene laudabiliterq; versari. vt numero 67 septimi & sequētibus se-
8 pe dictum est. ¶ Et si vtrūq;(negocium inquā & ocium)expetere oportet:ociū tamen magis est ex-
petendū.non id dico:quod in ioco/ludicrisq; rebus versatur.nam sic necesse esset iocum esse finem vi-
te.siquidē id impossibile est.& magis in negocijs q̃ ocio vtendū est ioco.nam qui laborāt:indigēt re-
quie.iocus aūt requiei gratia.negocia vero:cum labore sunt ac fatigatione.quare opus est:iocum ad-
hibere qui tanq̃ medicinā apto tēpore afferat. nam relaxatio est huiusmodi anime motio/& propter
voluptatē requies. ¶ Sed q̄ ocium expetibilius:patet.quia ociū ipsum videtur per seipsum volupta-
tem habere & felicitatē/vitamq; beatam.hoc autē in negociosis non existit.sed in ocio agentibus vi-
tam.nam qui negociū agit:alicuius finis gratia id agit/tanq̃ qui desit.finis autem felicitas:quam non
cum dolore/sed cum voluptate omnes esse putant.tametsi hanc voluptatem non omnes eādem po-
suerūt sed secundū quod quisq; affectus fuerat. Optimus tamen:optimam eam posuit voluptatē/&
que p̄ueniat ab honestissimis. manifestū igitur ocium negocio preferendū:& non in ioco/ sed rebus
9 apprime serijs versari. ¶ Hinc manifestū est ad degendum ocium quedam esse discenda:& huius-
modi disciplinas sui ipsarum esse gratia.sed que ad negociū spectant:necessarias esse & aliorum gra-
10 tia. ¶ Exactius quod numero 7 pretactū est/declaratur:musicā inter disciplinas & ad ocium magis
posuisse antiquos.grammaticā vero vtilem magis esse & necessariā: itidem & pictoriam/figurandiue
peritiam & gymnasticā. grāmaticen quidem:ad lucrum/ rem familiarē/ciuiles actiones multas/ & ad
disciplinam figurandi peritiam:ad melius iudicāndum artificum opera. & ex epilogo:ad cōtemplan-
dam corporū pulchritudinē.gymnasticā:ad sanitatem & corporis vires atq; robur: quorū nullum ex
musica prouenire videmus.relinquitur igitur:q̄ fit ad degendum in ocio/ad quod quidē & antiqui
eam adducere vidētur.quam enim putāt liberorū vitam:in musica instituūt. Vnde Homerus.Quale

est accersi mensis/epuleq; Thalie. & de alijs quibusdã dicit/cãtorem phesim vocitãt:qui mulceat om
nes. et Vlyxes optimã dicit esse vitam:quãdo(letis hominibus)cõuiue auscultant cantus/serieq; recũ
bunt. ¶ Epilogus/& ad cetera transitus:& adolescentes gymnastice ad bonam corporis qualitatem/ 11
& grãmatice ad bonam operum executionem esse tradendos.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

Vnt autem fere quattuor:que discere iuuenes consueuerũt/litteras gymnasticã/musicam/ 7
addunt autẽ & quartũ quidam figurandi peritiã. Hec quattuor. littere/gymnastica/musi
ca/pictoria/circa que iuuenũ institutio. quam vim littere habeãt/ad omnẽ seu priuatam
seu ciuilẽ vitam/siue in pace siue in bello/negocio aut ocio:norũt ferme omnes quo minus in earum
preconio terenda esse opera/quasi in re ignota intelligaẽ. Xerxes/Alexander/Antigonus/Archelaus
Cato/Cesar/& qui prestãtissimi virorũ fuerunt:tanti eas fecisse memorant/ vt libros & litteras/regiam
supellectilẽ & precipua ornamenta duxerint. nec imerito. nam cũ cetera tẽpori cedant: sola litterarũ
monumẽta tẽporis diuturnitate perenescunt. Ptolomei bibliothecã/septingentorũ milium voluminũ:
Egyptus habuit. Serenus samonicus: sexaginta milia librorũ Gordiano ex testamẽto reliquit. ex quo
cõijcere possumus:quanti apud maiores nostros littere fuerint. Et cum litteris picturã non neglexis
se legũtur. nam fertur Paulus emilius victo Perseo/cum rediẽs transiret Athenis:ab illis petijsse pro in
stituendo filio philosophũ insignem & insignẽ pictorẽ. ad quem Atheniẽses Metrodorũ misere:qui
vtrũq; & philosophiã & pictoriã apprime caleret. Alexãder & pictores & plastas/& quicũq; in figurã
di peritia excelluissent:miro prosequebaẽ affectu. quod & hoc indicio probatũ. nam cũ ob nimiã pul
chritudinẽ amaret Campaspen/inter ceteras mulieres:iussit Appellem vt nudã depingeret. quam vt
nudatã vidit Appelles:ad insanos vsq; exarsit amores/corporis vires simul & ars pingẽdi(inualescẽ
te morbo)illi defuere. id aũt intelligens Alexãder. illi Campaspen donauit/vt ad se rediret Appelles.
at pictorem tradũt ad priorẽ pingendi gratiã non redijsse. Sed sane nõ talia esse decet pingendi exẽ
plaria:que & pictores ipsos & picturarũ spectatores ad amẽtiam cõuertant/neq; tales probauerim figu
rarũ effictores/imitatoresq;/neq; huiusmodi pingendarũ rerum studia. stulta enim lascitua/& intẽpe
rata sunt:et que virtutẽ ab animo extrudunt/reddũtq; insanos. cuius rei periculũ in optimo artifice fa
ctum est. qua in re licenter & plurimũ peccare solent:nostri tẽporis pictores. sed graphice quã ad in
stitutionẽ pertinere ponit Aristoteles:eam esse crediderim litterarũ figurationẽ/ geometricarũ figura
rũ designationẽ/cosmographias/topographias/suis mensuris suaq; proportione seruata delineationẽ
ad cosmographos/corographos/& topographos plane intelligendos/ ad stereometrias/epipedome
trias/pro solidis & planis dimetiẽdis/ altitudinibus/profunditatibusq; deprehẽdendis. quas nunq̃ si
ne figurarũ intelligentia deprehẽdere valeas. & omnino vtilis ad opticen: quam inspectiuã dicimus.
vtilis etiam ad orthographicas/ & ichnographicas descriptiones: quibus non intellectis stultum est
ad eas disciplinas que de architectura sunt/& que ad edificia ciuitatum/cum priuata tũ publica/vti
litatem cõtinent/aspirare. Ad herbarũ/plantarum/florum/foliorũ/radicum/nõnullorũq; animaliũ/ve
ras & propemodum naturales imitationes:ne simplicium medicinarũ vtilitas depereat. qualem me
aliquando vidisse puto/figurarũ librum Dioscoridis apud Hermolaum barbarum. Ad membra/ve
nas/arterias/ossa/ compagines & id genus: ne apud medicos anatome maneat ignota. in qua re ag
noui Iohãnem Capellanum michi quidem amicitia perq̃ charum/industrium admodum. nec id qui
dem a sua professione alienum:cum arte esset medicus. Quod si fideli representatione obseruaretur:
non nomina rerum manerent ignota. neq; opus esset tam frequenti minus quidem vtili:humani cor
poris misera dilaniatione in iatrorũ chirurgicorũq; cetu plerumq; questu facto a quibusuis spectacu
lum poscentibus. illic sine reuerentia siue viri siue mulieris sensim nudãtur omnia. exteriora lustran
tur:lustrantur interiora secretiora rimantur. ad lanionis manum:cor sepe & multa exhorrescit & mul
ta refugiunt oculi. atqui fidelem: consulendo singularum partium cum suis nominibus designatio
nem:tum particularẽ tum vniuersalem:nichil accidat non probandum: verum quecũq; imitationes
sunt in tragedijs:comedijs: rhapsodijs quibus heroica facta canũtur. & huiusmodi:de quibus in an
notationibus vltimi capitis. huius:consimiles pictoria (qua etiam nunc vtuntur)contieut. nam que
dam representationes molles sunt & intemperate. quedam efferate & crudeles. & he quidem due:ex
treme & fugiende. quedam vero doctrinales & morales. & he vt mediocres & equate suscipiende.
de figurandi igitur peritia: hec prodesse fortasse non nichil poterunt. ¶ De gymnastica: Socrates
& Plato: que in hecatonomijs videri poterunt:plura dixerunt. & vt littere: & pictura & musica: que
ad mores & doctrinam pertinent: neq; Critolai (vt aiunt) stateram vlla ex parte nutare facientes: a
nimam formant: ita gymnastica corpus. quare mollia exercitia vt illiberalia:damnanda erunt. vt in
calculis:pyrgis:aleis. item violenta:qualia athletarum. moderata igitur:& ad fortitudinem & alia vir

Xerxes.
Antigonus.
Alexander
Archelaus.
Cato.
Cesar.
Ptolomeus.
Serenus.
Gordianus
Littere.
Pictoria.
Paulus emi-
lius.
Perseus.
Alexãder.
Pictores.
Plaste.
Campaspes.
Appelles.
Gymnastica.
Critolaus.

tutum munia in futurũ exequenda/adolescentibus cõmittenda erunt.seu id cursu/seu iactu/ seu lucta
fiat:velut olim faciebant/cum(vt canit Ouidius) Ouidius.
Cestibus & iaculis/& misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant:
Et greci circa huiusmodi gymnopædiã institerunt plurimũ:nostrorum vero qui de ea rescripserint/rara
extant monumenta.q̄q̄ & gymnasticã in obseruatione habuere.vt Sylius de indole Scipionis scribit. Silius
Ipse inter medios venture ingentia laudis Scipio.
Signa dabat:vibrare sudem/trasmittere saltu
Muraleis fossas/vndosum frangere nando
Indutus lorica vadum.spectacula tanta
Ante aciem virtutis erant.sepe alite planta:
Ilia perfossum/& campi per aperta volantem
Ipse pedes preuertit equum.sepe arduus idem.
Castrorum spaciũ/& saxo transmisit/& hasta.que omnia gymnastice discipline insinuant exercitamẽ
ta.¶ De musica vero:amplã habet Aristoteles determinationẽ.& in sequentibus annotationibus: de
ea non nichil.¶ Veteres autẽ inter disciplinas/eã collocarũt.Musicã etiam nũc om̃is schola:vnã libe. Musica.
7 ralium disciplinarum vocat. ¶ Verũ veteres ad mãsuescendos feros hominũ mores: quasi pharmacum
quoddã salubris voluptatis/musicã premittebãt sic Amphiõ/sic Orpheus/sic Solon:poemate/& mu
sica leges ad cõtinendos hominũ mores/induxerunt. sic Lycurgus Thaletẽ poetã ad preparãdos/tũ Amphion.
suaui modulamine/tũ dictamine ad futurã rempublicã ciuiũ animos/premisit.sic dulciloquo poema Orpheus.
te & permulcente musica & pene euocante animos:ritum cerimoniasq; deorum Orpheus.Lignus.Eu Solon.
molpus:Silenus.Thamyras.& qui tales fuere iduxerũt.sic & nos musica vtẽtes:male positis rebuspu Lycurgus.
blicis mederi liceret/& sicubi feri mores sunt tẽtare cõposito cantu ferinos emollire mores. sicubi errãt Thales.
in cultu diuino blanda musica/& amico carmine studere sincere religionis infũdere purgationẽ & ex Orpheus.
tirpatis erroribus/deo digne cognitionis augustã infundere lucẽ. sed viderit ij/qui musica nõ musice Linus
vtunt/ad impudicos choros ad meretricanos gestus ad incentiua libidinum/ ac si cupidinẽ demonẽ Eumolphus.
quẽdam/aut in cytharis/ aut in tympanis vnicũ haberẽt plectra mouentẽ. Hic libet enarrare musicũ Silenus.
certamen:qđ apud Herodotũ recitatur inter contẽdentes pro Agaristia filia Clisthenis.Cũ enim in Thamyras.
ter pocula/diu de musica esset certatũ.Hippoclides longe alios antecedebat.is enim erat Tysandri fi
lius.quẽ Clisthenes magis strenuũ esse cui filiam collocaret iudicarat. Iussit etiam tũc Hippoclides ti Certamen mu
bicinẽ eumeliã sedatum quoddã saltationis genus canere.obsequitur.saltat:sibi quidẽ placẽs. Clisthe sicum.
nes aũt rem omnẽ cernens:dissimulabat. post hec aliquãtũ interquiescens Hippoclides:iussit aliquã Agaristia.
mensam inferri. qua illata primũ super eam/laconicos saltauit modos/mox alios atticos tertio capite Clisthenes.
super mensam verso/cruribus veluti brachijs/modulabat. Ad primã quidem atq; secundã saltationẽ Hippoclides
stomachabat Clisthenes:tam impudicũ sibi generum fieri/sese tamẽ cõtinebat.at vbi vidit cruribus ve Tysander.
luti manibus gesticulantẽ:iam vltra se cõtinere non valuit.fili Tysandri inquit:desaltasti matrimoniũ.
ille vero excipiens ait:nõ est istud cure Hippoclide.vnde prouerbiũ ortum est: nõ est istud cure Hip
poclide.Sed nescio an tempora nostra talem pariãt musicã.vt qui ex legũ & canonũ aut alijs studijs
reuolãt:nõnulli digni potius sint desaltare matrimonia/q̄ reperire.laudabile enim in omnibus medio
cre/& temperatum seruare & fines disquirere rerum ad quas suapte natura sũt ordinate. ¶ Patet ex
his q̄ adolescẽtes gymnastice & litterarum ludo.γυμναστικη και παιδοτριβικη.gymnastice/ars exer
citatiua: ad corporis vires & ad exercitiorum modos victus ministrans. gymnastes autem qui magi
ster est exercitiorum pedotriuice ars exercendi pueros & maxime exercitijs corporis.vnde fit pedo
triuice vt species sit gymnastices.& pedotriues:precor puerorum in exercitio corporis. transfert tamen
pedotriuice & pedotriua ad exercitium & ludum litterarum.

¶ De gymnastica/& puerorum exercendorum disciplina.Cap. IIII

12 NVnc autem que ciuitates curam habere puerorum maxime videnť/athletarum
hababitudinem inducere student:in quo deformant corpora/& augmentationẽ
eorum impediunt.Lacones vero in hoc quidem nõ errant:sed efferatos laboribus Lacones.
reddunt adolescentes/quasi hoc vtile sit maxime ad fortitudinem.atqui vt iam sepius dixi Secundi.
mus:neq; ad vnam virtutem/neq; ad hãc maxime respiciendum est ab eo/qui curam facit
institutionis.¶ Et si ad hanc nõ tamen id consequunť.neq; enim in aliis animalibus/neq;
in gentibus:videmus fortitudinem adesse maxime efferatis/sed potius mansuetioribus ac 20
leoninis moribus.multeq; sunt gentes/ que ad cedes hominum & ad eorum comessationẽ

cunctis istis similiter vino & potu & musica.in his quoq; saltationem posuerunt. ¶An ma
gis putandum est ad virtutem tendere musicam/vt potentē/queādmodum gymnastica ta
le aliquod corpus reddit:sic & musicam talē aliquem morē efficere assuefacientē posse recte
6 letari/ ¶An ad degēdi rationē aliquid confert & ad prudentiā/ hoc enim tertiu ponendum Argumētat ad
est:ex iis que dicunt. ¶Q; igitur oporteat pueros:non solatii gratia discere:manifestū est.nō partem negā
enim solantur discentes.nam cū labore est disciplina:atqui nec ad degendi rationem:pueris tem.
neq; illi etati congruit attribuere.nulli enim imperfecto:cōpetit perfectio.Sed forsitan vide
bitur puerorum studium solatii esse gratia/viris factis ac perfectis.Quod si hoc tale est:cu Perse.
ius gratia oportet eos addiscere:ac non potius(instar Persarum medorūq; regum)per alios Medi.
idem facientes voluptatis ac discipline participes fieri/etenim necesse est:melius perfici ab
iis/qui hoc opus suum fecerūt & artem/q̄ ab iis qui tanto solum tempore in eo laborauerūt
q̄to discunt.Q; si oportet in iis eos laborare: similiter & circa epularum apparatum oporte
17 bit vtiq; eos addiscere.quod est absurdum. ¶Eadē quoq; dubitatio cadit:si possit mores fa
cere meliores. quid enim opus est eos hec discere/ac nō ex aliis audientes recte letari/& iu Lacones.
dicare posse quemadmodum Lacones/illi enim q̄q̄ non didicerint:possunt tamen recte iu
dicia (vt aiūt)que sit bona/vel nō bona melodia. ¶Eademq; ratio foret ad solatia/& ad ra Cantor.
tionem degendi ocii libero homine dignam.quid enī oportet eos addiscere ac non aliis vtē Citharedus.
tibus frui/ ¶Considerare hoc licet ex ea opinione quā habemus de diis.non enim Iuppiter
cantat/at citharam pulsat secundum poetas:immo illos qui talia faciunt/appellamus viles. Ad partē aien
& opus illud non viri neq; sobrii/sed iocantis.Sed forsitan de his:postea erit considerandū. tem differit.
18 ¶Prima vero questio est: vtrum musica sit in ioco reponēda an non: & quid horum trium
que in dubitatione proponuntur potest efficere/vtrum disciplina an solatium:an rationem
ocii degēdi/ Rationabiliter quidem ad omnia instituit/& videtur omniū particeps.nam &
iocus gratia requietis est:ac requietem necesse est esse iocundam.est enim medicina quedā
molestie illius: que per laborem suscipitur.& ratio degendi ocii non solum honestatem ha
bere debet:verūetiam voluptatem.felicitas enim ex ambobus istis est. musicam vero om
nes fatemur esse ex iocūdissimis:siue nuda sit/siue cū modulatione.inquit profecto & Mu Museus.
seus carmen dulcissimā rem esse mortalibus.quapropter & ad cetus familiariū/& ad vitam
in ocio degendam:rationabiliter illam recipiunt:vt potentem leticiam afferre.vnde ex hoc
quis intelligat illā pueris esse perdiscendā.quecūq; enim iocunda sunt/atq; eadem innocua:
non solum cōgruunt ad finem/verūetiā ad quietē.cum vero contingat hominibus perraro
esse in fine/persepe autē cessent:& vtantur iocis/non in excessu quidem sed ob delectatio
nem:vtile vtiq; fuerit requiescere in iis(que ab illa p̄ueniunt)voluptatibus. Contingit aūt
hominibus facere iocos finem:cum & habeat fortasse finis voluptatē quādam sed non quā
cūq;.querentes vero illam:accipiant hanc pro illa.ex eo:q; cū fine agendi similitudinem ha
bet.nā finis/gratia nullius futuri expetitur:& tales voluptates nullius futuri gratia sed gra
tia eorum que antecesserunt/laborū scilicet ac molestiarū.p̄pter quā igitur cām querūt feli
citatem fieri per hmōi voluptates:hanc sane aliquis rationabiliter existimet causam. ¶De
19 participatione autē musice:nō p̄pter hāc solū scilicet quia vtilis sit ad cessationes vt videt
verū etiam id querēdū est/ne forte hoc ita cōtingat.preciosior quidē natura eius est q̄ scdm
eū vsum:de quo supra dicit & oportet nō solū ab ipa voluptatē capere:quā percipiūt omnes
secundū sensum.habet enim musica naturalē voluptatem:per quā illius vsus cunctis etati
bus:& cūctis moribus est acceptus. ¶Sed vidēdū est si quomō ad mores extendit:& ad aīm
id aūt patebit.si tales aliqui secūdū mores p illā efficiamur.atq q efficiamur:p Olympi mo Olympus.
dulationē manifestū est. ea nāq; abstrahit aīam:& quodāmō rapit. raptus vero & abstractio
anime:circa morem affectio est. ¶Preterea audiētes representationes:omnes efficiunt etiā
sine melodiis & versibus. ¶Cū vero contingat musicam esse delectabilium/virtutem autē
esse circa letari recte & amare & odisse: oportet profecto addiscere & assuefieri ad nullā rem
adeo:vt ad iudicandum recte & ad gaudendū mansuetis moribus & laudabilibus operibus.
¶Sunt autem in rythmis & melodiis similitudines:maxime penes veras naturas ire & mā
suetudinis: ac fortitudinis: & temperantie & omnium cōtrariorum his & aliorū que ad mo
res pertinent.Patet id ab effectu.mutamus enim animū:talia audientes.mos autem dolendi
ac letandi in similibus prope est:vt erga veritatem eodem modo se habeat. ceu si quis gau

existimare queat.pueris esse discendā:nam quecunq; iocunda sunt/atq; eadem innocua/ que nō mo
do ad finem/sed & ad quietē & relaxationem cōducūt/a pueris discenda sunt.musica autem eiusmo
di est.discenda igit̃.& quod non solū ea querenda sint/que pertinent ad finem.hoc ideo est/quia per
raro contingit hoībus/vt adepti sint finem.at sepe contingit remittere labores/& vti iocis.quare vti
le fuerit:non in excessu quidē/sed oblectandi gratia/in ijs(que a musica prouenıūt) voluptatibus que
rere quietam. Et q̧ homines iocū finem faciunt/errant sed rationem forsan aliquā habent.nam finis
ipsaq; felicitas:voluptatem aliquā habet. & voluptatē ioci:pro illa amplectunt̃/ q̧ cū illa similitudinē
gerat.nā voluptas/ que finis assecla est & comes:nullius alterius futuri expetit̃ gratia similiter quoq;
& voluptates que ex ioco proueniunt:nullius futuri expetuntur gratia/sed ob labores & molestias/q̃
19 precesserunt. & hec non irrationalis causa videat̃:cur iocos finem faciunt. ¶ Videt̃ etiam musica non
solum hanc ob causam petenda esse/quia videlicet ipsa vtilis est ad quietē:verūetiam considerandū/
ne hoc ita sit/sed ipsa potius vtilis sit ad mores. ¶ Primo.quia musice prestātior est natura:q̃ vtilis sit
ad eum vsum qui ex ea sumitur in susceptione voluptatū/q̃ ex ioco ꝓueniunt.atq; oportet nō solū ex
ipsa cōmunem voluptatē capere:quā omnes secundū sensum percipiūt:sed potius eā q̃ ad mores atti
net. nā musica/naturalem habet voluptatē: per quā illius vsus/cunctis etatibus & moribus/acceptus/
gratus/atq; amicus est. ¶ Secundo.quia per eā scd̃m mores/aliqui quales efficiunt̃:vt per modulatio-
nes olympiacas agnoscit̃. cōfitent̃ enim illic modulis illis animas abstrahi/& quodāmodo rapi. atqui
abstractio & raptus/anime circa morē affectio quedā est. ¶ Tertio.quia qui auscultant imitationes/q̃
in spectaculis representari solite sunt:cōpati solent omnes/sine etiā rythmis melodijsq; ipsis.quāto ma
gis igit̃ compatient̃:si rythmi/melodieq; assint. ¶ Quarto.quia cū musica disciplina sit delectabilium
& virtus circa delectari/& amare/& odisse verset̃.oportet igit̃ discere & assuefieri:ad nullā rem magis
q̃ ad iudicandū recte/ & ad gaudendū mansuetis moribus/ & honestis actionibus.qd̓ videtur ꝑstare
hominibus musica:cū sit quedam gaudēdi/delectādiq; scientia. vtilis igit̃ est ad mores. Quinto.quia
in rythmis & melodijs:maxime similitudines/expressionesq; verarū naturaꝝ sunt ire/mansuetudinis
tēperantie/& oīm his contrariorum:atq; alioꝝ que ad mores ptinent vt rerū experientia monstrat.nā
hmōi rythmos & melodias audientes: anime mutationem sentiemus.at cōsuetudo dolendi & letādi
in similibus:propinqua est vt veritati eodem se habeat modo.ceu si quis gaudet/imaginē alicuius in-
tuens/ob ipsam solū formā: necessariū est & illi aspectū eius esse iocundū/cuius imaginē contemplat̃:
¶ Sexto.quia in alijs sensibilibus/nulla est similitudo morū vt in ijs q̃ odoratu/gustu/& tactu pcipiun-
tur/& in ijs q̃ visu/nisi admodū paꝝ.nā q̃ visu/mores representant:figure sunt.sed id admodū parum
& oēs tam qui nō afficiunt̃:q̃ qui afficiunt̃ visu figurarū cōmunicant. & etiā nō sunt similitudines mo
rum.sed signa magis/que figure efficiunt̃/ & colores morum & hec signa i corpore a passionibus fiūt.
Verūtamen q̃tum attinet ad hoꝝ visionē/oportet iuuenes inspicere figuras/non Pausonis/ sed poly-
gnoti/ & si quis alter pictor/vel statuarius est moralis.at in melodijs ipsis: similitudines imitationesq;
morum existunt.nam statim harmoniarū distincta conspicit̃ natura. vt qui audiunt vnā/ vno modo
& qui aliam alio modo afficiant̃.vt Myxolydia:flebiles luctuosos/animoq; cōstrictos reddit. remisse:
animo molles/atq; effeminatos:Dorica maxime oīm mediocritatē efficit/cōpositosq; reddit.Phrygia
distrahit/rapitq; animum/ & quasi extra ponit/efficitq; furentē.& hec certe recte dicunt. qui circa hu-
iusmodi disciplinā philosophant̃.nam ex rebus ipsis/experientiaq; reꝝ fidem verboꝝ sumunt.Et cir
ca rythmos:res eodēmodo se habet.nā aliqui stabiliorē efficiunt morem.alij cōcitatiorem.alij grauio
res afferunt motus:alij liberaliores.ex his igit̃ patet:musicam ad mores vim habere/& magis quidem
20 q̃ picture & alia/que alijs sensibus afferunt voluptates. ¶ Musicam a pueris esse discendā. ¶ Primo.
quia ad mores inducēdos (vt visum est)vim efficaciāq; habet. ¶ Secundo.quia doctrina musices:na
ture pueroꝝ(dū tantilla est)est accōmoda.nam pueri:propter etatem/nichil ferunt vltro quod in se iu
cunditatē non habeat.atqui musica ex ijs est:que secundū naturam sunt iucunda. ¶ Tertio. quia vi-
detur: nobis quedā cognatio esse cum harmonijs & rythmis. quam ob causam/multi dixere sapientū:
hi quidem animam esse harmoniam alij vero habere harmoniā. Et hec disserendo sint dicta.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM

19 At qui q̧ efficiamur per olympi modulationē. Certamen musicū fiebat in olympo/
& Pericles in panatheneis quinquēne celebrare instituit.neq; quidem mirandum: Pericles
si musica vim talem habeat ad mouēdos hominū animos:quandoquidē & ferarū:
& beluarum sensus mouet.vt de Arione methymneo:qui feros nautarū animos tā Arion.
tisper placans:dū finito carmine desiliret i mare: vitam finiturus:delphinas mouit
qui ipm desultantē exciperent.vt Herodoti cōtinet historia. ¶ Quapropter multi
20 sapientū dixere animā esse harmoniā.vt Hippocrates Dinarchus:& qui huius sententie fuerunt.

¶De Musica ex sententia/quid discendum/& quid non/& quopacto ea vten
dum.Cap VI

Trum autē discere eos oportet canere/& manibus pulsare: aut nō(quemadmodū 21
prius dubitatū est)nūc erit dicendū. Non est obscurum inter esse,multum ad hoc
vt efficiamur aliquales: si quis operum,ipse sit particeps.nempe, impossibile est/
vel certe admodū difficile:vt qui opera ipsa nō tractet/perire valeat iudicare.Et simul,opus
Architas est:vt pueri habeant exercitationē aliquam.& Archite organū recte repertum est:quod pue
ris dant:vt in eo occupati:illa que sunt domi nō frangāt.nescit enim pueritia quiescere. hic
est enim infantibus cōueniens ludus.disciplina vero maioribus:tanq̄ id genus instrumenti
quod igit docendi sint musicam: ita vt in opere ipso versentur ex ipsis patet.¶Quid autē 22
deceat /vel non deceat secundū etates:non difficile est determinare/ac respondere vitupera
toribus vile huiusmodi exercitium esse dicentibus. Primū igitur cum iudicandi causa sint
hec opera ipsa perdiscenda:propterea oportet in pueritia/illis operā dare.In maiori vero eta
te exercitationē eorum dimittere:tantūmodo autem iudicare posse per disciplinam in pue
ritia adeptam/& letari recte.Vituperantibus autem qui aiunt sordidos ac viles musicam fa
cere:non difficile est respondere. si consideremus/quousq; illi opera danda sit ab iis: qui ad
virtutē ciuilem erudiuntur:& melodie/quiue rythmi sint addiscendi:& preterea quibus in
strumentis percipiatur.nam id quidem plurimum referre verisimile est:consistitq; in his:ob
iectionis solutio.nichil enim vetat modos quosdam musice illud quod aiunt efficere.¶Cla 23
rum est igitur oportere disciplinam eius:neq; impedimētum afferre posterioribus operatio
nibus:neq; corpus efficere sordidū & inutile ad bellicas ciuilesq; operationes.ad vsus quidē
iam:ad disciplinas vero postea.erit autē hoc:si neq; in illis laborabunt:que ad certamen ar
tificii pertinent: neq; circa admirabilia quedam & superflua: que in certamina prius/& de
certaminibus in disciplinam venere. sed eousq; vt gaudere valeant pbabilibus melodiis
& rythmis.& non communi sensu musice solum:vt animalia quedā & turba seruorū ac pue
Tibia rorū.¶Patet etiā ex his:quibus instrumētis sit vtendū.neq; enim etiam tibie sint in disci 24
Cithara. plina recipiēde:nec aliud artificiosum instrumentū:vt cithara & sit quid aliud tale sed que
cūq; faciant auditores bonos vel musice discipline:vel alterius.Insuper tibia nō est morale
sed potius ad animositatē cōcitatiuum.Itaq; ad huiusmodi tēpora est vtendum illa: in qui
bus spectacula magis purificationem requirūt q̄ disciplinā.¶Adiungamus autē & illud:qd
cōtrarium discipline efficit/impediēs ratione vti tibiarum sonus. Quapropter bene repro
bauerunt illarum vsum antiqui & ad iuuenes/& ad ingenuos:licet prius vsi fuissent.studio
siores eni facti propter diuitias & animosiores ad virtutē & prius & post victoriā contra Me
Medi. dos habitam/ ac ex rebus gestis magnū de se sapientes/disciplinā omnem arripuerunt. nō
iudicantes sed experientes.quapropter tibiarū quoq; vsus tunc receptus est.nam apud Lace
Lacedemonij demonios quidā qui ludos exhibebat: ipsemet tibiis modos fecit. & Athenis quousq; in cō
Athenienses suetudinem venit:vt fere ingenui omnes discerent. quod patet ex tabula a Thrasij po posi
Thrasippus. ta:cum ludos pro tribu sua dedit.Postea vero,in desuetudinem abiit/& improbari cepta est:
cum iam melius per experientiam iudicari possit : quid ad virtutem pertinet/ & quid non.
Pectades Eodem quoq;modo permulta instrumentorū antiquorum improba sunt:veluti Pectades &
Barbiti Barbiti/& que ad voluptatem audientium intendebant:heptagona:& trigona:& sambuce
Heptagona. & cuncta que indigent peritia manuum gesticulatione. Rationabiliter quoq; se habet illud
Trigona. quod antiqui de tibiis fabulātur.aiunt enim Mineruam repertricē:tibias abiecisse ob defor
Tibie. mitatem oris.atqui non male habet dicere: fecisse id deam/deformitate oris infensam: sed
Minerua. &etiam multo magis ob id quia nichil confert tibiarū vsus ad intelligentiam & mentē cū
scientia & ars Minerue sit attributa.¶Cum vero instrumentorū & operis improbauerimus 25
artificiosam disciplinam: artificiosam vero illam posuimus:que versatur in certaminibus.
in illis enim qui agit:nō proprie virtutis gratia agit:sed vt audientes delectet:& onerosa qui
dem delectatione. Quapropter non ingenui hominis censemus esse huiusmodi opus: sed
seruiles ac sordidos contingit illos fieri.nam finis cuius gratia faciunt improbus est:cū spe
ctator onerosus existens modo hoc modo illud exigere consueuerit. ita vt artifices quoq;
placere studentes:huiusmodi efficiantur & corpora similiter propter motus.

¶SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

21 E musica ex sententia.eam ciuiũ liberis: vt aliquatenus/& canẽdo/& manibus pul
sando discant:permittendã esse. Primo.quia non parꝝ refert ad hoc ipsum:vt qua
les fiant aliqui/cũ quis operum sit particeps. nã aut impossibile est/aut admodum
difficile:vt qui opera ipsa nõ tractent probe iudicare valeant.atqui ciues circa mu
sicam recte iudicare decet:& q̃ probe/& pperam oblectet ad degendam vitã. per
mittenda igit̃ dum adolescentes sunt/illis musica:ad hoc cognoscendum/iudican
dumq;'dum iam cõstituti fuerint in etate adulta. ❡Secũdo. Quia opus est vt pueri habeant exerci
tationem aliquã.& Archite instrumentũ ad sonore perstrependum bene repertũ existimant:qd pue
ris dant/vt in eo occupati/non destruant aliquid vtensilium/que in domo sunt.nã nescit pueritia qui
escere.hic enim infantibus cõueniens ludus.at vero maiusculis factis musice disciplina/ aut canendo
22 aut pulsando:pro huiusmodi instrumento erit. ❡Musicã in pueritia:eiusq; opera esse discenda:& iu
dicandi & recte letãdi causa.& ex hoc diluitur tertia ratio numeri 16. que musicam accusabat: & vile
huiusmodi artificium esse:& viles efficere.nam qui duntaxat eam in pueritia discũt quo possit iudica
re recte.& recte letari .discẽtes quidẽ & melodias:& rythmos:& instrumenta tractantes (vt decet) eos
qui ad virtutẽ erudiunt̃ ciuilem/ in maiori etate exercitationem huiusmodi missam facientes: neq; id
sordidũ est:neq; sordidos efficit.& in his:illius obiectionis pẽdet dilutio.nam nichil prohibet quosdã
23 esse musice modos/& qui sordidi sunt:& sordidos efficiunt. ❡Musicam liberis adolescentulis tribuẽ
dam:talem esse oportere vt que nullum futuris actionibus:afferat impedimentũ:neq; corpus vile effi
ciat ac inutile ad bellicas & ciuiles operationes.sed illis tũc ad vsum prosit & ad disciplinas postea. id
autem euenit.si discendo:in ijs non laborabũt adolescentes que ad artificiosa certamina contendũt:
neq; circa admirabilia quedã & superflua:que in certamina prius:& ex certaminibus venerunt in di
sciplinã. sed eousq; discant: vt gaudere valeant honestis melodijs & rythmis.& non solum communi
24 musice oblectatione:vt animalia quedam:& mãcipiorum turba ac puerorꝫ. ❡Neq; tibie:neq; cithã
ra.neq; aliud artificiosum:plerũq; laboris instrumentũ:ciuiũ adolescentibus in musica institutione est
exhibendum. sed ea: que auditores bene afficiunt:tam ad musicam q̃ ad aliam disciplinam. Et ꝙ ti
biarum exercitium:illis non conueniat:patet.Primo.quia tibia non est aptum ad mores instrumentũ:
quin potius cõcitatiuũ ire.Quare ijs temporibus tibia potius vtendũ est: in quibus spectacula magis
purificationem q̃ disciplinã requirunt. ❡Secundo.quia contrarium discipline efficit:impeditq; ratio
ne vti:tibiarum sonus.Quare bene reprobauerunt earꝫ vsum antiqui:& ad iuuenes: & ad liberos ho
mines.tametsi prius vsi fuissent.nam magis studijs vacare valẽtes ob partes diuitias: & magnanimio
res ad virtutem:cũ ante:tum post victoriam de Medis habitam:se ex operibus sapere putantes: ociũ
tẽtabant: disciplinam nõ iudicantes: sed indagantes qua de causa: tibiarum vsus: tunc ad disciplinas
receptus est.nã quidam qui Lacedemone choris preerat: ille idem:& Athenis tibijs chorum fecit: &
in regione:sic vt iã multi fere liberorum:hanc sibi tibiarum vendicarent disciplinã.vt patet ex tabula:
quam Thrasippus apposuit:cũ chorum exhibuisset ephantide.at vero postmodũ obsoleuit huiusmo
di mos:& reprobari cepta est tibia:cũ iam p experiẽtiam: ad melius iudicandũ peruentum est: quid ad
virtutẽ ptinet:& quid nõ.& simili modo permulta vetustorũ instrumẽtorum.ceu pectades:& barbiti:
& que ad voluptatẽ audiẽtium contendũt:vt heptagona:& trigona:& sambuce reprobata sunt:& cũ
cta que indigent perita manuum gesticulatione.Tertio.quia rationabiliter ob oris deformitatem tibie
reijciende essent:tametsi etiam longe rationabilius refutẽtur:ꝙ nichil ad intelligẽtiam & mẽtem con
25 ferunt.vt fabula de minerua tibiarum repertrice continet.fabule narratio clara est. ❡Instrumentorꝫ
& operꝫ musices:artificiosam disciplinã nõ decere liberos adolescentes.nam artificiosa/ea posita est:
que versatur in certaminũ emulationibus.at quisquis in illis agit.non proprie:suiq; ipsius virtutis gra
tia agit: sed ad audientium plausum & vt eos delectet/ & onerosa quidem & illiberali delectatione.
Quare non liberi hominis censemus esse huiusmodi opus:sed qui id exercent viles admodum & sor
didos fieri contingit.nec ab re quidem.nam finis ad quem:vt ad signũ id faciũt:improlus est.spectator
enim onerosus existens: musice varietatem inducere consueuit. Quare & artifices: ad ipsum curam
suam:studiumq; adhibentes: ipse quales quosdam:instabiles & sordidos facit perinde ac corpora p
pter motus fieri solent.

❡ANNOTATIONES AD CAP SEXTVM.

E T Archite organum recte repertum est. Id ad Archite organum plategen nũcupant.estq;
21 vt aiũt πλαταγη ειδοσ οργανου ηχοη και χοφοη αποτεολυντοσ:quedã species organi:& sonũ
22 & strepitũ edentis. ❡Erit autem hoc: si neq; in illis laborabunt: quę ad certamen artificij
pertinent:neq; circa admirabilia quedam & superflua: que in certamina prius: & de cer
taminibus in disciplinam venere. Liberale non est ex hoc documento: non modo in musica sed ne

Sypontinus.
Diomedes.
Virgilius.
Mantuanus
Prudentius
Epistola Ciceronis.
Eple plinij
Eple francisci philelphi.
Rhetorica.
Ciceronis.
Historie sacre.
Iosephus.
Egesippus.
Heraclides.
Agiographi.
Aristoteles.
Boetius.
Nicomachus
Euclides.
Ptolomeus
Physica.
Ethica.
Politica.
Economica.
Metaphysica.
Totũ vetus organum.
Euangelia:
Actus
Epistole.
Apocalypsis:
Cyprianus
Hilarius.
Origenes.
Augustinus.
Hieronymus.
Athanasius
Nazãzenus.
Damasce.
Ni.Cusa.
Dionysius.
Hieronymus.

in aliqua quidem disciplina in admirandis quibusdam/subtilibus & superfluis generosos adolescentes exercere. & ex Aristotele/Platone/ceterisq; qui bonoꝝ authorum phamam sunt cõsecuti cognoscere promptum est/ huiusmodi admiranda presertim in doctis/ sed reuera futilia (ne subtilia dicam) que interdum & in certamẽ cõtentiosorum veniunt/ & in studiorum perniciẽ (qualia sunt indigna sophismata/obligationem rẽdicula/inextricabilia/vane pronunciata/ calculatorum sycophantie/ superflua circa qualq; disciplinas) non esse in disciplinam transferenda/neq; in illis cogere iuuenũ animos deprauescere. sed faciendũ (ceu in preclarioribus quibusdam locis/etiam nunc facere audio: vnde & merentur laudem) vt bonorum authoꝝ libri (reiectis absq; certa authoris alicuius littera: glossematis & frigidiusculis phãtasiolis) legantur/ ipseq; cũ in philosophicis/tum in sacris eloquijs primarie littere. perinde atq; grammatici/qui Virgilium discunt: nunq̃ se virgilium audisse dicant/qui litteram ipsam/ & heroicos ipos vt author cõposuit/non didicerint. & tunc licet inter legendũ authores ipsos/illas interpretationes/ & commentarios a ꝓfitentibus cõmendari qui scite ad authorum intelligẽtiam faciũt & litteram ipsam patentem atq; peruiam. poterunt igitur qui docendi prouincias suscipiunt/ suos auditores ammonere in grammaticis quo ad precepta prodesse & Sypõtinum & diomedem legi/ & tales/neq; nimis immorandum. ad carmen: Virgilium & Mantuanum alterum/castumq; & celibẽ Prudentium/ & si qui similes/multitudo tamẽ confundit. in oratione liberiori/ & que lege carminis soluta est: epistolas Ciceronis/ Plinij secundi/ Francisci philelphi. in rhetoricis: precepta Ciceronis. Si delectabunt historie: post sacram/castiores sunt Iosephi/ & Egesippi/religiosiores Heraclidis/ & Agiographe. in dialecticis: logicam Aristotelis ad litteram/non precariam/quesita a Boetio & alijs fidis interpretibus intelligentia. In Arithmetica: Nicomachum Boetij: In musica: eiusdem musicam. In Geometria: Euclidem. In Astrologia Ptolomei theoricen que & magna cõpositio. In naturalibus/ Moralibus: rebuspublicis & re familiari: Acroamaticorum Physicorum. Ethicorũ. Politicorum. Economicoꝝ Aristotelis e fonte puri bibantur liquores. ex his enim legitime transitur ad leges/ non vt ditetur quis/ nõ vt rutilet cocco/aut effulgeat ostro: sed vt sit fidus/ icorruptusq; iustitie minister: Sed qui volet hec ad finem deducere superiorem/feliciusq; ocium: preparetur in libris Aristotelis/qui transmundanorũ & metaphysicorum sunt/quiq; de prima: supramũdanaq; philosophia nuncupãtur. hinc libri sacri cum veneratione tractent. quibus assint comites Cyprianus. Hilarius. Origenes. Hieronymus. Augustinus Chrysostomus. Athanasius. Nanzazenus. Damascenus/ & similes. In his autem mente purgata & sensibus exercitatis: actione vite consentanea/ & morum honestate/calcatis vicijs: si mens generosior: elatiores contemplationes affectet/paulatim ex libris Cuse surgat/ & diuini Dionysij/ & si qui sunt. similes hanc procul dubio liberalem & ingenuam: putauerim esse institutionem. Et sacer Hieronymus (ne omnino sine teste loquar) pro romane cuiusdam virginis institutione scribẽs/discat inquit primo psalterium. his se canticis: sanctam vocet. & in prouerbijs Salomonis: erudiatur ad vitam. i ecclesiaste consuescãt que mundi sunt calcare. in Iob virtutis & patientie exempla sectetur. ad euangelia trãseat. tamq; ea positura de manibus: apostolorum acta & epistolas toto cordis imbibat voluntate. Cũq; pectoris sui cellarium his opibus locupletauerit: mãdet memorie ꝓphetas/pentateucũ regũ/ & paralipomenõ libros. Esdre quoq; & Hester volumina. ad vltimũ sine piculo discat canticũ canticoꝝ. quẽ librũ si ex corde legerit: sub carnalibus verbis spiritualiũ nuptiaꝝ epithalamium non intelligens. periculũ est ne vulneretur. Caueat omnia apocripha. & si qñ ea non ad dogmatũ veritatẽ sed ad signorũ reuerentiã legere voluerit: sciat non eorum esse/quorum titulus prenotatur/multaq; his admixta viciosa: & grãdis esse prudẽtie/auꝝ in luto q̃rere. Cipriani opuscula semp in manu teneat. Athanasij epistola & Hylarij libros inoffenso pcurrat pede. illoꝝ tractatibus/illoꝝ delectenť ingenijs: in quorum libris pietas fidei non facillat. ceteros sic legat: vt magis iudicet q̃ sequať. Sed de his satis.

¶De harmonijs/rythmis/melodijs/moralibus/actiuis/abstractiuis/ & que quibus: etatibus. Cap. VII



Onsiderandum preterea est de harmonijs & rhtymis: vtrum ad disciplinam omnibus vtendum sit harmonijs & omnibus rythmis/an distinguendum 26
Deinde vtrum illis qui eruditionis causa laborant: eandem diffinitionem tribuamus: an tertium quid aliud. Quoniã videmus musicam esse per melodiam & rythmos: horum vtrũq; latere non debet/quã vim habeat ad doctrinam & vtrum preferenda magis sit ea pars/que in melodijs consistit: an ea que in ryhmis. ¶Putantes igitur multa de his esse dicta recte a musicis quibusdã/qui nũc sũt: & a philosophis: qui peritiã habent hmõi discipline: discussionem 27
& examẽ singularum partiũ illis dimittemus: qui perquirere volẽt. nos aũt legitime solum

23 modo in genere de ipsis dicamus. ¶ Cum illa pbetur a nobis melodiarum diuisio/quam fa
ciunt quidam philosophi:q alie sunt morales/alie effectiue:alie abstractiue/ponentes natu
ram earu ad singula istorum propriam. Dicimus autem:non vnius vtilitatis gratia oportere
musica vti/sed multarum:nā & doctrine gratia/& purificationis (quid autem purificationē
intelligamus.nunc simpliciter/alias vero diligentius in his qui de poetica dicet)tertio gra
tia degendi ocii/quietisq causa & remissionis curarum. ¶ Patet omnibus harmoniis esse
29 vtendum:sed non eodem modo.verum ad doctrinam quidem moralibus est vtendum ma
xime:ad auditionē vero alio pulsante/effectiuis & abstractiuis.nam affectio illa que contin
git circa animos quorūdam vehementer:in cunctis existit.Differt autem secundum magis
& minus:ceu cōmiseratio & metus/& preterea abstractio animi. nā per hunc modū deuoti
& supplices quidam fiunt:videmus autem ex sacris melodiis ita affici:quando vtunt expi
antibus animā carminibus:quasi medicina freros & purificatione.Hoc idē euenire necessa
riū est iis:qui cōmiseratione/ & q metu/& qui aliis affectibus detinentur/aliis quantiscūq
talia contingat/fieriq i omnibus purificationē quandam & alleuiationem cum voluptate.
Similiter autem carmina purificatiua:letitiam afferunt innocuā hominibus. quapropter ta
libus harmoniis/& talibus carminibus:spectandi sunt ii/qui theatralem musicam tractant
certatores.sed cū spectator sit duplex:alter ingenuus & doctus:alter vilis & indoctus ex opi
ficibus/turbaq vrbana:his quoq accommodanda sunt certamina/& spectacula ad cessatio
nem & quietem.vt enim illorum anime distorte sunt a naturali habitudine:sic harmoniaru
& melodiarum distortiones sunt quedā:& ille sunt vehementes ac rigide. Delectat vero sin
gulos id quod nature sue sit aptū.quobrem licentia permittenda est iis:qui de arte musica cer
tant:vt ad huiusmodi spectatorē tali genere vtant musice. ¶ Ad doctrinam vero(queadmo Dorica.
30 dum dictum est)moralibus melodiis est vtēdum.& talibus harmoniis:qualis est Dorica: vt Melodia
supra diximus. Recipienda est & alia quancūq nobis suadent:qui in philosophia: musicaq Socrates.
versant.Socrates vero in libris de republica:non recte phrygiā adiungit tantūmodo ad Do Phrygia.
ricam:licet improbans tibiā ex instrumentis. habet eni eandē vim Phrygia in harmoniis: Dorica.
quam habet Tibia in instrumentis.ambe enim concitant animos: & in affectus impellunt.
Ostendit hoc poesis.tota eni bacchatio & tota huiusmodi cōcitatio:maxime omniū instru
mentorum pre Tibias fit.harmonia vero phrygia maxime hunc modum habet: ceu Dithy Dithyrābus.
rambus manifeste videt esse Phrygius. cuius quidem rei plura efferunt argumēta: qui circa Philoxenus
hmōi rer intelligētiam vacant.Et inter cetera illud:qd Philoxenus aggressus Dorice facere
dithyrambos in fabulis:non potuit:sed ab huius natura tractus fuit ad Phrygiam harmoniā
que maxime illis cōgruebat.Doricam autem fatentur omnes cōstantem esse ac firmam:mo
remq summopere cōtinere virilem. ¶ Preterea cum medium extremor laudemus:sumen
dumq esse dixerimus:Dorica autē hāc habeat naturam ad alias harmonias.manifestū est:q
Doricā pre ceteris decens est iuniores addiscere. ¶ Sed duo cōsideranda sunt:vnū quid possi
31 bile:alterum quid deceat.nā possibilia quisq aggredi potius & conuenientia sibi:debet.Sūt
autem hec determinata etatibus. ceu defessis iā tempore nō facile est alti spiritus cantilenas Socates.
canere:sed talibus natura subiicit remissas.Ex quo Socratē in hoc quoq merito reprehēdūt
quidam ex iis:qui circa Musicam versant:q remissiores harmonias improbauit ad doctrinā
quasi vinolentas accipiens illas/non secundū vinolentie naturā (nam vinolētia magis de
bacchari facit)sed defessas.quare & ad futuram etatem senior: opus est huiusmodi harmo
nias attingere/& huiusmodi melodias.Preterea si qua est talium harmoniarum:que conue
niat puerorum etati ex eo quia possit ornatum simul doctrināq ferre: quod Lydia maxime Lydia.
omnium harmoniarum habere videt.manifestum/q he tres determinationes sunt i doctri
na faciende:sed medium possibile atq decens.

¶ SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.



Vestiones tres.Prima.vtrū ad musicā disciplinā.oibus vtēdū sit harmoniis/ & omni
26 bus rythmis/an distinguendū. ¶ Scda.vtrū iis qui operā discipline discēde nauant:
eandē determinationē ponimus/an quandā aliā tertiā. ¶ Tertia. Cū musice vna ps
in melopoeia/melodiisq; versat/ & altera in rythmis:vtrū ea q probe vtit melo prefe
rēda sit illi:que bn vtit rythmis. ¶ Exactā de hisce determinationem:nūc inquirēdā
nō esse.nā hec cognitio/a musicis/ & nōnullis philosophis/qui sufficientē habēt mu
sice cognitionē/si qui desiderarēt inquirenda esset,nūc aūt(& iure quidā)rudi mineruą de hmōi esse di

cendum. ¶ Non vnius vtilitatis gratia/sed multarũ:musica vtendũ.nã quidam de hac re philosophã 28
tium:diuidũ: melodias in morales/actiuas/& abstractiuas/ ponentes quidẽ harmoniarũ naturã vni-
cuiq; istarũ accõmodatam.non igit̃ ad vnũ musica/sed ad multa.vtilitatẽ habet.Habet enim vtilitatẽ
& ad eruditionẽ/& ad purificationẽ/innoxiãq; affectuũ sedationẽ.tertio ad vitam degendã.& quarto
ad curatum remissionem/& per iocum quietẽ/relaxationemq; laborũ. ¶ Omnibus harmonijs/& mo- 29
ralibus/,& actiuis/& abstractiuis esse vtendum:sed non ad eundem vsum. Nam ad discipline institu-
tionẽ:moralibus vtendum est.ad oblectationem vero que auditu haurit̃(alijs manu operãtibus)acti-
uis.& abstractiuis vtendũ interdũ ad purificationẽ/& interdum ad quietem/remissionemq; laborum
ad purificationẽ quidẽ.quia affectio animi q̃ circa quasdam animas vehementer contingit:illa cũctis
inexistit/differenter tamen secundũ magis & minus.vt cõmiseratio/metus/raptus animi.hoc eni mo-
tu quidã occupati sunt.videmus enim eos(cũ sacris melodijs vtũtur ij/ qui a furoribus expiãt animã)
restitutos/quasi medicinã adeptos & purificationẽ.Et hoc idem necessariũ est euenire ex melis: ijs q
prorsus cõmiseratione/& metu/& alijs affectibus detinent̃/& alijs qui aliquantulũ talibus efficiuntur/
& fieri in omnibus per melodias purificationẽ.& alleuiationem cũ voluptate.Simili quoq; modo:me
lodie q̃ ad purificationẽ spectant/leticiam afferũt/hominibus innocuã.Quare talibus harmonijs/tali-
busq; melodijs:spectari digni sunt ij/qui cõcertantes theatralẽ musicã tractant.Ad quietẽ vero & rela
xationem laborũ/cum duplex sit spectator/vnus liber & eruditus/& alter onerosus & illiberalis/vt qui
cõfluit ex opificibus & mercenarijs: ad spectatorem/genere harmonie est vtendũ.liberali quidem &
moderato ad liberalẽ.& illiberali ac vehemẽtiore ad illiberalem/sordidũq; auditorẽ: nã vt opificũ sor
didorũq; anime distorte sunt a naturali habitudine:sic & harmoniarũ distortiones sunt/& melodiarũ
q̃dam rigide/& inflexiles.atqui singulos:id quod est nature sue cõsentaneũ/delectat.Quare potestas
facienda est ijs/qui in musica certamen suscipiũt:vt ad spectatorẽ:qualis ipse fuerit/ & musicã quoq;
exhibeant talem. ¶ Ad adolescentũ liberalem institutionem.Dorica harmonia esse vtendum/& alia 30
quãcũq; in philosophia & musica legitime versati/suadẽt esse recipiendã. Phrygiã aũt non cõuenire.
¶ Primo.quia Dorica maxime harmoniarũ moralis:& quã omnes fatentur constantẽ/firmũq; ac viri-
lem cõtinere morẽ.ad doctrinã autem/prius dictũ est vtendũ esse moralibus harmonijs. Phrygia ve-
ro:vt tibie/concitatiua est/magis consentanea dithyrãbis/& bacchationibus.Vnde Socrates minime
approbandus est:qui in republica/eam Dorice ad iuuẽtutis disciplinã copulauit.huius enim rei argu-
mento:philoxenus musicus.qui cũ tentasset harmonia Dorica dithyrambo facere fabulas haudquaq̃
potuit.sed ad phrygiã tractus est harmoniã:que illius erat nature/& q̃ maxime congruit dithyrambis.
¶ Secundo.quia medium extremorũ laudamus/sumẽdũq; esse diximus.atqui Dorica naturã medij/
ad alias habet harmonias.maxime igit̃ doricam pre ceteris/decens est iuniores addiscere. ¶ Harmo 3
nie sunt etatibus accommodãde. nam quisq; possibilia sibi/& conuenientia potius aggredi debet. at
hec determinata sunt etatibus.vt fessis iam etate:nõ facile est alti spiritus cãtilenas canere/sed talibus
natura subijcit remissas.& earũ/si que conuenit puerorũ etati:maxime Lydia quia ornatũ/doctrinãq;
simul ferre possit.viros autẽ mediocres:& he tres determinationes in disciplina faciende: sed mediũ/
& possibile & decens.Et Socratem reprehẽdunt quidã eorũ/qui in musica versant̃.q remissiores har
monias improbauit ad disciplinã/quasi vinolentas. verũ id non est secundum vinolentie potentiam:
vinolentia enim:impetuosa res est.huiusmodi autem harmonie/languide ac defesse.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

Melodia
Melopoeia.
Rythmus.
Rythmopoeia
Epopoeia
Dramatica
Exegematica.
Coena id est actiua.
Narratiua.
Cõmunis.
Tragoedia.
Pretextata

CVm videmus musicam esse per melodiam & rythmos Melodia:ei parti musice/que melo-
poeia dicit̃ subseruit.fitq; voce:vt cantu.flatu:vt tibie/fistule/sambuce.tactu:vt lyre/barbiti/ 26
cithare.Rythmus subseruit rythmopoeie. fitq; rythmus: numeris/aut in quantitate syllaba-
rum & in numero pedum seruatis/vt iambici:trochaici:& id genus lyrici rythmi.aut in nu-
mero syllabarum solũ:simili quadam seruata emmeli/euphonaq; sonoritatis cadẽtia.quales rythmi cõ
plures vernaculi sunt.itali:vt Dantici Petrarchiaci.Gallici:vt Meduniani.Molinetiani ac similes.cete
rũ carmina vt heroica:magis famulant̃ musice epopoeie.Et hec musica poetice ps est/de q̃ in sequẽti
annotatione plenius. ¶ Alias vero diligentius in ijs/qui de poetica dicetur. Poeticen scripsit Aristo-
teles:vbi ostẽdit cũ de melicis & epicis agit/musicẽ purificãdi:serenãdi: sedãdiq; & perturbationibus 27
aios/vim habere. Verũ quia hic de poetica sermo incidit:pauca forsitan de ea pstringere:non fuerit
illaudabile.Tres eius partes faciunt.Δραματικην.ἐξηγηματικην.κοινην.actiuam: narratiuã communẽ.
Actiue partes:sunt tragoedia.comedia.satyrica.mimica.Narratiue partes:moralis historica: doctrina-
lis.Communis partes:epopoeia melopoeia quę & lyrica:elegiaca.dithyrambica: iãbographa. epigrã-
matographa.hymnographa.asmatographa.epitalamiographa.moneda.bucolica.georgica. ¶ Tra-
goedia:heroum.regũ.tyrannorũ.in aduersis acta cõprehẽdit.hec apud latinos pretextata dicit̃:a pre-

texta genere amictus quo reges & latinorum magistratus vtebant. tragedie scriptores: tragici & trage
di dicūtur. ceu fuerūt Eschylus. Sophocles. Euripides. Arion. Phrynicus. Ion. Acheus. Pacuuius. En-
nius. Seneca. ¶ Comedia greca: priuatā ciuileue vitam comprehēdit. cui proprium est conuicia spar-
gere: dicaces sermones: & scurrilitates continere. sed comedia latina: fere poesis mimica est. que & pal
liata fabula: & togata: & tabernaria/ & attellana: & planipes. qui scribūt: comici & comedi dicuntur. vt
Susarion. Eupolis. Aristophanes. Cratinus. Pherecrates. Menander. Philemon. Philistion. Terētius.
Plautus. ¶ Satyra greca: res tragicas: & graues comprehendebat: satyros rusticos inducēs. vt interim
iocis lusibus saltibusq; spectator mulceret. huius proprium: risus: scurrilitates: cū luctibus miscere. has
fabulas latini Atellanas vocant. Satyra latina: aliud poematos genus: aliquid actiuū & mimicū conti-
nens. Scriptores: satyrici. vt Pratinas. Lucillius. Oratius. Iuuenalis. Persius. ¶ Mimica: est sermonis &
actus cuiusq; imitatio citra reuerentiam vllā: & factorum cum lasciuia representatio. qui scribunt: poete
& Mimi. vt Sophon. mimice apud latinos: ferme fabule palliate. togate: tabernarie. atellane. planipe-
des. ¶ Palliata fabula: q̄ a grecis cōuersa: comedie nomē tenet: & habitu greco representabat. est enī
pallium: grecorū amictus. vt ea que Terētij & Plauti. ¶ Togata fabula: in qua habitu Romano fiebat
representatio. nam toga romanus amictus: & hec comedie grece respondet. Tabernaria: per humiles
personas represētabat. ¶ Atellana' dictis iocularibus: & satyricis grecis similibus fabulam peragebat.
ab Attella volscorum vrbe dicta. ¶ Planipes: mimica erat/ in qua nudis pedicus in scenā representato-
res veniebant. sed tragici: cū cothurnis. & comici cum soccis. Nunc ad secūdam partem. Moralis: mo-
rum & vite/ precepta cōtinet. vt pars magna georgicorum Hesiodi. Teognides. Phocylides. Menander
epistole Oratij. ¶ Historia: genealogias: & priscarum rerum monumenta: vt plurimū ficticia. vt Theo
gonia Hesiodi: Methamorphosis Ouidij. Lucanus. Statius. ¶ Doctrinalis: que aliquid docet: vt geor
gicon Virgilij: de agricultura: halieutica Oppiani de piscibus. Manilius. & Aratus: & vrania Pontani
de astrie: Macer de herbis. Quintus serenus de medicina: priscianus de situ orbis: Lucretius de phy-
siologis Bonincontrius de natura rerum. Faustus de virtutibus: Bigi opuscula christiana & similia. &
hos etiam scriptores: epopoeos vocant nōnulli. ¶ Epopoeia heroicā continet: quę preclara gesta he-
roum. & fortium virorum describit. vt ilias: & odyssea Homeri. Eneis virgilij. Pharsalica Lucanj. scripto
res epopoei: & epici dicuntur. ¶ Melopoeia que & melica: adiectio musico instrumento: vt lyra: citha
ra: barbito. & huiusmodi peragi solebat. Scriptores: lyrici poete dicti sunt. ¶ Elegia: hexametro penta
metroq; lamentationes & luctus decantat. Scriptores. Elegiographi. vt Callimachus. Philetes. Oui-
dius. Propertius. Tibullus. ¶ Dithyrambica: que canit bacchum: & que multifariam carmia inuoluit
& implicat: bachicos modos: ebriososq; & insanos imitata: que & dithyrambopoeia dicitur. Scriptores
dithyrambici: & cyclici. vt Arion. Philoxenus. Pindarus. ¶ Iambographa: iambicis carminibus ma-
ledicta contorquet. Scriptores: iambici. vt Archilochus. Hipponax. ¶ Epigammatographa: statuas:
domos. loca. donaria. vario carmine laudat: aut vituperat. scriptores Epigrammatographi. vt Simo-
nides. Palladius. Agathias. Martialis. Claudianus. Oratius. Himnographa: dorum hymnos canit/ &
hec impura. que vero pura: vnius dei: sanctorumq; concinit laudes. scriptores: hymnidici & hymno-
graphi. impuri: vt Orpheus. Homerus. Callimachus. puri vero Dauid: Hierotheus. Prudentius. Chry
sostomus. Hilarius. Hieronymus. Ambrosius & pleriq; alij. ¶ Asmatographa: ad lyram: barbyton: ci-
tharam & alia musica instrumenta: carmen condit. Scriptores. Asmatographi: & cantores. vt Demo-
docus. Phemius. Automedes. & ferme insignes: primo nostro euo fuerunt Bunous. Ogganius. at ve-
ro nunc etiam vite superstites asmatographi posteritati commendabiles (ne tempora nostra tanq̄ si-
ne musis taceamus) Alexander Iaspar. Iossequinus: & qui cum Homero Phemio certare possit: Attra
bas Feuinus. ¶ Epithalamiographa: nuptiarum solemnia carmine celebrat. Scriptores: epithalamio-
graphi. vt Agamestor. Hesiodus. Theocritus. Catullus. Claudianus. Ausonius. ¶ Moneda: vni-
cam personam insignem reddit. Scriptores: monede. vt in multis epitaphiographi. ¶ Georgica: agri-
colationis precepta continet. Scriptores: georgici Hesiodus. Virgilius. ¶ Bucolica: pastorum & agre-
stium mores imitatur/ & sermones. Scriptores: bucolici. vt Bion. Theocritus. Virgilius. ¶ Verum de
his omnibus: qui ad optime ciuitatis formādos adolescentes: & ciuium liberos: pręcipue sunt admit-
tendi. morales: doctrinales: epopoei: & puriores hymnographi. cæteros iubet Plato ab optima ciui-
tate esse pellendos. quales sunt Tragoedi. Comedi. Satyrici. Mimici. Elegiographi. Dithyrambogra-
phi: Iambographi: & similes. sed sicut hi poesim mollem aut efferam & distrahentem: aut maledicam
cōtinent: ita in ciuitatibus lapsis (sicubi locus talibus sit) tantum permitti debet: quāq̄ etiam nunq̄ de-
39 beret. sed hec pro annotatione poetices Aristotelis satis. ¶ Ceu dithyrambus: manifeste videtur esse
Phrygius. Dithyrābi hymni erant ad bachū: et dithyrambus bacchi nomen a duabus portis: quibus:
egressus a poetis fabulatur: a cesa Semeles aluo: et a Iouis femore. ¶ Dorica autem hanc habeat na-

Tragici.
Tragedi.
Comedia greca.
Comedia latina.
Comici.
Comedi.
Satyra greca
Satyra latina
Satyrici.
Mimi.
Palliata.
Togata.
Tabernaria
Atellana.
Planipes.
Moralis.
Historica
Doctrinalis
Epopoeia.
Epopoei.
Epici.
Melopoea
Melica
Lyrici.
Elegia.
Elegiographi.
Dithyrābica.
Dithyrambopoea.
Dithyrābici.
Cyclici.
Iābographa.
Iambici.
Epigrāmatographa.
Epigrammatographi.
Hymnographa.
Hymnidici.
Hymnographi.
Qui in bene instituta ciuitate poete recipiēdi.
Dithyrambici.

Myxolidia. Phrygia. Dorica Lydia. Chroma. Enarmonicū Diatonicum.

turam. Harmoniarum quedam sunt molles & effeminate: vt Myxolydie. quędam concitatiue/vehementes/& furibunde: vt phrygie. quedam vero moderate/& viriles. vt Dorice/& lydie. ceu fere apud nos harmonie galle: molles. itale: luctuose. germane & britanne: magis viriles. Eluetiane: concitatiue: veluti & in generibus melorum. apud musicos: chromaticum molle est. enarmonicū: cōcitatiuum. & diatonicum: moderatum. & quanq̄ ita est cum suam naturam seruant/& inuicē comparanť: in diatonico tamen melo/camene quedam sunt molles sunt efferate sunt moderate/sunt luctuose: sunt vinolente bachantes dithyrambice/sunt viriles: & ita in vnaquaq; gente & natione/secundum habitantium mores. & vbiq; quod concitatiuum/vehemens/efferatum/dissolutum: in excessu est/ & id quod superabundantia in vicijs. quod molle fractum/effeminatū/luctuosum/molles cantās amores: in defectu & quod defectus in vicijs: quod vero moderatū/virile/equatū: in mediocritate/& quod virtus in moribus. quare huiusmodi moderata: & equabilis harmonia: liberis institutionibus est accōmodanda. cetere vero explodande: nisi forte ad aliquā animi languētis expiationem/ceu pharmaca/& venena quandoq; pmittūtur/aduerse valitudinis amouēde gratia. & vt hec tria/excessus defectus & equabilitas in harmonijs & melis: ita suo modo in Rithmicis/& epicis reperianť: quorum q̄ moderata/moralia/& doctrinalia: acceptanda/maxime in adolescentum exercitamentis/reliqua vero fugienda. & hec pro Politicorum dicta sint satis.

¶OCTO LIBRORVM POLITICORVM HOC EST DE REBVSPVBLICIS ARISTOTELIS DEO (QVI SOLVS OMNIVM OPTIMVS GVBERNATOR EST) ADIVTORE.

F I N I S.

¶LEONARDI ARETINI IN LIBROS ECONOMICORVM ARISTOTELIS PROLOGVS. AD COSMVM MEDICEM.

Tydeus. Homerus. Thebani. Statius.



Reciosa sunt interdum parui corporis munuscula: quod lapilli/gēmeq; testanť. Et homines nōnunq̄ pusilli/grandioribus preualēt: vt de Tydeo scribit Homerus. a quo breui & exiguo: Thebanos omnes certaminibus lōge superatos fuisse tradit. Statius quoq; Homerum (credo) secutus: de eodē inquit. Maior i exiguo regnabat corpore virtus. Tu igiť Cosma dulcissime hoc quicquid est libelli/ob pagine breuitatem: nequaq̄ spernas. pusillū quidem est: at viribus amplum/& precio dignū. quod ego per has ferias e greco interpretatus/non immerito (vt michi videor) tibi potissimum destinaui. cui enim rectius de gubernatione exercitus precipi potest: q̄ illi qui exercitū habeat/cui rursus de reifamiliaris administratione: q̄ ei qui rem amplam possidet/& tueri illam cū laude gliscit/& augere cū dignitate/Licet ergo tuipse per te multum sapias/& a patre tuo viro sapientissimo quotidie audire possis: operepreciū tamen erit/qui de re familiari tradiderūt: excellētissima philosophorū ingenia cognouisse. Vt enim medicine finis est sanitas; ita rei familiaris diuitias/finem esse cōstat. sunt vero vtiles diuitie: cum & ornamēto sint possidētibus/& ad virtutem exercendā suppeditent facultatem: psunt etiam natis: qui facilius per illas/ad honores: dignitatesq; subleuanť. nā quorū virtutibus obstat res augusta domi: haud facile emergunt. vt poete nostri dictat sententia. Quare tum nostri: tum natorū multo magis charitate: illarū amplificationi (quo ad honeste possumus) studendum est. quoniā a philosophis in bonis numeranť: & ad felicitatem ptinere creduntť. Tu igiť harum precepta rerum in hoc libello Aristotelis leges. Ego vero non solum transtuli e greco: vt maxime consonū esse putaui: verū etiam explanationē quandā obscurorum verborū adiunxi. quo tibi legenti dilucidior esset. Primum igiť illud pmittendum: duas philosophie esse partes: quarum altera in cognitione rerum: altera in agendo versať. Prima pars fere ptinet ad illa: quorum finis est ipsa cognitio. Actiua vero pcepta vite continet: que scire parum est: nisi deducas in actū. Ea vero pcepta diuiduntť trifariam. aut enim circa mores nos instruūt aut circa remfamiliarem aut circa rempublicam. harum primam Ethicam secundam Economicam: tertiam Politicam greci appellant. nos vt (opinor) nostris vocabulis vti magis decet q̄ alienis. Nūc ad textum Aristotelis veniamus.

Explanatio hec: circa finē voluminis habetur.

¶ ECONOMICORVM ARISTOTELIS RECOGNITORE ET EXPLANATORE IACOBO FABRO STAPVLENSI LIBER PRIMVS.

¶ De differentia & conuenie͂tia Politice & Economice, & ordine earum. Cap. 1

1 REs familiaris & respublica inter se differunt, no͂ solum qua͂tum domus & ciuitas
(hec enim sunt earum subiecta, ve͂rumetiam illo, q͂ in republica quide͂ plures impe
rant, in re familiari vnus duntaxat est imperator & rector. Quedam enim artes di
stinguu͂tur, nec est eiusdem fecisse & facto vti: quemadmodu͂ lyra & fistulis. sed
reipublice discipline est ciuitate͂ ab initio co͂stituisse & constituta bene vti. Itaq; patet etia͂
2 esse reifamiliaris parare domu͂, & illa vti. ¶ Ciuitas quide͂ est multitudo domoru͂, agro &
pecuniis sufficienter abu͂dans ad bene viuendum. Id autem ex eo patet, q͂ si compotes hu
ius esse nequeu͂t: societas soluitur. Insuper huius gratia in vnum coueniu͂t. cuius autem gra
tia vnu͂quodq; est & fuit: & substantia sua hec existit. Itaq; patet priore͂ esse generatio͂e rem
familiare͂, q͂ rempublicam. nam & opus illius est. particula enim ciuitatis: domus est. consi
derandu͂ igitur de re familiari: & quid illius sit opus.

¶ PRIMI CAP. PRIMI ECONOMICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

1 ECONOMICE id est resfamiliaris ac domestica, & politice id est respublica inter se differunt
atq; co͂ueniunt. Differu͂t quidem. quia rei domestice subiectu͂, domus est: rei autem publi
ce, ciuitas. & non modo tantu͂ differunt, quantu͂ earum subiecta domus & ciuitates: verum
& in hoc quoq; q͂ in republica multi imperant, vt cap. 8 sexti Politicorum dictum est. at in re famili
ari: vnius solius, vt patrisfamilias est imperiu͂. differunt igitur. atqui etia͂ co͂ueniunt. nam vt reipublice
est ciuitate͂ ab initio constituere, & ea co͂stituta bene vti: ita quoq; & reifamiliaris domu͂ parare, et il
la parata eode͂ modo vti. neq; enim simile est vt in quibusda͂ artibus: vbi hec officia parare inq͂ & vti
diuidu͂tur, atq; separant. vt non est eiusdem parare, efficereq; lyram & fistula͂: & lyra fistulaq; vti. sed
2 hoc ad musicu͂, lyricine͂ aut tibicinem: illud vero ad fabrum, lyre, fistuleue artificem. ¶ Resfamiliaris
republica generatione prior. nam ciuitas multitudo domorum est, & regione & possessio͂ibus, ad bene vi
uendu͂ sufficienter abunda͂s. quod quide͂ & ex hoc perspicuu͂ est. Primo quia si ad bene viuendu͂ suf
ficientia͂ assequi nequeant. soluitur societas. Secundo quia gratia huiusmodi sufficientie ad bene vi
uendu͂: in vnum cetu͂ conueniu͂t. recte igitur diffinita est ciuitas: multitudo esse domoru͂, & regione &
possessio͂ibus ad bene viuendu͂ per seipsam sufficiens, abundansq; sufficienter. na͂ cuius gratia vnum
quodq; est & fuit: id ad suam substantia͂, diffinitione͂q; nimiru͂ attinet. quare & domus ciuitate, & res
familiaris republica prior. est enim illa huius opus. particula siquide͂ ciuitatis domus est. considera͂du͂
igitur erit de re familiari, & quodnam eius officium est atq; opus.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM PRIMI ECONOMICORVM ARISTOTELIS.



ARgumentu͂ primi oeconomicoru͂ Aristotelis. Que in hoc primo discutiu͂tur: sunt hec. Primo differentia, co͂uenientia, & ordo politice discipline & oeconomice. Secu͂do partes domus, & acquisitio. Tertio co͂iugalis societas. Quarto leges viri ad vxore͂. Quinto leges domini ad seruos. Sexto oeconomi leges. que sex capitibus co͂tinent: quoru͂ maxime quartu͂, quintum, sextu͂ officia reifamiliaris co͂tinent: primum aute͂, secundu͂, & tertiu͂ magis rem familiare͂ declara͂t. ¶ Economice͂ grece: nostri reifamiliaris disciplina͂ dicunt. illi oeconomu͂ nostri patre͂familias. est enim oeconomus qui legem (vt par est) guberna͂de domus habet. dictus ἀπὸ τοῦ οἴκου καὶ νόμου id est a domo familiaq; & lege. quare non ab re hic liber: leges, regulas, preceptaq; guberna͂de domus continere itelligitur & fere illa sola. vt ex capite quarto ad finem vsq; secu͂di, facile intelligetur. quid autem sit domus: ex numero 6 primi Politicoru͂ cognitum est. quare & quid familia, resq; familiaris. nam sola vocis differentia est (vt indume͂ti & vestis) quod vna voce οἶκος apud grecos dicitur. & ferme primus Politicorum liber: ad hanc rei disciplina͂ preuius est, & contra hi libri absoluunt pleraq; que in Politicis ad calcem vsq; deducta non fure. Et pluratiue economicoru͂ vt Politicorum nu͂cupat Aristoteles: q͂ oeconomiaru͂ multe sint species, de quibus o͂ibus nonnulla disceptat. na͂ queda͂ regia est, queda͂ prefectoria, queda͂ ciuilis, & quedam priuata ad has eni͂ quattuor species omnes oeconomie & dispensationis species reuocatu͂ iri vult. de priuata: in his duobus libris a Leonardo translatis, agetur. de regia vero, p͂fectoria, & ciuili in eo quem fini operis vna cum explanatio͂e oeconomicorum Leonardi aretini

adijciendū referuamus. ℂHec enim sunt earū subiecta. Subiecta disciplinarū haud latet ea appel-
lari: circa que pcipue ipse desudāt. Politica autē maxime versat negociaturq; ac desudat circa respu
blicas cognoscēdas: & oeconomica circa remfamiliarē & cognoscēdam & ordinandā. nimirū igit res
publica politice: & resfamiliaris oeconomice res subiecte nūcupant. perinde atq; sermo latinus gram-
matico: sanitas medico: nūerus arithmetico: & geometre magnitudo. Verū quid respublica: ex nume
ro 25 tertij politico℞. ℂIn republica multi imperant. vt reges: consules: procōsules: censores: tribuni:
prefecti & hmōi: qui varij sunt: & varij magistratus vt in annotatione numeri 56 sexti Politico℞ di-
ctum est. ℂCiuitas quidē est multitudo domorū. ciuitas numero primi Politico℞ 8. & tertij 2. ℂQ3 2
si cōpotes huius esse nequeūt. Omnes vite societates ad bene viuendū sufficientiā querūt: sed recte
& legitime ad bene viuendū simpliciter: oblique autē & lapse: ad id quod apparet. nam respublica re
gia & optimates & respublica: sm virtutem viuere affectant: & ea querūt que ad eam degendam vi-
tam sufficiūt: pauci vero potentes existimāt esse ad bene viuendū sufficientiā: dūmodo id ad pecuni
as sufficiat: & populares dum sufficiat ad viuendi licentiā. he enim vite sunt: regis heroica. optimatū
& reipublice: studiosa secūdum quidē humanā virtutem: hec inferior: illa superior. paucorū potentū:
auara & ambitiosa. popularis: petulans: dissoluta: & intēperata. & hec oīa: ex supioribus libris ḡma-
nifestissima. ℂEst enim illa huius opus. partes totū constituūt: attamē partes omnes ante totius ab-
solutionē imperfecte sunt. vt omnia officia ante virtutis cōsecutionē imperfecta: adepta autem virtu
te: officia que obiter sequūtur: perfecta: atq; virtutis opus. toto etiam absoluto: completoq;: partes p-
fecte & vsum habētes perfectum: idq; a toto. nimirū igitur partes: totius opus quoddam sunt. quare
& merito reipublice opus quoddā domus ipsa dicit: sed cū ipsa iam perfectissimū vsum sit cōsecuta.

ℂDe partibus domus: & vnde sumenda possessio. Cap. II



Omus quidem partes sunt: homo & possessio. Quoniā vero primū in mi
nimia natura cuiusq; inspicit: in domo quoq; ita se habet. quare secūdum 3
Hesiodum hec adesse cōuenit: domiciliū in primis: mulieremq; & bouem
aratorē. Alterum enim primū ad victum est: alterum ad liberos. Itaq; opor
tet ea que ad vxorem spectant recte disposuisse: hoc est prouidisse: vt talis
sit qualis esse debeat. ℂPossessionis autem prima cura est: ea que secūdum 4
naturā. secundū naturā vero prior est agricultura. Secundo loco: omnia que sunt a terra. ceu
metallorū: & si qua alia huiusmodi. Sed agricultura precipue: quoniā iusta. non enim ab ho
minibus: neq; a volentibus vt cauponaria & mercenarie: neq; ab inuitis querit. quēadmo-
dum bellice artes. Adhuc autem & earū rerum est: que sunt secundū naturā. natura enim oī-
bus educatio est a matre. quare & hominibus a terra. prodest etiam hec plurimū ad fortitudi-
nem. non enim (quemadmodū viles artium) corpora eneruat: sed talia facit: vt sub diuo cō-
sistere & tolerare laborem valeant: & aduersus hostes pericula capescere. soli enim hi posses
siones suas extra munitiones habent.

Hesiodus.

ℂSECVNDI CAP. COMMENTARIVS.



Onsideratione de re familiari & eius officio aggredit: quod in calce pcedētis cap.
premiserat esse faciendū. primū ponens partes domus: hominē: & possessionem &
homo diducit in virum & vxorē. possessio autē: in seruū: agrum: animalia ad eum
colēdum necessaria: & reliquam ad victum necessariā supellectilem. quod Hesio-
dus quoquo pacto hoc carmine expressit οικον μεν πρωτιστα γυναικα τε βουν τα-
ροτηρα. domū quidē in primis mulierem & bouē aratorē. hic precipue ad victum:
illa vero ad liberos. dans per mulierē etiam virum intelligere: & per bouē seruum:
& ceterā ad cōparandū victū necessariā possessionē. Quo fit vt cū mulier vna pars domus sit & pre-
stantior quidē: quippe que sit ad liberos & libero℞ gratia: oportet oeconomice discipline studiosū re-
cte disponere ea que ad ipsam spectant. hoc autem est pparare & dilucidum facere: qualē ipsam esse
oporteat. at nūc de querēda possessione: quod ad officiū reifamiliaris spectat. ℂPossessionū hec secū 4
dum naturā est: illa vero preter naturā. & de ea que secundū naturam precipua cura oeconomo esse
debet. & possessionū que sunt secundū naturā. quedā ex frugibus & agricultura puenit. quedā vero
ab alijs: que aut in terra aut ex terra sine cultu pueniunt: vt metallica: silua cedua: & huiusmodi. sed
potissima possessionū primūq; locū tenens: agricultura est. primo qm iusta. nō enim querit ab hoibus
neq; volētibus quidē: vt nūmularia & mercenarie: neq; ab inuitis & nolētibus vt possessiões bellice. se
cūdo. quia ea possessio que ex agricultura puenit: sm naturā est. nā oībus ita natura cōparatū est: vt
a matre victus suggeratur. quare et hominibus a terra. tertio. quia sibi ex agricultura possessionem
comparare: plurimū confert ad fortitudinē & corporis vires. nō enim quemadmodū viles artes cor-

pora inutilia reddunt:hunc in modũ & agricultura facit/sed valentia sub diuo consistere & tolerare/ labores/insuper & potentia aduersus hostes pericula subire. nam hi soli:suas possessiones extra munitiones habent.

❡ANNOTATIONES AD CAP.SECVNDVM.

3 DOmus partes.minime domus partes:primo Politicorũ numero 4/enucleate sunt.
4 & eam hic habet sententiã:quam & illic numero 3 eiusdem habuit. ❡Possessiõis autem prima cura est ea/que secũdum naturã. De possessione secundũ naturã:sufficienter intelligit/ex primi Politicorũ numeris a 31 ad 34. de ea vero que preter naturã: a numero 34 ad 40 eiusdem. quare sat esse visum hic est.loca vbi hec ostensa sunt annotasse. ❡Secũdum naturam vero prior est agricultura.de agricultura/& eius populo/quomodo primas partes obtineat/& optimus sit inter populares:dictũ est numero 17 sexti Politicorum/& in eius annotatione.

❡Qualis viri & mulieris œconomica societas.Cap. III

5 CArum que ad homines spectãt diligentiarũ:prima cura circa vxorem existit. Societas est enim maxime secundũ naturam: mari & femine. suppositũ est a nobis & aliis locis:desiderare naturã in multis efficere talia. veluti vnũquodq; animaliũ.est autem impossibile feminã sine mare/aut marem sine femina hoc adimplere. quare eorum societas ex necessitate cõstituta est. ❡Enimuero in ceteris aĩalibus absq; ratione id fit:& in quantũ nature capacia sunt/& procreandi gratia solum.in cicuribus autem & prudentioribus distinguit magis. apparent enim in his magis auxilia mutua/& dilectiões & cooperationes. Maximeq; in homine cõspicitur/q non vt sint causa solum: verum etiã bene sint:mas & femina ope mutua cõiungantur.filios quoq; procreant: nõ solum vt nature id tributũ ferant verũetiam vt cõmoda inde percipiant. valẽtes enim ipsi:imbecillos suo labore tuẽtur/& alunt.mox imbecilli ob senium facti:a valentibus eadem reportãt. ❡Simul autem & natura per hunc circuitũ adimplet sempiternitatẽ.ex quo secundũ numerũ nõ potest:at secũdum speciem.sic enim diuina prouidentia vtriusq; natura ordinata est/viri scilicet & mulieris ad societatẽ.assumpta enim ea causa non vt ad eadem omnia vtilem habeat virtutem:sed quedã ad contraria/in idem tamen cõtendentia. alterũ enim robustiorẽ fecit: alteram imbecilliorẽ.vt hec quidem ob timorẽ cautior:ille vero propter fortitudinẽ pugnacior esset.& alter parat foris:altera parta domi conseruat.ad operis vero effectionẽ/altera sedulitatẽ intra limen agit/ad externam vero peruagationẽ imbecilla.alter ad quietem deterior est/ad motum autẽ valentior. Circa prolem autem:generatio quidem cõmunis est/vtilitas vero propria.alterius enim nutrire est:alterius erudire.

❡TERTII CAP.COMMENTARIVS.

q Vod in fine tertij numeri relictum est monstrandũ/que scilicet ad mulierẽ spectant:hic exequit.ostendens viri & mulieris societatẽ/secundũ naturã esse/& necessariã/ & multa continere cõmoda. ❡Primo.quia aliis in locis alias suppositũ est:naturã multa talia affectare/gñatione relinquere/qualia ipa sunt.quemadmodũ animaliũ quodq;/quod aut mutilũ aut orbatum nõ sit.atqui impossibile est feminã sine mare/aut marem sine femina id gñationis implere opus.quare non mõ est ſm naturã/sed & necessaria huiusmodi viri & mulieris in domo societas. ❡Secundo.quia huiusmodi maris feminęq; necessitudo in ceteris aĩalibus absq; ratiõis vsu fit/& in tantum quantũ nature capacia sunt in prolis gratia solum.sed in mãsuetis animalibus/ & presse magis prudentie vestigiũ ferentibus:articulatius id declarat. nam in talibus magis apparent auxilia mutua/& dilectiones & cooperationes inuicem.& maxime omniũ:id in homine cõspicitur. q non vt sint solum causa/sed vt bene sint vir feminaq; mutuo operãtes existunt.& filios procreant: non solũ vt nature inseruiãt/verũetiam vt cõmoda inde percipiãt.nam que ipsi potẽtes ipsis impotẽtibus exhibuerũt:rursus ipsi ob senectam impotẽtes facti/eadem ab illis quidẽ potentibus reportãt. est igitur hec societas non modo secundũ naturã & necessaria:sed & multa cõmoda continet. ❡Tertio. quia natura per hunc gñationis circuitum/sempiternitatẽ implet.quãdoquidẽ id ſm numerũ non potest: at saltem secundũ speciem id queat.sic enim a deo,vtriusq; nature prouisum est/viri scilicet & mulieris ad vite cõmunionẽ.disposita enim est vtriusq; natura:non vt omnia eadem vtilem habeat potentiã: sed quedã in contraria/in eũdem tñ finem contẽdentia.nam illum robustiorẽ fecit/ hanc autẽ imbecilliorẽ:vt hec quidem ob timorẽ ad sui custodiam cautior ac vigilantior:ille vero ob fortitudinẽ viri-

dicatior esset. & ille foris parat: hec autem que foris parta sunt intus asseruat. & ad operum curas / ille quidē & potēs & firmus est: hec autē ad eas (que sunt extra) domus custodias / debilis & inualida. et ille quidem ad ocia deterior / ad motus autē incolumior hec autem contra. non igitur in omnia eadem vtriusq; natura accōmodam habet potentiā / sed quedam in cōtraria. in vnum tamē cōtendunt. nam circa filios generationē cōmunem habent: sed propriā prebēt vtilitatem. nam huius est nutrire: illius vero erudire. manifestū est igitur viri & mulieris societatē sm naturā esse / & necessariā / & vite contine re cōmoda / & quonā modo circa eos diuina ꝓuidentia illa dispensauerit.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

SVppositum eñ est a nobis in aliis locis desiderare naturā. In secundo de anima. φυσικατα τον γαρ των εν τοισ ζωσιν εργων οσα τελεια και μη πηρωματα η την γενεσιν αυτοματον εχει. το ποιησαι ετερον οιον αυτο. ζωον μεν ζωον. φυτον δε φυτον. in viuentibus enim naturalissimū operum est: vt quecūq; perfecta / & non mutila / aut que per seipsa spontinaq; generationē habent / alterum tale efficiant quale ipsum est. vt animans animātem / & planta plantā. ¶ Est autē impossibile feminā sine mare aut marē sine femina. Ex mare sine femina prima parens prodiit. & vna sola fuit (de qua ꝓpheticus sermo: ecce virgo concipiet & pariet filium) que sine mare profudit hoim saluatorem. verū id nature potestate non fuit: sed diuina virtute operante. cui / nature impossibilitas / possibilitas est. & cuius possibilitas est nature impossibilitas. quidqd enim potest natura: punctus est caloris ignis infiniti / deus autē infinitus ignis. ¶ Apparent enim in his magis auxilia mutua. Ex naturis animaliū: horum apertior fides. exēpli causa. columbe iam inde a primo ortu: coniugiū non deserūt / nisi celebs / aut vidua. societate alienū concubitum nō admittūt: femine parturiēti mas adest / & cultu omniq; officio fungit. sepe etiam feminā pigrius ad nidum euntē mas castigat: cogit intrare. exclusis iam pullis: terram salsuginosam / potissimū premanducatā / in eorum os inserit suum ingerēs / atq; ita preparat ad cibum recipiendū. incubāt ambo & mas & femina. mare vno cōtenta turtur / & palumbes viuit. author Aristoteles nono de natura animaliū. vides igitur exēpla coniugalis honestatis / & mutuorū subsidiorꝫ in animalibus domesticis esse ꝑfigurata. vt homo / qui vel solus ad honestatem genitus est: vestigia honestatis in reliquis inchoata / indies ante oculos cernens / in seipso perficiat / cetera autē tanq̄ sue nature aliena / diffugiat. ¶ Sic enim diuina ꝓuidentia. Sunt qui impietatis Aristotelem accusant: q diuinam prouidentiā in hec inferiora citra globum lunarem se diffundere negauerit. quorū placita ad ambrosium vsq; & ecclesiasticos viros peruagata sunt. quod si sentiret nō nunc profecto diceret ουτω προαν ωρισμεναι υπο του θειου εκατερου η φυσισ του τε ανδροσ και γυναικοσ προσ την κοινωνιαν.

Aristoteles Ambrosius.

Leges viri ad vxorem. Cap. IIII

PRimum igitur leges sint viro ad vxorem: vt iniuria cesset. sic enim nec ipse iniuriā patietur. Hoc enim & cōmunis lex inducit / vt Pythagorici dicunt: quemadmodū seruam ab lare ductam: q̄ minime decet videri afficere iniuria. ¶ Est autem viri iniuria: externarū mulierū congressio. De congressionis vero vsu lex sit: in vsu vero vt neq; desit cum ꝑsentes sunt / neq; absentes impotētes sint abstinere. sed ita assuefaciendū: vt sufficienter se habeat in presentia & absentia. ¶ Recte vero se habet & illud Hesiodi. puellā accipere oportere: vt gratis moribus imbuere possis. diuersitates enim morū nequaq̄ ad dilectionē sunt apte. ¶ De ornatu vero. quemadmodū neq; mores superbos esse decet / si simul appropinquare debent: sic etiam nec corpora. nam illa que per ornatū fiunt: nichil differunt ab histrionū vsu / tragedias in scena agentium.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

VIri ad vxorem leges quinq;. ¶ Prima lex esto: ne eam iniuria afficiat. sic enim neq; ipse ab ea re portabit iniuriā. id enim cōmunis lex insinuat / ceu Pythagorei dicunt / queādmodū famulā a foco ductam / minime decet iniuria afficere. ¶ Secunda. Vir ab externo cōcubitu abstineat. nam viri erga mulierē iniuria: externi cōcubitus. ¶ Tertia de rei veneree cōmunicatiōe. sic id fiat: neq; vt ꝑsentes egeant / neq; vt cum aberunt / abstinere nequeāt. sed ita assuefaciendū. & vt presens & vt absens satis habeat. ¶ Quarta. vir vxorē ducat virginē. nam id Hesiodi bene se habet / quo doceas mores (virgo ducatur) honestos. morum enim dissimilitudines: nequaq̄ res amica est. ¶ Quinta de ornatu viri ad mulierē. nequaq̄ ornatus arrogans sit / fictus & superbus. nam quemadmodū arrogantes / fictos ac superbos moribus minime decet eos esse / qui inuicē proximare debēt. sic

nec corpora ornatu esse ficta/arrogantia & superba. nam que per huiusmodi ornatū consuetudo fit: nichil ab ea cōuersatione differre videtur/quam tragediarū mimi in cena representant.

❡ANNOTATIONES AD CAP.QVARTVM.

6 VT pythagorici dicunt. Fuit religio antiqua: vt quicunq; ad larem alicuius confugisset/etiā si is esset inimicissimus/eum violare nō liceret. focus enim qui & lar/prisca illa superstitione. sacer Veste habebat. & id factitasse Themistoclē memorie proditū est/qui cum Athenis pulsus esset/& cum domū inimici ab se quidē mirifice offensi introisset/quem vitare non poterat/ protinus cōfugit ad larem supplex/vbi etiam apud infensissimū inuiolatus remansit. lex enim cōmunis erat: queē qui ad larem alicuius supplex confugisset/ cōtingere nefas esto. quare Pythagorici dicebant si seruam que ad larē confugit/fas non est iniuria afficere/ neq; vxorem que larem viri confugisse videtur. ❡Recte se habet & illud Hesiodi. ex hac lege qua vult virum sponsam virginē ducere: alia intelligat/vt virgo nubat viro. quo si orbetur: decus esse ducat/alterum nō supducere. veteres enī Rhomani: eam feminā corona pudicitie honestabant/ que vno contenta matrimonio fuisset. & mulier cū a viro mores sit acceptura: qui fit/vt viri vnius moribus formata/se alterius viri moribus victuram credat? verū & id rōnabilius foret: vt vir vnus multas haberet vxores/quas suis moribus formaret. cum mulieres a viro/non contra/mores accipere debeāt. sic enim appetitus a ratione: nō ratio ab appetitu mores accipit. at neq; id laude prosequūtur: sed bigamie notam incurrunt. Inter enim turtures & palumbes: eque mas monogamie seruat honorem vt femina/& torque pudicitie circa collum eque videtur illos natura insignisse/non secus ac Romana prudētia corona pudicitie. Sic enim valeria Messalarū soror: viro defuncto induci non potuit alterum superducere/ cui semper diceret virum suum viuere. & bene nostro euo quispiam in eos qui vno non essent contenti thoro/hoc disticho ludere visus est. Lar. Vesta. Themistocles Valeria. Beroaldus iunior.

Qui semel vxorem duxit/queritq; secundam:
Naufragus ille/iterum naufragium sequitur.

❡Circa ornatum vero. Si vir non debet esse fictus/& superfluus in habitu: tantō minus mulier. nam & natura videtur mares magis ornasse q̄ feminas. sic enim in turturibus/pauonibus/& alijs auiū speciebus/& quadrupedibus: intueri facillimū est. & id admodū impudēs: vt superfluo & fucario ornatu studeat mulier viro suo placere non potius simplicitate/modestia/fide/castitate/probisq; moribus: nō male imitata probitate insignē Pauli Emilij Corneliam. que cuidā campane mulieri lapillos illi aurū/ ꝑciosamq; vestem ostentāti & querēti vt eius ipsi ornamenta mōstraret: respondisse fertur/dum e litterario ludo filij redirent. quibus euocatis: respice inquit lautam supellectilē meam/cūctaq; ornamēta deliciasq; omnes. Et cum leges viri ad mulierem ponūtur/aut domini ad seruum. & hic et vbiq; in sequentibus totidem ex opposito respondenti proportione intelligerentur. quas quisq;(quē non fallit analogie ratio) facile deprehendat. P.Emilius. Cornelia.

❡Leges domini ad seruos. Cap. V

7 POssessionū vero prima quidem ac maxime necessaria est illa que optima & prin 1
cipalissima. id est autē homo. quapropter oportet seruos primo parare studiosos.
seruorū autem species due. prepositus & opifex. ❡Cum vero cernamus: ꝙ disci- 2
pline tales aliquos faciunt iuuenes: necessariū est post q̄ pauerit/ ibuere illos/qui-
bus liberalia opera fuerint cōmittenda. ❡Cum seruis autem ita versetur: vt ne- 3
q; superbos esse sinat/neq; abiectos. & liberalioribus quidē honorem: opificibus vero cibū
abunde tribuat. ❡Et quoniā vini potus etiam liberos ad insolentiā impellit. & apud mul- 4
tas natiōes ingenui quoq; ab illo se abstinent/vt Carthaginenses dum militant: patet ꝙ vi- carthaginēses.
ni aut nichil aut valde paucum seruis tradendū sit. ❡Tria vero cum sint/opus/cibus et ca- 5
stigatio: cibus quidē sine castigatione & opere petulantē reddit: opus vero & castigatio si-
ne cibo violenta res est: & infirmū facit seruum. restat igitur: vt opus faciendū illi tribuat/
& cibum sufficientē. sine mercede enim dominādū non putant. merces autem seruo cibus.
❡Verum & alii deteriores fiunt/quādo nec melioribus tribuitur melius: neq; premia sunt 6
virtutis & vicii proposita: sic etiam & serui. quapropter oportet consideratione habere ac
indulgere illis & permittere singula secundū merita & cibum & vestem & quietem/ et ca-
stigatione verbo & opere medicorū artes imitātes/in medicine rationē ꝓspicientes/ꝙ ci-
bus medicina nō est propter cōtinuationē. ❡Genera vero seruoꝝ ad opus faciēdū: optima 7
erunt/neq; timida neq; fortia nimis. in vtrisq; enim peccatū est. nam & nimis timidi nō fe-
runt labore: & ferocibus non cōmode imperat. ❡Oportet quoq; finem omnibus esse deter 8

minatū.est enim iustum simul & vtile libertatē propositam esse premiū. libēter enim labo-
9 res subibunt:cum & propositū premiū conspexerint/ & tempus definitum. ¶ Sunt etiam
10 procreatis filiis tanq̄ obsidibus obligandi. ¶ Nec plures habendi eiusdem generis/quead-
11 modū in ciuitatibus. ¶ Sacra quoq; & largiores epulas seruorū gratia magis facienda q̄ li
berorū. Plura enim ipsi habent:quorum vtriq; gratia instituta sunt.

¶ QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

1 P Atrisfamilias ad seruos leges vndecim. ¶ Prima.cura sit:vt serui diligentes ac stu 7
diosi parentur.nam possessionū prima maxime necessaria/optimaq; & principalis
2 sima:homo. ¶ Secūda. Cum discipline/iuuenes bonos studiososq; efficiāt:sic pa-
terfamilias paratos seruos educet/ vt sint quibus liberalia opera cōmittere possit/
nam seruorū due species:domus ꝓcurator/ qui et aliis preficit & quem liberaliora
decent opera. & artifex qui quippiam operatur/ & quem decent minus liberalia.
3 ¶ Tertia.ita versetur & colloquat seruis: vt neq; insolescere neq; remissos esse si-
nat. & liberalioribus honorē:operū vero effectoribus/cibum abunde subministret.
4 ¶ Quarta. Seruis:aut nichil aut perparū vini indulgeatur.nā vini potus:etiam liberos homies inso-
lentes iniuriososq; reddit. & apud multas gentes:liberi homines a vino(vt Carthaginēses dum in mi-
5 licia sunt)abstinent. ¶ Quinta. Opera seruis cōmittat/negligentes puniat/ & sufficientē cibum tribu-
at. nam cū circa seruos hec tria necessaria sint:opus/castigatio & cibus. cibus quidē sine opere & ca
stigatiōe vbi defecerint.eos insolentes reddit/ & ad iniuriādum procliues. & opus & castigatio sine
cibo:res violenta est & impotētes seruos reddit. hec igitur & opus/ & castigatio/ & cibus sufficiēs:ser-
uis tribuēda.nam & sine mercede haud quaq̄ possibile est/bene seruis preesse ac pricipari.seruo au-
6 tem merces/cibus. ¶ Sexta.cōsiderare oportet:hec illis aut agere aut remittere pro dignitate singu-
la/ & cibum & vestē & quietem/ & castigatiōes/cum verbo tum facto/medicorū facultatē imitātes/ ꝓ
spiciētesq; in ratione medicine. qui a seruis cibus medicina non est: ꝓpterea ꝙ continuo eis exhibe
tur.nam quemadmodū alij deteriores fiunt/quādo neq; melioribus tribuit melius/ neq; premia sunt
7 virtutis & vicij proposita:sic etiam & serui. ¶ Septima.genera seruorū ad opus faciēdū optima.neq;
fortia nimis sint.nam vtraq; iniuria afficiunt.eteni serui nimiū timidi:non ꝑmanent.nimis autē fortes
8 & animōsi:nō bene ferunt imperiū. ¶ Octaua.oībus seruis libertas vt finis sit proposita & determi-
natū tempus.nam iustū est & vtile libertatē illis pro premio esse ꝓpositam. & tunc eni labores subire
9 volunt:cum eis premiū propositū est & tempus definitū. ¶ Nona. Obligētur liberorū procuratione.
10 ¶ Decima.non plures serui eiusdem gētis in domo habeant/queādmodū neq; in ciuitatibus decet.
11 ¶ Vndecima.Sacrificia & fruitiones magis seruorū gratia q̄ liberorū fiant.nam & ipsi plus iure habe
re solent eius rei/que ipsorum gratia constituta est.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

Hecatono. P Ossessionū vero prima. De acquisitiōe & possessione cap. quinto & septimo primi politi 7
3 corū.que maxime ad economicū pertinet. de seruis autē tertio & quarto cap. eiusdem.
77 ¶ Cum seruis autem ita versetur. Plerorūq; que hic de seruis Hecatonomiarū tertio nu-
76 meris 76.77.et nōnullis alijs inuenies Platonis & Aristotelis consiliationē. ¶ Et quo-
Xenophon. niā vini potus. Xenophon scribit hanc apud Persas seruorū legem fuisse:vt a vino absti-
Perse. nerent. Carthaginēses etiam adducit Aristoteles. Rome non modo serui/sed & libera mulier que vi-
carthaginēses. nū oluisset pro impudica habebat. Verū nunc & serui & liberi & in Asia et Affrica a vino lege absti
Asia. nent:quam tamē minime probare velim.sed quo ad hoc/laudabilior:q̄ licentia illa & seruis et liberis
Affrica. absq; lege vlla & tēperantie modo indulgēter sinens se vino ingurgitare.immo apud natiōes q̄pluri-
mas/is pro maxime egregio habetur viro/qui plures amphoras vini in vno cōuiuio hauserit/ vt neq;
tres boues aut equi tres/qui triduo abstinuerint:tantū aque absumere queāt/ quantū vir bonus ille vi
nipota/non iugulati meri/dignus ipse(si vspiam gentiū tēperantia est)vere iugulari. Verū hec ad ho-
nestā domum quā hic Aristoteles instituit:nihil attinent. Et ꝙ hic vino interdicit seruis: id etiam in-
tellige/ & omni eo quod inebriare potest.nam omnia talia:insolentiā debachationēq; pariūt. propter
quam & imodicus vini vsus:& viris & mulieribus & liberis & seruis merito est inhibēdus. ¶ Est eni
iustum simul & vtile. In fine decimi cap. septimi Politicorū:ita habet Aristoteles.quare melius est om
nibus seruis premiū libertatis esse propositū:postea dicemus quod hoc in loco exequitur. vt intelligā
tur hi œconomicorū libri:in supplementū eorū que dicta sunt de politijs esse adiecti. ¶ Sunt etiam ꝓ
creatis filijs. vbi enim vernas ex se dominatos habent:ne fugiant serui/filij eorum erūt tanq̄ obsides.
¶ Sacra quoq; & largiores epulas. Littera habet τῶν θυσιῶν καὶ τῶν ἀπολαύσεων. quod sacrificia/qui-

etes/ferias/fruitionesq; sonare videtur. que magis ad relaxationē seruorū & voluptatem inducta vi-
dent: quo vegetiores sint ad labores/pariter ipsi & pecora/q̄ gratia liberorū. nam vt scire dicit, Q̄ d ca Genesis
ret alterna requie durabile non est. liberi autē magis in liberali ocio degere dn̄t. ¶ Et negocia sic se- 32
questrāda, Sic Iacob sapiens ille puetuste religiōis oeconomus fecisse legit in occursu fratris sui Esau.
¶ Leges economici. Cap. VI.
8 
Vattuor habere patremfamilias oportet circa pecunias. nam & querere pos- 1
se conuenit: & quesita tueri. alioqui nulla querēdi foret vtilitas. nam cribro
haurire nichil aliud est/& (quod dici solet) terebratū vas. esse preterea talem:
vt & ornari p̄sentibus & frui sciat. horum enim gratia habere illas expedit.
¶ Distinguenda quidē sunt singula/& plura habere fructuosa. ¶ Et negocia 2 3
sic sequestrāda: vt non omniū simul periculū subeatur. ¶ Circa tuendū autē 4
quesita vtiles sunt Persice & Laconice/vtilis etiam Attica dispensatio. vendentes emunt.
¶ Et penoris institutio non est in exilioribus administratiōibus. ¶ Est autē Persica ipsum 6
omnia iubere/omniaq; inspicere. ¶ Et quod de Dionisio (inquit) Dion. nullus enim parem Dionysius.
habet alienorū & suorum. ita quotcūq; per ipsum geri possunt: circa illa cum diligentia in- Dion.
tendat. In quo Perse simul ac Libyci dictum recte se habet. Persa enim rogatus/quid equū Persa.
maxime pinguefaceret; oculus domini respondit. Libycus vero rogatus quod sterquiliniū Libycus.
agro foret optimū; domini inquit vestigia. ¶ Sunt igitur negocia diligenter hec a viro in- 7
spiciēda: illa vero ab vxore prout inter eos distincte: administratiōibus sunt cure. et hoc fa-
ciendū est: in exilioribus quidem administratiōibus raro/in grādioribus autem (quarū cu-
ra aliis cōmittitur) sepe. nisi enim quis bonum exemplū de se prebuerit: imitatorē diligen-
tie habiturū non existimant: neq; in re familiari/neq; iis que aliorū cure cōmittūtur. quasi
impossibile sit non diligentis domini: diligentes esse vicarios. ¶ Cum vero hec & ad vir- 8
tutem honesta sint/& ad rem familiarē vtilia: expergisci decet prius dominū q̄ seruos/&
cubitū ire posterius. nec vnq̄ incustoditā esse domū. quemadmodū nec vrbem. & ea quecū-
cunq;/quādo opus est: neq; die neq; noctu omittere. ¶ Et ante lucem surgere. quod & ad sa- 9
nitatē/& ad curam reifamiliaris & ad studiū philosophie pdest q̄plurimū. ¶ In paruis igit 10
administratiōibus attica regula circa fructus vtendū: in magnis vero distinctio faciēda erit
eorū quos in annū/& eorū quos in menses singulos cōsumere oportet. ¶ Eodemq; modo 11
et in instrumētis separāda sunt ea: quorū vsus quotidianus est ab iis que raro sunt vsui. hec
tradenda sunt iis: quibus negocia cōmiseris. ¶ Ac certo tempore inspectio eorum facienda 12
erit: vt non lateat quid saluum sit/quidue perierit. ¶ Domus quoq; que ad possessiōes atti- 13
net: paranda & ad incolumitatē & prosperitatē ipsarum. rerū possessarū dico: ceu fructuū &
vestium/qualis his conducat & fructuū: qualis aridis. & qualis liquidis. & aliarū rerum: qua
lis animatis/& qualis inanimatis/seruisq; & liberis/maribus & feminis/ciuibus & peregri
nis: prosperitatis autē & incolumitatis: vt estate quidem ventorū bonum afflatum: hyemē
vero aptum solē recipiat. fuerit vero talis si aduerso borea fuerit: nec equaliter lata. ¶ Vide- 14
tur quoq; in magnis domibus vtilis esse ianitor/qui sit ad cetera inhabilis/pro obseruatio 15
ne exportatorū/importatorūq;. ¶ Ad rectum vero vsum instrumētorum illud Laconicum
valet: singula suo loco iacere. sic enim parata: non requirunt.

¶ SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

Economi leges ac regule qndecim. ¶ Prima. Economus quattuor habeat circa rē pecunia 1
riā: sit potēs acquirere. parta cōseruare. talis vt ea que aderunt ad ornatū possideat. sciatq;
illis ad frugalitatē vti. Potens quidē cōseruare. nam si minus: nulla acquirendi esset vtilitas.
acqrere enī & non cōseruare: nihil aliud est q̄ cribro haurire/& quod dicit ptusum vas. sciens autē/&
ad vite ornatū & ad frugalē vitam possidere. nā istorū gratia nobis pecuniis est opus. ¶ Scda. sic ea q̄ 2
possidet distinguat: vt plura possideat fructuosa q̄ infructuosa. ¶ Tertia. Operationū curas sic distribu 3
at: vt non in omibus simul iacturam/periclitationēq; simul sustinere queat. ¶ Quarta. Economus ad 4
rerum conseruationē/vendens emat. ¶ Quinta. Penoris instructio nō fit in minoribus rerū domesti 5
carū administratiōibus. & he due oeconomie/domesticeq; regule: attice sunt. ¶ Sexta. Economus/ 6
paterq; familias oia iubeat/omniaq; inspiciat. quod de Dionysio Dion dixit. nullus enī parē curā ha-
bet alieni & suorū. quare quotcūq; p ipsum geri possunt: curet diligēter oportet. quod & Perse dictū
innuit. iterrogatus enī Persa/quid equū maxime pinguefaceret: oculus dn̄i inquit. hoc innuit & Liby
ci dictū/qui identidē interrogatus/quod sterqlinū agro esset optimū: domini inquit vestigia. ¶ Septi 7

me. Paterfamilias quibusdam intēdat: mulier autē alijs: prout inter eos officia economie sunt distincta. et hoc in minoribus administratiōibus raro factū dum: in maioribus vero que pcuratoribus administratur, frequenter. nam non arbitratur quēpiam: qui bonū de se non pbuerit exemplū bene imitari posse: neq; in iis quorū alijs pcuratio cōmissa est: neq; in alijs in quibus non est cōmissa. quasi impossibile sit: si dominos diligentia desit: diligentes esse vicarios. ℂ Octaua. Domini prius surgant q̄ serui: & posterius dormitioni se cōmittant: & nunq̄ domū sinant incustoditā haud secus atq; ciuitatem: & nihil eorū que & noctu & que interdiu facienda sunt omittant. nam hec & ad virtutē sunt honesta: & ad rei domestice disciplinā vtilia. ℂ Nona. Idem ante lucē surgāt. nam id ad sanitatē: & ad domesticā disciplinam: & ad philosophiā cōfert non parū. & he persice sunt oeconomie. ℂ Decima. In modicis facultatū administratiōibus: vtatur economus circa fructus: modo administrādi attico. in magnis autē separētur qui in annum & in menses singulos sunt expēdendi. & hec paululū addit ad quintā. ℂ Vndecima. Eodē modo separet vtensilia quorū quotidiano vsu eget ab iis quorū rarus est vsus. hancq; harū rerum curam illis seruis quos operi pfecerit: mandet. ℂ Duodecima. Certo tēpore vtensilia & operi necessaria instrumenta respiciat: vt non lateat quod icolume & saluū est: aut qd deest. ℂ Tertiadecima. Domū extruat ad possessiones respiciēs: ad sanitatē & bonam tēperiē eorū qui inhabitāt. ad possessiōes dico: ceu qualis fructibus & vestibus cōseruādis cōueniat. & fructibus quidē qualis siccis: & qualis liquidis: alijsq; possessiōibus: qualis autem animatis: qualis inaiatis: & seruis & liberis: mulieribus & viris: peregrinis & ciuibus. Ad temperiē autem & sanitatē: domus estate salubrē flatū: hyeme vero decentē solē admittat. id autē erit: si cōmode ad boreā versa: nō eque lata fuerit. ℂ Quartadecima. In iis domibus in quibus magne dispensatiōes sunt: ianitor pro foribus assideat: ad cetera nullo viui existens. ne ea que aut inferūtur aut efferunt: dispereant. ℂ Quintadecima. Omnia vtensilia: instrumētaq; omnia. singula suo loco iaceant. sic enim parata: cum illis opus est: non requirunt. Et hec pro re familiari regula Laconica est.

ℂANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

Tres sunt Persice & Laconice: vtilis etiā & Attica dispēsatio. Regule Attice. 4. et 5. Persice: 6: 7: 8: 9. Laconice: 10: et sequētes. ℂ Vendentes eū emant. vendebāt enim Athenis fructus prediorū suorū integre. & seorsum emebāt quecūq; necessaria erant ad victum familie. sic neq; redditus ratio: neq; pecunia ex illis collecta: neq; domesticorū sumptuū magnitudo habebatur. quod Periclem Atheniēsem: & in re familiari: & in rebuspublicis inter se tēpestatis viros: celeberrimū: factitasse tradunt. Verum hac vti regula: magis probat Aristoteles in paruis administrationibus: q̄ in magnis.

Pericles

ℂPRIMI ECONOMICORVM ARITOTELIS FINIS.

ℂECONOMICORVM ARISTOTELIS LIBER SECVNDVS.

ℂLeges probe mulieris. Cap. I.

Probam mulierem omnibus que sunt intus dñari oportet: curāq; habere omnium secūdum prescriptas leges. ℂ Non pmittentē quenq; ingredi sine pce-
1
2 pto viri: veritam maxime verba que de mulierū corruptela circūferūtur. & si quid intus accidat: vt sibi notum sit soli. & si quid mali ab ingrediētibus cōmittatur: vt penes virum culpa sit. ℂ Dominā vero impēsarū ad festos dies: quos pmiserit vir. ℂ Sumptu autem & vestitu & apparatu mino-
3
4 ri etiam vtat: q̄ leges permiserint ciuitatis: cōsiderans q nec vestimētorū nitor: nec excellentia forme: nec auri magnitudo tm̄ valet ad mulieris laudē: q̄tū modestia in rebus ac studiū honeste decoreq; viuendi. etenim oīs hmōi ornatus animi optabilis est: multoq; firmior ad senectutē vsq; veras laudes sibi natisq; afferre. sic igitur ipsa se in his animet mulier virtutibus: pgatq; laudabiliter rebus pesse. ℂ Q̄ñ viro quidē indecens vi-
5 detur: ea scire que intra edes fiunt: in ceteris vero omnibus parere mulier viro contendat. ℂ Nec audiens quicq; de republica nec tractās quicq̄ eorum que ad cōnubia spectare viden-
6 tur. sed cum tempus poscet: aut filias tradere nuptui aut nurus accipe: obediat penitus in his viro: atq; sic vna deliberet vt sententiā viri sequat. intelligēs nō ita turpe viro esse quicq̄ eorū que domi sūt facere: sicut mulieri que foris pquirere. ℂ Existimare aūt debet mulier
7 vere cōposita: mores viri esse legē sue vite ipositā sibi a deo per cōiunctionē matrimonii atq;

consortii.quos siquidē equo feret animo:pfacile reget domū.sin contra:difficilius.¶Qua 8
propter decet non solum in ꝓsperis rebus/secundaq; fortuna/vnanimē sese viro pstare &
inseruire velle:verūetiam in aduersis. si sit in rebus defectus/vel corpis egrotatio vel alie,
natio mentis:equo ferat animo & obsequat.nisi forte turpe aliquid sit vel idignum.¶Nec 9
si quid pturbatione animi vir deliquerit:memoriter seruet/sed egritudini ignorātieq; ascri
bat.nam quāto in his diligentius obsequat: tanto sibi maiorem gratiā habebit/cū ab egri,
tudine fuerit liberatus.& si iubenti aliquid turpe non paruerit:melius recognoscet ad sani,
tatē reuersus .quapropter ab his cauere mulier debet. in aliis autem multo magis obtempa,
re:q̄ si empta venisset in domū.magno enim pcio empta fuit/societate vite & ꝓcreatione
liberoꝝ:quibus nec maius nec sanctius esse quicq̄ pōt.Preterea si cū fortunato vixisset viro
non vsq; adeo virtus eius illustrata esset.non est sane parū secundis rebus bene vti.attamen
aduersas moderate pferre:multo maius est existimādum. nam in magnis calamitatibus &
iniuriis nichil abiecti facere:celsi est animi. ¶Precādum est igitur:ne quid tale accidat vi, 10
ro.quod si quid tale accidat aduersi:putare debet mulier/hinc optimam sibi laudē(si recte se
gesserit)ꝓuenturā/secum ipsa repetens:quia nec Alceste tantam gloriā sibi compasset nec Alceste.
Penelope/tantasq; meruissent laudes:si cum fortunatis viris vixissent.Veꝝ Admeti & Vli Penelope.
xis aduersitates.pauerunt illis memoriā sempiternā.in aduersitatibus enim viroꝝ suoꝝ/fi Admetus.
dem ac iusticiam erga illos suantes:gloriā sunt non immerito cōsequute. nam ꝓsperitatis Vlixes.
quidem facile est repire participes. aduersitatis vero ni optime sint mulieres, pricipes esse
renuūt.ob que omnia multo magis decet virum in honore habere/nec illum cōtennere: si
sacra pudicitia & opes animositatis filie secundū Orpheum non sequant.mulier igit huius Orpheus.
modi sese moribus ac legibus custodire debet.

¶PRIMI CA.SECVNDI ECONOMICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.



E proba matrefamilias leges 10.Prima.Proba mulier:omniū que intra priuatos pa
rietes sunt/domina fit.ceu tertio capite ꝑcedentis libri/pro lege domestice rei dictū 1
est:curam eoꝝ que intus sunt mulieri attinere/que vero foris/ptinere ad virū.¶Se 2
cunda.Non pmittat quēq̄ domū ingredi/sine viri ꝑcepto:sūmope verba formidās/
q̄ de mulierū corruptiōe circūferri solent. vt si qd intus accidat:ipsa sola cognoscat/
neq; foris ꝑueniat:& si qd mali ab itromissis cōmittat:culpa penes virum habeat. 3
¶Tertia.Dña sit impēsaꝝ ad festos dies:quos vir pmiserit.¶Quarta.Sūptu/vestitu & apparatu mi 4
nori etiā vtat/q̄ leges ciuitatis pmiserint. id quidē cōsiderās ꝙ nec vestimētoꝝ nitor/nec elegātia for,
me/nec auri multitudo tm̄ valet ad mulieris cōmendationē:q̄tū modestia in rebus & studiū honeste
decoreq; viuēdi.nam hmōi ois animi ornatus/emulandus est: et multo firmior ad senectam vsq;/sibi
natisq; veras laudes afferre.quapropter se his virtutibus mulier ornare inflāmet: pergatq; laudabili,
ter domi/rebus preesse. ¶Quinta.in omnibus que ad exteriorē curam ptinent: obedire viro cōten, 5
dat.nam viro quidē indecens videtur/ explorare que intus fiunt: ita quoq; & mulieri ea que foris.
¶Sexta.ne querat mulier quicq̄ audire eorū que ad rempublicā spectant: neq; quicq̄ eorum tractet 6
que ad cōnubia spectare videtur.verū cum tempus aduenerit aut filias nuptui tradere/aut filios nu,
rus accipere:tunc penitus in his obediat viro.aut sic quidem vna deliberet:vt & in hoc viri sentētam
preferat/obsequaturq;.arbitrata nō tam turpe viro quicq̄ eorum que domi sunt facere: q̄ mulieri que
foris sint ꝑuestigare.¶Septima.Mulier probe cōposita/secum cogitare debet:mores viri/legem esse 7
sue vite sibi a deo per cōiunctionē matrimonij & fortunarū consortiū impositā. quos si equo animo
feret:facile reget domū.sin contra:difficilius.¶Octaua.Non solū in prosperis rebus/secūdaq; fortu, 8
na/vnanimē se viro prestare/decere intelligat & inseruire velle:verū etiam in aduersis. & si defectum
patiat rerum/paupieq; premat.corporis morbo laboret/ aut aliqua mentis ipotentia: semp q̄optima
de viro loquat/obsequaturq; ad decentia/ id solū cauens ne quid turpe aut indignū faciat. ¶Nona. 9
Nec si animi pturbatione vir eius quicq̄ deliquerit:memoria mādet/sed egritudini/ignorātieue ascri
bat.nam quanto in his diligentius obsequetur. tanto maiorē apud virum gratiā habitura est/cum ab
egritudine fuerit liberatus.& si iubenti aliquid illicitum non paruerit:melius agnoscet/cum sanitati fu
erit restitutus.quare in his que illicita essent:cauere debet mulier.in alijs autem magis obtēperare:q̄ si
empta venisset in domū.magno enim precio empta fuit: societate inquā vite et procreatione libero,
rū/quibus nec maius nec sanctius quicq̄ esse potest.ꝑterea id meditari debet:ꝙ si cū fortunato vixis,
set viro/nō vsq; adeo virtus eius illustrata esset.nā certe secūdis rebus bñ vti/non parū est:verūtamen

aduersas moderate pferre/multo honoratius est existimãdũ.q̃nquidẽ in magnis calamitatibus & iniurijs & aduersitatibus nihil abiecti perpetrare magni animi est. ¶ Decima. Precari debet mulier:ne quid simile viro accidat.q̃ si quid illi accidat aduersi.existimare debet/hinc optimã sibi laudem/si recte se gesserit prouẽturã/& secum repetere/quia nec Alceste tantam sibi gloriã comparasset/ nec Penelope tot tantasq; ꝓmeruissẽt laudes/si cum fortunatis viris vixissẽt. Verũ Admeti & Vlyxis aduersitates pepererũt eis gloriam immortalẽ.nam in aduersitatibus/viris fideles & iuste cõperte:non immerito a deo cõsequute sunt honorẽ: prosperitatis enim facile est reperire participes:aduersitatis vero/nisi optime sint mulieres/participes esse renuũt.propter que omnia multo magis decet mulierẽ virũ in honore habere/nec illum erubescere.tametsi ꝭm Orpheũ sacra icolumitas animi/& diuitie aiositatis filia/illũ non comitenẽ.his igiẽ & hmõi moribus & legibus.mulier se custodire studeat.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SECVNDI ECONOMICORAM.



Rgumentũ secũdi economicorũ.Primũ differit leges probe matrisfamilias.Secũ 1
do:leges probi viri ad cõiugem.Tertio:testimonia ex Homero.Q uarto.probi viri & ꝓbe mulieris leges/que se statim quatuor produnt capitibus.Probã mulierẽ: oĩbus que sunt intus/ dñari oportet. Dominari quidẽ.nam nimis seruilia/ ipsa
Romana lex. tractare non debet iuxta Romanã legem: liberam mulierem/nec molere nec co
Boetij id ẽ boe quere. & probe mulieris officiũ est:ea que sunt domi curare/domi manere/ foris
otij. non euagari:quid enim ei foras egredi conuenit:cũ nihil eorũ que foris sunt/ sue
Perse cure attineat/vt neq; rusticũ intrare litterariorũ ludum? Mos etiam olim fuit apud Boetios:noua nu
Arabes. pta(cum in matrimonio dabatẽ)ignem & aquam iubebatẽ attingere:q̃ ignis purgat & aqua lustrat.sic
Greci. etiam vxorẽ puram/et castam manere oportet. Et Perse/Arabes/Greci & Itali: hunc morem adhuc
Itali. seruãt vt vxores domi cõclusas obseruent.apud Germanos Celtas/Belgas/& id genus nationes:non
Germani minus q̃ Amazones soluet viuũt/plurime tamẽ fidei & pudicitie/rigide obseruatrices. ¶ Obediat ve
Celte. ro in his penitus viro. Lex apud Egyptios ab Iside posita fuisse fertur:vt mutua stipulatione pollice
Belge. rẽtur viri se omnia intra penetralia ad vxorũ arbitria facturos.contra/mulieres se extra penetralia vi
Egyptij. ris similiter facturas.author Diodorus.verũ id ita vult fieri Aristoteles vt virum semp superiorẽ agno 1
Isis. scat/ceu caput ceteris mẽbris/ceu rõ appetitiõibus supior est.quod hoc epigrãmate nõ inscire tangiẽ.
Diodorus. Inferior matrona suo sit prisce marito.
Ouidius. Non aliter fiunt femina/virq; pares. Et hec precepta satis dilucida sunt.
Vlixes. ¶ Preterea si cũ fortunato vixisset viro.id Ouidius his carminibus elegãter expressit ad vxorem.
Penelope. Tristi materiam tempore laudis habet:
Alceste. Si nichil infesti durus vidisset Vlyxes:
Admetus. Penelope foelix/sed sine laude foret.

¶ Q uia nec Alceste.Q; Alceste fida fuerit Admeto viro suo/pro quo ne mortẽ obiret/fata subijt:vitam sua morte redimens/cum id ex oraculo proditũ esset aut ipsum/ aut aliquẽ amicoꝝ pro eo mori necesse esse/decãtatũ sepius ab Homero et alijs poetis est auditũ. Et de Penelope illa que in intimis penetralibus fallacẽ telam texens/textamq; retexens/multis premunita labyrinthis/ castum viro per tot annos absenti/ & mille periculis obiecto seruauit amorem:inquit Ouidius.

Me pater Icarius viduo discedere lecto.
Cogit/& immensas increpat vsq; moras.
Increpet vsq; licet:tua sim/tua dicat oportet
Penelope coniunx semper Vlixis ero. Et cui hec etiam non sepius iam sunt audita?
Rara quidem est virtus:quam non fortuna gubernet.
Q ue maneat stabili cum fugit illa pede.
Penelope Ipsa tamen si vsq̃ est/per secula nulla tacetur.
Admetus. Et loca mirantur:qua patet orbis iter.
Hector. Aspicis vt longo teneat laudabilis euo.
Andromacha Nomen inextinctum penelopea fides.
Hiphias. Cernis vt admeti cantetur & Hectoris vxor.
1 2 Ausaq; in accensos Hiphias ire rogos.

¶ Leges viri ad vxorem. Cap. II.

Ir autem vniuersa:leges sibi reperiat ad vxoris vsum. ¶ Q uãdo tanq̃ filioꝝ vi 2
teq; socia in viri domũ ꝑuenit natos relictura/ genitorũ viri suiq; noĩa habituros:q̃bus quid sanctius esse potest/aut circa que magis studere vir sane mentis: q̃ ex optima laudabilissimaq; muliere filios procreare senectutis pastores quasi optimos ac

reuerẽtes patris/matrisq; custodes ac totius domi seruatores/ ℭ Educati siquidẽ recte a pa 3
rẽtibus per sanctos & iustos mores:boni merito euadent. Contra vero si fiet:sentient detri
mentũ.nisi enim parentes exemplũ vite filiis prestent:euidentẽ excusatiõis causam erga se
lis relinquunt.ac timendũ est ne cõtempti a filiis/quasi non bene vixerint:in senecture de
serãtur. ℭ Quapropter nichil pretermittendũ est/ quod ad vxoris pertineat disciplinã: vt 4
ex qua q̃maxime fieri potest optima/ filios generet. nam agricola quidem nichil omittit/
quo semen in optima terra ac maxime exculta ferat:sperans ita demũ fructus optimos inde
se recepturum.ac si qua via imineat:mori preliãdo mauult aduersus hostes/q̃ illius vastatio
nem pati.& huiusmodi mors laudatur maxime.cum ergo tanta adhibeaẽ cura pro corporis
esca:quid pro liberis & matre et educatrice/nonne protinus omne studium fuit adhibendũ.
hoc enim solo:hominũ conditio mortalis existens per successionẽ consequiẽ immortalita
tẽ.omniaq; parentũ vota huc tendũt. Quamobrẽ qui ista negligit:& deos ipsos videtur ne
gligere.propter deos igitur quibus presentibus sacra fecit/& vxorem duxit:ac multo magis
se post parentes/vxori tradidit ad honorẽ. ℭ Maximus autem honor est sobrie mulieri:si 5
cernat virum suum obseruantẽ sibi castitatẽ/ nec de vlla muliere magis cogitantẽ/ sed pre
ceteris omnibus hanc & suam et fidelem sibi existimantẽ.tanto enim magis studebit mu
lier/se talem prestare:quanto se cognouerit fideliter atq; iuste a viro diligi. ℭ Ergo pruden 6
tem ignorare non decet:qui parentibus/quiue vxori & filiis honores cõueniant.vt tribuẽs
vnicuiq; que sua sunt:iustus/& sanctus habeatur.pergrauiter enim vnusquisq; fert honore
suo priuari.nec si aliena quis permulta tribuat:contentus erit/si sibi sua auferãtur.nichil ve
ro magis suum est vxori/nec magis illi a viro prestãdum.q̃ sancta & intemerata societas.
Quapropter non decet hominẽ sane mentis vbicũq; contigerit semen exponere:ne de vi
libus & iniquis similes liberis legitimis generẽtur. ex quo & vxor honore suo priuatur/&
filiis iniuria fit:ac sibi pro his omnibus/dedecus incumbit. ℭ Appropinquãdũ vero est vxo 7
ri cum magna tẽperantia atq; modestia:sitq; pudor in verbis/ in operibus vero fas & hone
stas.in cõuersatione fides & moderatio. ℭ Parua quidẽ peccata etiam si voluntaria fuerint: 8
ignoscẽdo.si quid vero per ignorantiã deliquerit:cõmonefaciẽdo. ℭ Nec metũ incutiat si 9
ne verecũdia & pudore.hec enĩ meretrices ad mechos pati decet.at vero cũ verecũdia & pu
dore.iuste diligere & timere:id ingenue est mulieris erga ꝓpriũ virũ. duplex est enĩ timoris
species.vna cum reuerẽtia & pudore:qua vtũtur ad patres filii modesti/& ciues bene mora
ti;ad beniuolos gubernatores. altera cum inimicitia & odio. sicut serui ad dominos/& ci
ues ad tyrannos/iniustos & iniquos. ℭ Ex his quoq; omnibus meliora eligens vxorem sibi
conciliet/ac fidelem sibi propriamq; efficiat:vt siue presens sit vir/siue absens/non minus 19
vtilis sit q̃ si semp adesset tanq̃ rerum cõmuniũ curator.& quando vir abest:vt sentiat vxor
nullum sibi neq; meliorem neq; cõmodiorẽ/neq; magis suum esse q̃ virum. ℭ Ostendatq;
hoc ab ipso initio ad cõmune bonum semper intendens:q̃uis puella sit/ ac noua in talibus. 11
siquidem talia incipiat & sibi ipse maxime dominetur: optimus totius vite rector existet/
& vxorem talibus vti docebit.

ℭ SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

V
Iri ad vxorẽ leges vndecim. ℭ Prima. Vir alternas leges reperire studeat:que vxoris vsui/ 1
vtilitatiq; cedant. ℭ Secũda. Studeat ex optima & laudabilissima muliere/ filios ꝓcreare/ 2
qui eos in senecta pascant/vt optimi ac reuerentissimi patris matrisq; custodes/ ac totius
domus seruatores.nã cum mulier tanq̃ vite socia & liberorũ gratia ad domũ viri veniat/natos relictu
ra:genitorũ viri inquã/suiq; noĩa habituros:quid illis sanctius esse potest/q̃ ex sane mentis viro/& opti
ma laudabilissimaq; muliere/ tales filios procreatũ iri/ ℭ Tertia. Liberos sanctis/iustisq; educet mori 3
bus.nã educati recte a parẽtibus:boni nimirũ euadẽt.cõtra vero si fiet:bonitatis fient exptes.nisi enĩ
parẽtes vite exẽplis filios formauerint:pure/sue negtie excusatiõis causam/aduersus parẽtes habere
valebũt.at tunc timendũ illis est:ne contẽpti a filijs (vt quos filij viderint nõ bñ viuẽtes)in senectute
deserãt/cedatq; illis liberorũ neg'ecta disciplina/in pniciẽ. ℭ Quarta. Nihil vir ipse ꝑtermittat qđ ad 4
vxoris ptineat disciplinã:vt ex ea q̃maxime fieri põt optima/filios ꝓcreet.nã agricola qđã nihil omit
tit/quo semẽ in optia terra optimeq; culta ferat:sperãs ita demũ fructus optimos inde se suscepturũ.&
ne desoleẽ:eligit potius cũ hostibus bellũ sustinere.& si ita cõtigent morte poti9 oppetere:q̃ vt desoleẽ.

morſq; huiuſmodi honoratᵉ maxime.ſi igitur tanta adhibeatᵉ cura pro eſca corporis:multo magis pro
liberis & matre & educatrice (cui ſemen ad animā ſuſcipiendā cōmittendū) omnis cura/omneq; ſtu-
dium adhibendū.hoc enim ſolo ſtudio:quicquid mortale eſt/ſemper renouatū immortalitatis fit par
ticeps/& omnia parentū vota & ad deum fuſe preces huc cōtendunt.quare qui hec negligit:videtur
deum negligere.nam propter deū/coram quo ſacra fecit vxorem ducens:multo magis videtur (poſt
5 parentes) vxori ſe tradidiſſe/obſtrinxiſſeq; ad honorē. ¶ Quinta. Vir ſue vxori fidem caſtitatēq; ſer-
uet.nam maximus honor eſt probe mulieri: ſi videat virum ſuum ſibi ſeruare caſtitatē & de nulla a-
lia muliere curā habere:ne quidē vilam/ſed eam ſolam pre ceteris alijs ꝓpriam/amicam & fidelē pu-
tare. & tanto etiam magis ſtudebit ſe talem preſtare viro: quanto ſe cognouerit fideliter atq; iuſte ſe
6 ab eo diligi/& erga virum eſſe talem qualis ille erga ipſam. ¶ Sexta. Cuiq; vt oportet honores diſtri-
buat.nam prudentē virum ignorare non decet:qui parētibus/quiue vxori & filijs honores cōueniāt.
vt cuiq; tribuens que ſua ſunt.iuſtus ſanctuſq; habeatur.nam ꝑgrauiter quiſq; fert:ſuo honore priua-
ri:nec ſi aliena quis permulta tribuat/cōtentus erit:ſi ſibi ſua auferentᵉ:atqui nichil magis vxori ſuum
eſt/nec magis illi quicq̄ a viro preſtandū:q̄ fidelis & intemerata ſocietas.quare non decet hominē ſa
ne mentis:vbicunq; contigerit ſemen exponere:ne de vilibus & iniquis ſimiles liberis legitimis gene
rentᵉ.quo ex facto & vxor honore ſuo priuatur/& filijs iniuria fit:ſibi autem pro his oībus dedecus
7 accreſcit.ad hec igitur vniuerſa cuſtodienda:ipſi inuigilandū eſt. ¶ Septima. Appropinquet vir vxo
ri/magna cum tēperantia atq; modeſtia:pudorq; in verbis aſſit/in operibus fas & honeſtas/in cōuer-
8 ſatione vero multa manſuetudo atq; fidelitas. ¶ Octaua.ea que non ſpōte peccauerit/& parua etiā
9 errata tametſi volūtaria:ignoſcat.ſi quid vero per ignorantiā peccauerit:cōmonefaciat. ¶ Nona. Ne
q; metū illi incutiat ſine verecundia & pudore:neq; in eam libere ſeuiat pro voluntate.nam hec:me-
retrices ad mechos pati ſolent.at vero cum verecundia & pudore/ex quo intelligere & timere:libere
mulieris eſt ad ꝓprium virum.duplex namq; timoris ſpecies eſt.vna cū reuerētia & pudore.qua mo
deſti filij vtūtur ad parentes/& ciues bene morati ad beniuolos gubernatores.alia vero ſpecies/ cum
10 inimicitia & odio qua vtūtur ſerui ad dominos/& ciues ad tyrannos cōtumelioſos & iniquos. ¶ De
cima. Ex huiuſmodi oībus potiora deligat:& vxorem ſibi conciliet/ ac fidelem ſibiq; propriā effici
at.vt ſiue preſens ſit ſiue ſit abſens:nichilominus vtilis ſit/ac ſi ſemper preſens adeſſet/vt & rerum cō
muniū curam ſuſciperet/& vt (cum abeſt) nullus ſibi videatᵉ/neq; melior/ neq; pudicitior/nec ſibi ali-
11 us quiſq̄ q̄ vir ſuus cōmodior/magiſq; proprius. ¶ Vndecima. Hec inſtituta vite ſtatim ab ipſo ſocie
tatis exordio vir oſtendat/ad cōmune bonum ſemper intēdens:tametſi puella ſit adhuc & in talibus
rudis/ac nouitia.nam ſi ſic incipiat/& ſibi ipſi maxime īperet:optimus profecto totius vite rector eua
det/&,vxorem talibus vti edocebit.

¶ ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

Myrſilus.
Cādaules.
Sardes.
Cyges.
Herodotus.
Romana lex

E Ducati ſiquidē recte:de his dictum eſt in ſeptimo Politicorū a numero 96 ad finem vſq; 3
libri/& in adiacētibus annotationibus. ¶ Appropinquandū vero eſt vxori cum magna tē-
perantia atq; modeſtia. Quod quia non fecit Myrſilus qui & Candaules Sardium Tyrā-
nus:a Gyge (regina conſcia) iteremptus eſt.author Herodotus. Et Romanis lex fuiſſe traditur:ſpon-
ſe non in luce ſed tenebris iungi fas eſſe ꝙ ad ꝓpriam verecunde accedere oportet/ꝙq; legitimis ac
iuſtis cōnubijs pudor quidam & verecundia adhiberi debet.

¶ Quarundā harum legum teſtimonia ex Homero. Cap. III

Homerus.
Helena.
Priamus.
Vlyxes.
Nauſica.
Vlyxes.
Penelope.
Agamēnon.
Chryſeis.
Clytēneſtra.
Vlyxes.
Atlas.
Calypſo.

NAm neq; amorem neq; timorē abſq; verecūdia laudauit Homerus: ſed vbiq; a- 3
mare precipit cum modeſtia & pudore. Eo quidem modo timere Helenā Priamū
inquit ita dicentē. O metuende michi ſemper/ſemperq; tremende chare ſocer:ni-
chil aliud dicens/q̄ eam cum pudore diligere. Rurſus vero Vlyxes ad Nauſicam inquit. Te
mulier valde equidē ammiror & metuo. Cenſet autem Homerus:virum & vxorem ſic in-
uicem ſe habere debere.nam nemo deteriorē ſe admiratᵉ ac reueretur. ſed huiuſcemodi affe
ctus accidunt inuicē melioribus & natura benignis/minoribus etiā ſapiētia ad ſe meliores
Hunc animū Vlyxes erga Penelopen gerēs/abſens licet:nihil deliquit. Agamēnon autem
propter Chryſeidē erga propriā peccauit vxorem: auſus ducere in cōtione grecoꝝ/ captiuā
mulierē nec natura preſtantē immo (vt plane dixerim) barbarā/ in nullo Clytemneſtra de-
teriorē eſſe.ex qua cum liberos haberet:non recte ſe gerere viſus eſt quomodo eni recte:qui
anteq̄ ſciret qualis erga ſe foret/vi ductā ſibi illā coiunxerat. At Vlyxes rogāte Atlantis fi
lia vt ſecū maneret:ac ſempiternitatē pollicēte:ne ob id quidē ꝑdere voluit vxoris affectū/

& amorem & fidem.maximum ſibi ſupplicium arbitratus:ſi malus dũ eſſet/immortalitatẽ haberet. cum Circe etiam manere noluit/q̃q̃ inſuper ſociorum ſalutem pollicẽte:immo re- Circe.
ſpondit nichil ſibi dulcius videri q̃ patriam/licet inculcam & aſperam.magiſq; optauit mor talem vxorem filiumq; videre: q̃ fieri ipſum immortalẽ.ſic ille firmam ſtabilemq; vxori fidem ſeruabat: pro quibus merito ab vxore eadem reportabat.in oratiõe illa quam habuit ad Nauſicam:apparet poetam maxime ꝓbare viri &vxoris pudicam ſocietatẽ.precatus eſt eni deos:vt darent illi virum & familiã & vnanimitatem cũ viro:non quemlibet ſed honeſtam. Nauſica.
inquit eni:nichil melius eſſe poſſe hominibus/q̃ ſi concordi voluntate vir & vxor domum gubernent.& hic igit(vt patet)laudat poeta vnanimitatẽ mutuã viri & vxoris.non eã quidẽ que circa iproba obſequia:ſed eam que aio & prudentia iuſte cõiuncta eſt.nã volũtate domũ gubernare hoc deſignat.Idẽ etiã inquit:ꝙ cum huiuſcemodi inter virum & vxorẽ viget con cordia:inimici quidem eorũ anguntur plurimũ:amici vero permagna ſuſcipiũt gaudia.quẽ tanq̃ vera dicentẽ probant.nã viro quidẽ atq; vxore circa res optimas cõcordi ſtudio vacã- tibus:neceſſe eſt vtriuſq; amicos;idẽ ſentire.deinde ꝓpter cõcordiã potentes facti:& inimi cis ſpẽ auferunt:& amicis proſunt.ꝙ ſi ipſi diſſideant:amici quoq; diſſidebunt:& in firmita- tẽ ipſi ſentient maxime.Itaq; precipit manifeſte poeta:viꝝ & vxorẽ in iis:que iproba & im- pudica ſunt:ſibi inuicẽ conſentire nequaq̃ debere.

¶TERTII CAP. COMMENTARIVS.

3 OStendit Homerum preceptis ſuperioribus de timore & pudore de ſeruãda fide & vite in- tegritate/& optima ſocietate:conſenſiſſe.de timore quidem & pudore.nam neq; amorem neq; timorem abſq; verecũdia laudauit Homerus.ſed vbiq; amare ꝑcipit cum modeſtia & pudore.ſic enim Helenam inducit timere Priamum ita dicentem.

Ipſe verende michi/metuendeq;/& vſq; tremende
O dilecte ſocer.

Nichil aliud inſinuans q̃ eam cum timore & pudore diligere.nam & tremendum [illegible] dicit. Et rurſus Vlyxes ad Nauſicam dicit.O mulier te valde equidem miror/metuoq;.arbitraẽ enim Homerus ſe reciproce adinuicem habere oportere/virum & mulierẽ:& ſi ita ſe habuerint:bene erga ſe eſſe affe- ctos.nam nemo vnq̃ diligit ſe deteriorem/miraẽ/timetq; cum pudore.ſed huiuſmodi affectus contin guint inuicem melioribus & natura benignis/& inferioribus ſcientia/ad ſe ſcientiarũ excellentia maio- res.hunc animum Vlyxes erga Penelopen gerens/licet diu pererrans & abſens:nichil in eam delige: at contra Agamemnon:propter Chryſeidem/in propriã vxorem peccauit/audens in concione dicere mulierẽ captiuam nec natura preſtantẽ/immo(vt plane dixerim)barbaram/nichilo Clitemneſtra dete riorem.ex qua cum haberet liberos:non recte ſe geſſit ad eam/neq; iuſte puella Chryſeide abuſus eſt. nam quomodo iuſte:qui anteq̃ ſciret/qualis erga ſe foret:nuper vi abductam/ſibi coniunxit. At Vly- xes/Calypſo Athlantis filia rogante vt ſecum maneret/& immortalitem pollicente/beatumq; ſemper futurum:ne ob id quidem voluit vxoris affectum ꝑdere/& amorem & fidẽ:arbitratus ſibi maximum ſupplicium/ſi malus dum eſſet/immortalitatẽ mereret. Et cum Circe etiam manere noluit:quanq̃ inſu per ſociorum ſalutẽ pollicente.immo reſpondit nichil ſibi dulcius videri poſſe q̃ patriã/licet incultã/& aſperam.magiſq; optauit mortalem vxorẽ/filiumq; videre: q̃ fieri immortalẽ. ſic ille firmam ſtabilẽq; fidem vxori ſeruabat:ob quod & vxor contra/eadem pariaq; rependebat. Et in oratione illa quã ha- buit Vlyxes ad Nauſicam:videẽ poeta/maxime probare optimmã viri & vxoris ſocietatem.nam pre- catus eſt deos:vt darent Nauſice virũ/& domũ/& humanam cũ viro & ad votum cõuerſationem/nõ quãlibet ſed optimã:nã inquit nichil melius eſſe poſſe:q̃ cum voluntatibus concordes degunt.ex quo iterum patet/ꝙ non in malis obſequijs:concordiam laudat: ſed eam q̃ animo & prudentia iuſte con- ſpirat.nam id concordia voluntatum deſignat. atq; idem etiam inquit: ꝙ cũ talis inter virum & mu- lierem concors amicitia fit:inimici quidẽ anguntẽ plurimum:amici vero permagna ſuſcipiunt gaudia. Et poetam tanq̃ vera dicentem probant.nam viro & vxore circa res optimas vacantibus: neceſſe eſt amicos vtriuſq; vite probitate oblectari.deinde ꝓpter cõcordiam potẽtes facti:inimicis ſunt timendi: & amicis vſui.ꝙ ſi diſſidebunt: & eorum quoq; amicos diſſidentes eſſe oportet: deinde autem & de- biles ſe maxime tũ eſſe ſentient.quare manifeſtum eſt:Homerum precipere virum & vxorem:in ijs q̃ improba ſunt & impudica nequaq̃ inuicem conſentire debere.

¶ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

3 NVnc animum Vlyxes erga Penelopen gerens. Id Sabinus poeta de Vlyxe ad penelopen:ita ſcribens ſub vlyxis perſona generoſe expreſſit. Sabinus.

Queq; michi Circe/que ſit michi cauſa Calypſo
Iamq; dudum ignoto ſollicitare metu.
Vtraq; ſe nobis mortalia demere fila.
Spondebat:ſtygias vtraq; poſſe vias;
Te tamen hac etiam ſpreta mercede petiui:
Paſſurus terra tot mala/totq; mari.

¶Quedam communes viri & vxoris leges.Cap. IIII

1 N his vero que q̄maxime fieri pōt pudica ſunt & iuſta.cōcorditer ſibi inuicē in- 4
2 I ſeruire ſtudentes.¶Primo.quidē curā omnē parētibus exhibere.vir quidē vxoris
3 parētibus/nō minus q̄ ꝓpriis:vxor autē viri.¶Deide filioꝝ & amicoꝝ & rerū do
muſq; totius tanq̄ cōis/curā habeant/ ſeipſos ſtudio & diligentia ſupare certātes:vt quiſq;
plurimorū bonoꝝ ſit actor & cā melioꝝ exiſtat ꝙ iuſtior/depoſita quidē ſupbia/induſtria
vero ſuſcepta/cū begnitate & māſuetudine gubernātes.vt cū ad ſenectā puenerit depoſito
adminiſtratiōis onere/& cōcupiſcētiis liberati:poſſint & ſibiipſi iter ſe/ac filiis ſuis rōnem
reddere:vter eorū magis ꝓfecerit in familie gubernatione/ac ſtatim ſcire aut p fortunā ma
Pindarus. lū/aut p virtutē bonū.in q̄bus qui ſupauerit: maximū premiū a diis conſequit/ vt Pindarus
4 inqt.dulce eni ſibi cor/& ſpes mortaliū multiplicē alit voluntatē.¶Scdm vero a filiis in ſe-
nectutē feliciter educari.quapropter & priuatim & publice decet eū/qui vitā agit: ad omnes
deos:homineſq; reſpicere:multū etiam ad vxorem:& filios & parentes.

¶QVARTI CAP. COMMENTARIVS. 4

Viri & vxoris cōmunes leges quatuor.Prima.In iis(q̄ q̄ maxime fieri poteſt) pudica ſunt &
1 iuſta:cōcorditer ſibi inuicē inſeruire ſtudeāt.¶Scda.Sūmopere curā oēm parētibus exhi
2 beāt:vir qdē vxoris parētibus nō minus q̄ proprijs/vxor autē viri.¶Tertia.filioꝝ/amico-
3 rum/reꝝ/domuſq; totius tanq̄ cōis:curā habeāt/ſe ipſos ſtudio & diligētia ſuperare certātes/vt quiſq;
plurimorū bonoꝝ ad cōem vtilitatē cauſa ſit/& vterq; meritoꝝ ratione melioꝛ ac iuſtior/depoſita ſu-
perbia cū beniguitate & manſuetudine domū gubernātes.vt cū ad ſenectutē peruenerint/onere admi-
niſtrationis functi/& multa cura abſoluti/multiſq; moleſtijs/que pleruq; i iuuentute obueniūt:poſſint
& ſibijpſis inter ſe/ac filijs rationem reddere/vter eoꝝ plurimum ꝓfecerit in familie gubernatione/&
Pindarus. ſtatim agnoſcere aut per fortunā malū/aut per virtutem bonū.in quibus qui ſuperauerit:maximū pre
miū a dijs conſequitur:vt inquit Pindarus.
Dulcis eum comitatur ſpes cor/atq; ſenectam
Enutriens:hominum mentem inſtabilemq; gubernans.
¶Quarta.Decet eos & ſpecialiter/& cōmuniter iuſte cogitantes:ad oēs & deos & homines reſpicien
4 do viuere/& virū multū ad vxorem/& ad filios/& parentes. nam qui ita vixerint: feliciter a filijs in ſe-
necta educabuntur/quod ſecundū premiorum a dijs conceſſorum/obtinet locum.

¶ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM 4

Dulce eni ſibi cor. Carminis Pindari: ex primo de republica/is ſenſus habetur. Quicūq; iu-
ſte/ſancteq; vitā exigit:dulcis eū comitat ſpes/cor nutriens/ſenectutēq; fouens: q̄ maxime
hoīm volubilē gubernat animū.Studeamus igit vitā noſtram ita iuſte/ſancteq; tranſigere
vt melioris vite ſpes/nunq̄ nos deſtituat cor noſtrū immortalitatis amore paſcēs.donec ad id ex terre
na & citiſſime labenti oeconomia perueniamus:vbi iuuētus vt aquile renouata/ nunq̄ emarceſcit/ vbi
a magno patrefamilias audiamus hoc diuinū eulogiū/ Euge ſerue bone & fidelis/ qa ſup pauca fuiſti
fidelis/ſupra multa te cōſtituā:intra in gaudiū dñi tui.vbi(ſi liceat:nobis parūper carmen immutare.)
Pena metuſq; aberunt/nec verba minantia fixo.
Ere ligabuntur/nec ſupplex turba pauebit.
Iudicis ora ſui/ſed erunt ſine iudice tuti.
Vir erit eternum/placidiq; repentibus auris
Mulcebunt Zephiri natos ſine ſemine flores.
Flumina iam lactis/iam (flumina nectaris ibunt/ (.)
Flauaq; de viridi/ſtillabunt ilice mella.
Et hec de Economicis:que paſſim haberi ſolent.Nunc autem ad Hecatonomias.

¶SECVNDI ECONOMICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

❡AEQVISSIMO VIRO IOANNI GANAIO PARLAMEMTEI CVRIE FRANCIE SENATVS PRIMARIO PRESIDI IACOBVS FABER.



VI geometricis ſtudiis operam nauāt æquiſſime Preſes: ea omnia magna cũ voluptate legere ſolent/que geometrica ſunt. ſic que ab Archimede Sy- Archimedes
racuſio q ſub Marcello/Theone Egyptio/Papo Alexãdrino/qui ſub Theo- Marcellus.
doſio ſeniore floruere/ſcire lucubrata ſũt: hac noſtra tẽpeſtate latinitate do- Theon.
nata fauorabiliter excipiuntur/illarũ rerum ſtudia/nouiq; authores indies Papus.
ſolertius indagantur. & ſimili quoq; modo quod ad Arithmeticen: Muſicẽ Theodoſius
ceteraſq; diſciplinas attinet: res plane ſeſe habere videt. Quapropter cũ cũctas philoſophie ſenior.
partes attigeris: & eam maxime que ſanctas ſibi vendicat leges/& cũ in ceteris tum in hac eminenter excellas/in eaq; ſummos pro virtute & merito adeptus ſis honores/ſummoſq; magiſtratus: haudquaq̃ michi tandem perſuadere nõ potui/quin Socraticarum & Platonicarum legum lectione delecteris vel plurimũ. Igitur cum a Chriſtianiſſimo/ampliſſimoq; regum LODOVICO huius auguſti nominis XII. Francorum plurima cũ pace felicia ſce- LODOVI-
ptra tenẽte: Primarius Preſes deſignatus eſſes: in qua quidẽ re ſacre maieſtatis ſue celſitudo CVS.XII.
de regno & vniuerſa regni ſui republica q̃optime merita nunq̃ tacebitur: cogitaui q̃primũ ex decem de republica: & duodecim de legibus: Platonicis libris leges colligere: ſeptem aũt libellis digeſtas munuſculũ ſuſcepti nuper abs te regii muneris gratulatorium: & quaſi pro primis cõſultationibus tibi offerre: quẽ ſemper antea magna obſeruatione ſum veneratus. Hoſce autẽ libellos ideirco Hecatonomias inſcripſi: q̃ quiſq; centum leges complectit. Fue- Hecatonomia
runt etiã fateor & alie cauſe que me ad hunc ſuſcipiendum laborem impulere. nam cũ ſuſce- quid.
piſſem Politicorũ Ariſtotelis recognitionẽ: & cõmentarios meditatus fuiſſem: occurrebant Socrates & Plato: frequẽter in ius ab Ariſtotele vocati: quos ſi adducerem: & ad politicen fa- Socrates.
cere viſi ſunt: & ne falſo videretur Ariſtoteles illos pro veritatis defenſione inſimulauiſſe. Plato.
adducere autem diſperſim: & in ſingulo quoq; loco: & longum & oneroſum viſum eſt. at le- Ariſtoteles.
gentibus multo cõducibilius: ſi ſua ſerie: pro rei magnitudine in vno volumine collecti pariter ederentur. ſicq; magis inſuper poſſe prodeſſe: preſertim iis qui prima legum tyrocinia aggrediũtur: ſi poſt lectam Ethicen & Politicen (quas omnino ante voluminũ iuris aggreſſionem: prelibare eos oportet: qui legitime inſtituunt) ex philoſophicis legibus vt ex quibuſdam preludiis: ad illas ſacroſanctas: auguſtas: & imperatorias leges ſurgerẽt. Preterea nõ neſciebam me Germano Ganaio fratri tuo: haud parum hac in re gratificatũ iri: qui me alias Germanus.
ad id operis attentandum (& id quidem ſepius) adhortatus fuerat. Itaq; ſi vtriq; i hoc placeo & ſtudiis non nichil opis affero: apprime quecũq; meis ex laboribus optaueram: iam videor aſſecutus. At nunc ad Hecatonomias: & primum ad eam que eſt Socratica.

M.D.V.

❡HECATONOMIARVM CENTVM SOCRATICAS LEGES CONTINENS LIBER PRIMVS.

I

LEgiſlatoris ſtudium ſit minime ciuitatem diuidere: ſed q̃maxime illam vnire Legiſlator
atq; vnam efficere. id autem ſummũ ciuitatis bonum fit atq; fiet: quãdo ciues omnes ex earũdem rerũ acceſſu vel diſceſſu: pariter gaudent ac dolent: & quãdo plurimi ad idem & ſecundum idem dicunt meum & non meum: & cum tota ciuitas eſt vt vnus homo. ſi enim alicuius digitus percuſſus eſt: tota corporis cõmunio in vnã anime conſonantiam conueniens: ſimul afflicta parte cõdoluit: & ita de voluptate: atq; parte alia quacũq;. Ita quoq; in ciuitate recte legibus inſtituta: quoties cuipiam ciuium boni aliquid aut mali continget tota ciuitas ſuum eſſe clamabit eũ: qui ſic afficitur. quare tota ſimul letabit vna: vel dolebit: eruntq; voluptates cões & dolores. & cõmunicabũt maxime inuicem ciues: q̃ meum dicent. & vna cauſa eſt cum reliqua ciuitatis conſtitutione cuſtodum circa mulieres filioſq; cõmunio. Et ex hoc etiam q̃ ciuitatem non diuidẽt eorum more qui propria poſſidẽtes: de vno dicũt hoc eſt meũ: vt de domo: agro. vxore: filio: & alius de alio dicit illud eſſe ſuum cum ipſi cuſtodes nichil habeant proprium preter corpus. ceſſa-

bunt iudicioꝝ controuersie/accusationesq́ mutue. quare sine seditione erunt: quantum ad
eas lites attinet/que pecuniarum: filioꝝ: vel ꝓpinquorum causa oriri solent. aberunt & adu-
lationes: quibus aduersus diuites/inopes vti solent. solicitudines indigentium atq́ dolores:
quibus in nutriendis filiis/querendisq́ pecuniis ꝓpter necessariam domesticoꝝ: seruorūq́
nutritionem vexant/dum & fenoribus dant operā & negant que acceperunt: & questui vn
Nuptie. decūq́ student. ¶ LEGIBVS festa designent in quibus sponsi sponseq́ cōgregent: sacraq́ 2
fiant: & hymni/a ciuitatis ritu institutis poetis: celebratis nuptiis cōueniētes. numerus au-
tem nuptiarum: in arbitrio sit principū: vt ad hostes/morbos/ceteraq́ huiusmodi respicien
tes: eundem q̄maxime numeꝝ ciuium seruent: neue populosa ciuitas nimiū sit/quoad fieri 3
potest/neq́ vacua. ¶ Optimi viri optimis mulieribus non tenerrimis/aut confectis: sed in
etatis flore potius constitutis/vt plurimum congrediant. deterrimi autē vt & tenelli & con-
fecti deterrimis. nam nisi hoc pacto generatio deducat: longe etiam deterius fore videmus
canum/auiumq́ genus/& equoꝝ/reliquorūq́ animalium. ¶ Inter iuuenes qui prestantio- 4
res erunt in rebus siue militaribus: siue aliis quibusdā: muners ac p̄mia dent/& aliis ꝑmulta.
Quin & vberior mulieribus cōgrediēdi licentia: vt ex hac simul occasione filii plures q̄ ex
aliis: ex his ferant. ¶ Filios qui ex his orient suscipiant ii: qui magistratibus p̄sunt: seu viri. 5
seu mulieres. cōes enim & viris & mulieribus magistratus. ¶ Accipientes autem p̄stantium 6
20 hominum prolem: ad ouile deportāt ad nutrices quasdam seorsum/in ciuitatis parte aliqua
40 cōmorantes. ¶ Mulier a vicesimo etatis anno ad quadragesimum pariat: vir autem vbi an- 7
30 nos triginta exegerit/ad quinq́ & quinquaginta. nam id moderatum mulieri adulti robo- 8
55 ris tēpus: viro autem vigoris animi atq́ corporis. ¶ Si his etatibus definitis/aut senior aut
iunior generationē in communi attigerit: ꝓphanum & iniquum scelus censeat. vt quod sub
tenebris/& acri quadam intēperantia: sit genitum. ¶ Et qui in etate generandi est/sed mu- 9
lierem infra/extraue generandi tempus attingens generarit: pueꝝ spurium: incestum: ac ꝓ-
phanum generasse censeatur. ¶ Omnes quicūq́ nascent decimo mense: vel septimo: ex ea 10
die qua quis liberis opera dedit: masculi ab hoc filii filie femine nominabunt: nati autē eum
patrem vocabunt. natoꝝ similiter filios ille nepotes esse dicet: isti autem superiores/auos &
auias nominabunt. At eos qui eo tempore nascent/quo patres ipsorum matresq́ inuicē ge
nerabant: fratres atq́ sorores. ¶ Fratribus & sororibus lex cohabitationem concedat/si sors 11
dederit/& Pythia simul per responsa confirmauerit. ¶ Nec vltra censum filios generabunt 12
Educatio. cauentes & paupertatē & bellum. ¶ PVERI qui in vrbe decem ānos impleuerint: in agros 13
transmittent & agricolarum filios suscipientes/suis legibus ac moribus educabunt. ¶ Stati 14
a primis annis: pueri honestis in iocis assuefiant. nā si in minus decentibus: nunq̄ legitimi:
silentio ꝓbiq́ viri euadere potuerint. ¶ Videāt iuniores quemadmodū coram senibus tacere debēt 15
cedere illis locum atq́ assurgere parentes colere quis tonsure modus seruandusq́ cuiq́ qui-
bus vestibus calce sue vtendum & omnino quis corporis ornatus conueniat & cetera id ge-
nus similia que specialiter leges p̄scribenda non sunt. ¶ Adolescentuli & pueri iuuenilem 16
disciplinam philosophiamq́ tractent corporumq́ curam gerant quatenus adolescātes trimē-
turq́ ad philosophie ministeria. ꝓcedente vero etate in qua anima iam ꝑficitur. exercitatio-
nes suas augeāt. nā cum adolescētuli statim a teneris annis inter rei familiaris questuariesq́
negocia difficillimā differendi peritiā aggrediunt paulopost discedunt etiā qui apprime stu-
diosi philosophie fore existimant. deide vero si ab aliis id agentibus ꝓuocati auditores fieri
patiant magnum quid cōcipiunt nec sedulo incumbēdū illi putant. in senectute vero multo
magis q̄ sol Heraclitius extigunt: cū nūq̄ iteꝝ accēdant superior igit discipline studiiq́ forma
Disciplina. erit tenenda. ¶ PVERI. maxime qui custodes futuri sperantur instituantur in gymnastica 17
& musica. Nā disciplina ad corpus gymnastica ad animā vero musica. & in vtraq́ custos fu
turus erudiendus: priusq́ in falsa. nam prius fabulis ad pueros q̄ gymnasiis vtimur. tunc eni
omnis operis maximum quid principium est. maxime enim tunc format induiturq́ figura
quam quis vniuscuiq́ imprimere velit. que in ea etate opinionibus accipiunt: altius inhere-
re difficillimeq́ eradicari consueuerunt. hinc prime fabule quas audient optime sint ad virtu
Hesiodus. tem institute. ¶ Sint qui fictoribus fabularum presint & si quas bonas fecerint eligant reli-
quas abiiciant. electe ꝑ nutrices & matres pueris narrabuntur. reiicientur aūt quas Hesiodus 18

& Homerus: reliquiqꝫ poete effinxerunt. hi nãqꝫ falsas fabulas effinxere: que quotidie circũ Homerus.
19 ferunt: damnari eñi oportet: ꝑsertim cũ quis nõ bene mentit. ¶ Lege sanciat poetas/come P
dos: tragicos rhapsodos id est cãtores heroicoꝝ carminum/histriones: a ciuitate esse pellen O
20 dos. ¶ Non ꝑmittimus eum qui futurus sit custos: quemqꝫ viꝝ ꝑstantem desideramus: mu E
lierem iuuenem/vetulã viro conuiciãtem/vel aduersus deos contendentẽ/& se iactantem T
felicitate/vel erũnis circũuentã/flentem: eiulãtem: laborãtem: amore succensam: dolore par E
tus oppressam: seruos. seruas. & ea que seruoꝝ sunt. ebriosos. timidos. auaros. prodigos/& id
21 genus similia imitari. ¶ Vt poete: rhapsodi: histriones & tragici ab vrbe pellendi. ita quoqꝫ R
& Rhetor. Nã quo erit ineptior & indoctior: eo plura narrabit/& omĩa imitabit/nichilqꝫ se H
22 indignum existimabit. ¶ Nõ sit duplex vir: neqꝫ multiplex apud nos: quãdoquidem singuli E
singula faciũt. Quare si quis venerit in nostrã vrbem/qui ꝑ sapientiã in oẽs possit sese ver T
tere formas/& imitari/volueritqꝫ sua ipsius poemata ostẽtare: venerabimur vt sacrum ve O
nerabilem/& iocundũ/dicemusqꝫ nõ esse eiusmodi hominem in republica nostra/neqꝫ fas R
23 esse vt insit/mittemusqꝫ in aliã vrbẽ/caput eius perungentes/lanaqꝫ coronãtes. ¶ Is poe
ta eligendus fabularumqꝫ fictor/vtilitatis gratia: qui decori oratione exprimat/& que dicti
24 tur dicat in iis formulis/quas a principio ꝓ legibus tulimus. ¶ Harmonie molles/temulen
25 te & relaxe: Ionice & Lydie. quare eiusmodi minime sint admittende. ¶ Hec harmonia susci
pienda: que imitat fortiter euntem ad ꝓlia: & ad quodlibet durum negocium/constanter se
gerẽtem siue in vulnera: siue in mortẽ: siue in aliã grauem sortẽ incidentẽ atqꝫ in his omni
bus fortunã constãter viriliterqꝫ ꝓpulsantem. rythmus eñi & harmonia interiora animi de
netrant pulsantqꝫ vehementissime animũ/decorã quandã figuram ferentia: ꝑ quam deco
26 rus & pulcher quis recte in musica eruditur. ¶ His melodiis que multis chordis opus habẽt
& cosimilibus instrumentis. vt trigono: pectadis: & artificibus fabrisqꝫ eoꝝ: neqꝫ tibiis neqꝫ
tibiarum fabris minime in ciuitate sit locus. sed in ciuitate vtilis est lyra cytharaqꝫ & fistu
27 la: pastoribus in agris accõmoda. ¶ Sermonis summopere vitetur inhonestas. Nã sermonis
decor: cõsonantia venustas & rythmi cõgruentia: affectionem animi moderatã sequũtur. at
indecentia: & rythmi incõcinnitas dissonãtiaqꝫ sermonis: turpis & improbi moris sorores
28 existunt. ¶ Cauẽdum est ne quid circa musicã & gymnasticã innouetur: neqꝫ admittantur
nouoꝝ poetaꝝ cantilenarum aut modoꝝ laudatores. Cauendũ enim est nouam speciẽ musi
ce: tanq̃ naufragium inducere. nam nusq̃ musice modi mutantur: absqꝫ maximaꝝ legũ mu Damon.
29 tatione vt ait Damon. ¶ Gymnastice medicina non misceatur. nam Herodicus qui hoc pri Herodicus.
mus in se tentasse fertur iure accusatur. vt qui posteros multos: tedio longo affecit. longam
enim sibi mortem ꝓstitit, nam dũ morbum subsequeretur ad mortẽ neqꝫ curare se posset: me
dele studio occupatus omissis reliquis actionibus: vitam in hac corpis indulgẽtia cõterebat
30 male quidem affectus si paulo a consueto victu discederet. ¶ Nullus ꝑ omnem vitam vali
tudinarius: in corporis curatiõe versetur. nam id ridiculum. cũ in ciuitate optime guberna
ta cuiqꝫ opus suũ assignatum sit quod ꝑfici necesse est nec vlli superest ocium. si quando eñi
faber in morbum incidit: breuem a medico curationem exigit vel ꝑ vomitũ vel ꝑ defluxũ vẽ
tris vel vstulationẽ vel incisionẽ. si quis autẽ illi diuturnã victus obseruatiõe ꝑcipit capitisqꝫ
suffiacinationes ceteraqꝫ huiusmodi: statĩ obiicit nõ esse sibi ad egrotandũ ociũ. neqꝫ presta
re sibi vitam trahere continuis curationibus incumbenti suumqꝫ opificiũ negligenti. dein
de medico hoc dimisso: ad consuetum victum reuertens: si cõualescit suum opus exequitur.
sin aũt corpus morbum sustinere nequit: vita functus a negociis liberatur. ¶ Medici ad vul
31 nera sananda duntaxat morbosqꝫ curandos intemperie aeris & casibus contingẽtes: sint ne Phocilides.
32 cessarii. ¶ Diuitibus quãdo iam viuendi facultas suppetit (secundũ Phocyllidem) virtutẽ ex Esculapius
ercere competit. aut vbi id valitudinarius nõ possit: nõ aliter illi q̃ artifici: nisi opus illi ꝓpo
situm pagat viuere prestat. Esculapius enim ipsiusqꝫ filii crediderunt pharmaca sufficere ad
curandos homines qui ante accepta vulnera & firmi corpis habitu & victu moderati fuisset
homines autem & natura & incontinentia morbosos viuere neqꝫ his ipsis neqꝫ aliis cõfer
re putabant. neqꝫ circa illos versari artẽ foreqꝫ curandos: etiamsi Mida locupletiores essent. Mida.
¶ Medicina & iudiciaria equitas in ciuitate lege constituantur. que quidẽ eos ciues qui na
33 tura tum animo: tum corpore bene sese habent nutriant: qui vero tales non sunt/quotquot
corpore deficiunt mori sinant quotquot autem malo ingenio insanabiles sunt morte mul

stent. ¶ Eedem sint discipline in musica/gymnastica & artibus bellicis/& virorum & mu- 34
lierum/tam in custodibus q̃ auxiliariis & opificibus. vt eque inter canes: custodes feminas cẽ
semus. nec feminae quidem vt domesticae intus seruant tanq̃ ad forentia opera impotentes
propter ipsorum catulorum partũ & nutrimentũ: masculi vero labores subeũt omnemq; armẽti
curam gerunt. ¶ Illa que ad arithmeticã & geometriã/omneq; huiusmodi eruditionem p- 35
tinent/que dialecticen pcedere debent: pueris tradent. sitq; is docendi modus: quo minime
coacti ad discendũ esse videãtur/sed quasi ludẽtes enutriant. quo magis: ad quod quisq; na-
tura sit aptus/agnosci queat. nã non decet liberum hominẽ: cũ seruitute disciplinã aliquam
discere. atq; vt ingentes labores vi suscepti corpus male afficiunt: ita nulla violẽta/stabilis
erit disciplina. qui cũ hoc pacto pbati erunt pstantiores: in aliquẽ numerum seligant. post q̃ aũt
biennium seu trienniũ nichil aliud facientes: a necessariis negociis/exercitationibusq; so-
luti absoluerint: qui inter electos rursum pstantiores erũt/etatem viginti annorum assequuti:
Dialectica. maioribus q̃ ceteri efficiantur honoribus. & quas a pueritia didicerunt disciplinas: ille itetũ
Metaphisica offerant ad ipsius quod vere est/naturã cõspiciendã. & quicũq; ad cognoscedum est pspicax
& Dialecticus illi dialectices cõmitatur studium. qui vero habes: nequaq̃. Sola enim cognitio hec: quibus-
Metaphisicus cũq; traditur/stabilis ptinet. atq; hac experientie via: cognoscit quis habilis sit/& quis nõ:
vt dialecticus euadat: quisue sine oculorum & aliorum sensuum ministerio: ad ipsũ quod vere
existit: cum veritate transcendere possit. & triginta annos nati: caute admodũ dialecticas ar-
gumentationes degustent: in eaq; annos quinq; exerceant. nã cũ primũ adolescentuli: dispu
tationis artif. ciũ gustant/eo ptinus quasi ludo quodã ad refellendũ vtunt/studioseq; eos se-
ctantes qui alios cõfutant/& ipsi alios redarguũt/& distrahendis lacerãdisq; proximis/ca-
tulorum more assidue delectant. qui cũ plures conuicerint: a pluribus conuicti eo deuentũt
vt ex pristinis opinionibus: firmã habeant nullam. atq; ex his: & ipsi & omnis philosophia:
apud alios calũniam reportant. At vir natu grandior/ab hac insania liber/diligentius veri-
tatis gratia disserit potius q̃ is qui versutiis captiunculisq; incũbit/& modestius sese gerit &
disputãdi studiũ ex infami reddit illustre. ¶ Cum ita in disserendi disciplina exercitati fue- 36
rint: cogant annos quinq; ac decem eos magistratus assumere: qui ad bellum spectant: & si
qui sunt iuuenũ principatus. examinenturq;: vtrũ cõstantea permaneant: dũ trahunt vndiq;
an nutent. nam id puidendũ: ne etiam vsu eorum: ab aliis superentur. ¶ Cum ad quinquagesi- 37
mũ puenerint annum quicũq; integri inter eos: rebusq; gestis & scientiis precellentes appa-
ruerint: animi radium ad supera dirigentes: ipsum quod omnibus lumen pbet suspiciant: ip-
sumq; bonum nouerint: & exemplo illius freti ciuitatẽ priuatos seq; ipsos per omnẽ vitam
& singula vicissim exornent: ac plurimũ in philosophia versentur. & cum ad magistratus ac
cersent: in ciuilibus negociis inuigilent: sigillatimq; gubernent reipublice gratia: ita vt nõ
tanq̃ bonum: sed necessarium potius ministerium exequi videãtur: & alios similiter instru-
ant. & cum hec de viris sint expressa: eadem intelligantur & mulieribus esse communia.
Mores. ¶ SENIORES presint omnibus iunioribus: eosq; corrigant: & equales equalibus succurrãt 38
tutãdis corporibus necessitatẽ imponentes. id enim equũ iustũq; dicimus: si neq; de vi illa-
ta nusq̃ contendet. verum & si quis irascet: iramq; explere cõtendat: minus in maiores maio-
rũue transibit seditiones. ¶ Iuniores: principes metuant & seniores revereantur. sic enim & 39
metus & pudor absterrebunt ab iniuria: ne iunior in seniorẽ: nisi iussu principũ seuiat vnq̃.
metus quidẽ ne ceteri omnes partim vt filii. partim vt fratres. partim vt patres patiẽti succur
rant. pudor autẽ ne parentes violare suspicẽtur. quare omnino his legibus: ciues inuicem in
pace vitam agent. ¶ Inter amatores & legitime amatos nichil furiosum aut intemperãtie 40
pprium interueniat. sed sic amator amet amatũ tanq̃ filium honestorum causa: neq; vnq̃ pter
honestũ quicq̃ ab adolescente requirere videat. sin contra faciat: vituperiũ subeat: & vite no
tam tanq̃ qui nichil omnino sapiat musicum nichil pulchrũ. Nam voluptate venerea nulla
vehementior nullaue furiosior. ¶ Custos omni tẽperantie inuigilet. nã vnicuiq; magis con 41
Artifices. ceditur q̃ custodi vt ebrietate grauatus vbi terrarum sit nesciat. nec ab re. nã ridiculum id p-
fecto: custodẽ indigere custode. ¶ SINGVLI artifices singula tractẽt opera. ab aliis cessan- 42
tes. ¶ In ciuitate sint agricole fabri lignarii ferrarii vt agricole ligones rastros vomeres & ce
tera instrumenta habeant sint & qui ex aliis locis importent ea quibus ciuitas indiget. item 43
bubulci opiliones pastores quo agricole boues ad arandum architecti iumenta ad materiam

Voluptate venerea nulla vehementior nulla est furiosior

conuectandam/textores & coriarii pelles & lanã habeant. quare opus erit & mercatoribus.
qui autẽ terra mariq; exportent & importãt mercatores sunt. si aũt mercatura erit: opus erit
& iis qui mercature & terrestris & maritime periti sint & emendo & vendendo. quare & fo-
44 ro & nummo permutationis gratia. ¶Ne artifices desistant ab opere. cum quedã inferenda
erunt in foro cõmutationis gratia. non ipsi foro assistant: sed deputati quidam homines im
becilles corpore/& ad aliud opus inutiles. Quare necessitas: necessarios caupones in vrbe
creat. caupones enim eos vocamus: qui in foro ad venditionem emptionẽq; cõstituunt. vt
45 mercatores: qui ad alienas vrbes migrãt. ¶Opus est & mercenariis: qui robur corporis suffi
ciens habeant ad labores/roboris vsum vendentes pro premio mercedeq; vnde & nomen mendaris
habent. ¶Si quem deprehenderis in ciuitate mentientẽ/ex eorum genere qui artifices sũt
46 vatem videlicet/vel morborum medicum vel lignariũ fabrum: eũ punito tãq̃ rem inferẽtem
ex qua ciuitatis ipsius veluti noua subuersio sequatur. haud secus ac si quis erga nauis gu-
bernãtorem: de naue & nautis/minime vera diceret. ¶Nullus artifex: mali moris simula-
47 chrum aliquod non bene castigatum opus illiberale & indecens siue in figuris animalium
siue in edificiis siue in quouis alio artificio efficiat. ¶Hi querãtur artifices: qui naturali in-
48 dustria tanq̃ per vestigia possint ipsius pulchri decoriq; naturam exprimere: vt tanq̃ in loco
salubri habitantes: iuniores vndiq; adiuuẽtur: cum ex pulchris honestisq; operibus siue ad
oculos siue ad aures eorum aliquid permanat/veluti suauis quedam aura a locis salubribus dif
49 flata sanitatem afferens. ¶SIC REGIONI: vt matri & nutrici consulatur atq; succurratur. Regio.
50 sic ciuibus: vt fratribus ab eadẽ matre natis & eadẽ nutrice educatis. ¶Castra in ciuitate po
nant: vnde & eos qui intus sunt maxime custodes cohibeant si quis nolit legibus ipsis obtẽ
perare. & eos qui extra sunt repellant: si hostis tanq̃ lupus ad ouile crassatus irruperit.
¶CONFERENTES autẽ se ad comessationes perinde atq; in castris cõmuni vescantur cõ Victus & ne-
51 uiuio. ¶Ciuitatis incole: cibos parabunt vinũ vestes calciamenta domos. estate quidẽ plu- cessaria.
52 rimum sine veste & calceis erunt: hyme vestibus & calceis sufficienter ornati. nutrient: ex
ordeo & frumento farinã conficientes/partim pinsendo partim congerendo placentes pa-
nesq; super calamis aut puris frondibus imponẽtes in lectis ex herbis factis mylace atq; myr
to discumbẽtes. comessabunt ipsi & eorum filii: vini pocula sumẽtes coronati. & deos laudãtes
iocunde simul viuent. Oblitus (inquit Socrates) erã q̃ quidẽ habituri essent obsonium. sal vi
delicet & oleas & caseum & porrum. preterea olera: quasi agrorum pulmenta suscipiant. & bel-
laria ipsis addemus: ficuum cicerum & fabarum: & baccas myrti & faginas glandes prunis
torrebũt/modeste bibentes. sicq; quiete & salubriter viuentes. ad senectã vsq; eiusmodi vi-
tam posteris suis relinquent. ¶Sine thoris accumbent. nã qui thoris discũbunt/epulisq; ex
53 mensis vescuntur obsoniisq; & bellariis quibus hoc tempore vtuntur: student quomodo nõ
cõmoda: sed deliciosa ciuitas fiat. & turgida profecto eorum ciuitas est. ¶In bello cibariis assis
54 que vasa circumferre non requirũt vtantur/ & a variis cõdimentis abstineant sintq; procul
Syracusane/Siculeq; mense & luxus blandientium puellarum attica bellaria/condimenta
que plurimis delicata videntur. nam vt in musicis simplicitas animi temperantiam: sic cibo
rum varietas morbum parit & intemperantiam. & hinc iudicum & medicorum. indigentia
plurima. ¶Custodes & auxiliariorum nemo propriũ quicq̃ possideat: nisi quatenus summa
55 cogat necessitas. ¶Deinde neq; domũ neq; penu habeant: quo non omnibus pateat aditus.
56 ¶Que vero ad victum pertinent: tanta sint apud eos/quantis indigent militares athlete/
57 temperati ac fortes. ¶Alii autem ciues ex instituto mercedis & custodie tantum gratia: illa
58 eis ministrent & tanta/vt exacto anno neq; desit quicq̃ neq; supersit. grauissimum enim &
turpissimum id nutritoribus esset: si ita canes gregis futuros custodes nutrirẽt/vt aut ex in-
temperantia/aut fame: aut aliqua alia mala consuetudine canes ipsi pecuaria aggrediantur
ledere proq; canibus similes lupis euadant. ¶Custodibus victum solummodo liceat recipe-
59 re: neq; mercedẽ vltra victum. sic enim vt proficisci priuatim alio velint nõ liceat. neq; q̃cq̃
scortis largiti/aut ad queuis alia pecunias erogare. ¶BELLICOSI/athlete: tanq̃ canes in-
60 sontes sint q̃ acutissime videre & audire valentes & multas mutationes in exercitationes in
exercitu aquarum ciborum estus & frigoris perpeti vt se a morbis defẽdãt. ¶Militẽt cõiter tam Militia.
61 mares q̃ femine: ducantq; adultos secũ filios ad prelium. vt quẽadmodum opificũ filii. & hi pa
trum suorum opera cernãt. que & cũ ad maturã etatẽ peruenerint: effecturi sunt. atq; insuper vt pa-

rentibus auxilio sint:ministrentq; omnia:que ad bellū spectant patres matresq; curent.non
enim custodes: minus filios suos/q̃ figuli suos erudire debent. & insuper omne animantiū
genus:presentibus natis ardentius pugnat. ❡ Detur opera:vt pueri qui milites futuri sunt/ 61
bellum spectent dūtaxat/& qua ratione tuti sint excogitandum & ad tutiora castra ducendi
adhibitis illis rectoribus non ignauis/sed rerum vsu & etate idoneis ducibus & pedagogis.
quare propter pleraq; que frequenter hominibus preter opinionem eueniūt: a primis annis
equitare consuescant pueri/& vbi forte periculū ingruerit/equis q̃ velocissimis & facile ha
benis obsequentibus/non ferocibus/aut nimium bellicosis ad spectaculū belli ductis/ipsi 63
& seniores eoꝝ duces volātes protinus aufugiant. ❡ Is qui in acie ordinem deseruerit/ aut
arma abierit aut tale aliquid propter timiditatem cōmiserit:ad artificum ordinem vel agri/
cultorum transmittatur.❡ Qui viuens ab hostibus captus fuerit etiam gratis reddere volē 64
tibus: relinquat/vt preda quomodo lubet vtantur. ❡ Nostri exercitus: nullos e grecis ser/ 65
uos faciant.quin potius etiam suadeant: ne alii greci alios grecos efficiant seruos.sed serui/
tutis iura: transeant ad barbaros.nam hoc pacto/fortius contra barbaros insurgent: si ab se
inuicem abstinebūt. ❡ Minime licitū putetur:e nostris qui vicerint spoliare mortuos/pre/ 66
ter arma. nam rapiendi cupiditate:multi iam exercitus periere & cogitationis auare mulie
bris ac vilis esse videtur:cadauer expoliare:hostēq; putare mortui corpus.& cum aduersarius
ipse abierit in id quod relictum est seuitiam exercere.factum certe eoꝝ:qui nichilo differre
videntur a canibus aduersus iactos lapides irascentibus eo qui iecit relicto. ❡ Arma mor/ 67
tuorum spolia:nequaq̃ transferant in templū tanq̃ deo sacranda presertim grecorum nisi qd 68
aliud deus dixerit.❡ Cum milites nostri aduersus quoscūq; grecorum belligerabūt:minime
aduersariorum agros depopulentur domusue incēdat. sed fructus annui dūtaxat auferendi
nā Greci oēs genere propinqui sunt & cognati. & inimicitie inter cognatos & propinquos.
seditio dicitur/nō bellum. nam ad extraneos bellum vocatur. modo autē quemadmodū in
seditiosa ciuitate/vtriusq; factionis homies/satis factum putāt. si victores aliorum rapiunt
fructus/existimātes nō semper se inuicē pugnaturos/sed quandoq; redituros ad gratiā:neq;
agros deturbabunt inflāmabuntq; domos. nā si ciuitatem amabunt:nunq̃ audebunt nutricē
matremq; vastare.nostri enim omnē Greciā sibi coniūctam existiment & sacra habeant vt
alii inter se cōmunia.❡ Milites numerorum cognitionem cōputationēq; habeant: quo ad
acies ordinandas/rudes nō habeantur.philosophi sint:quo e fluctibus generationis emergē 69
tes essentiam veritatemq; attingant. custodes enim nostri: iidem & milites & philosophi:
neq; rudes adhuc inde discedant sed persequantur quo ad ipsa mente ad numerorum natu/
ram cōtemplandam perueniant nō vendēdi emēdiq; gratia tanq̃ mercatores & caupones:
sed(ceu dictum est)vt ad bellum instructi sint facileq; animum a generatione ad essētiam ve
ritatēq; cōuertant. Simili quoq; de causa: secūdo loco milites geometricā discant quatenus
ad rem bellicam cofert ad castra ponēdā regionem occupādam ad colligendū spargēdum ad
machinamenta quibus circa acies vel in obsidione vel in itinere vti solent.nam circa hec ꝑ
multum interest geometricus ne sit aliquis an nō.attolit preterea ad veritatem animum:vt
eum ad supera conuertamus.quinetiam interest omnio ad disciplinas omnes/facilius per/
discēdas:attigerit ne quispiam geometriam an secus. Tertio loco stereometrie cura sit: que
solidos & cubos & id genus tractat.nam post planum:venit solidum. Quarto loco discēda
erit astronomia:que de solido est/quod circumfertur. nam mutationes oportunitatesq; tem/
porum presentire/non minus rei militari q̃ agriculture ac nauigationi conuenit.& celestiū
varietate vtendum est:velut exemplo quodam ad supernarum rerum contemplationem. vt
ex siderum motus inspectione: considerandum quoad in operibus huiusmodi possibile est:
q̃ pulcherrime ab ipso celi conditore & celum ipsum & que in eo sunt fabricata sunt perinde
Dedalus ac si quis videat figuras a Dedalo vel alio artifice vel pictore precipue compositas & elabo/
ratas.& horum gratia precipiāt qui succedent:hec esse discenda.nam ex huiusmodi discipli/
nis: expurgatur animus reuiuiscitq; quod ex aliis studiis infectū occecatūq; fuerat.qui qui/
dem potius seruandus est q̃ oculorum corporis decē milia.solo enim hoc inspicitur veritas.
Quinto loco harmonia ad boni pulchriq; cognitionem perdiscenda & qui nūeri consonā
tes & qui non'& ob quam causam sint tales.non enim probandi sunt: qui cōcentus & tonos
qui auribus percipiuntur partiuntur & de minimis que exaudiri queunt contendunt aures

menti preponētes:neq; qui chordas iugiter vexant exanimantq; & clauiculis plectrisue qui
busdam tum intendēdo tum remittēdo pulsationes cōtorquent. Insuper differendi arte(quē Dialecticē:ap
dialecticen dicimus)opus erit:potissimūq; capescēda.que quidem cōfert absq; sensibus:& ra pellat sapiētiā
tione dūtaxat ad ipm quod est quodq; nitit & ad ipsū bonū finemq; intelligentia perducit. rōnali mō ad
ipi enim dialectica sola:sublatis suppositionibus omnibus ad ipsum principiū confoimā ipsius boni co
dum pergit ac reuora animi oculum ceno barbarico obrutū paulatim sursum euchit ducit gnitionē pce
q; tanq̄ adiutricibus ac ministris quibusdam vtens iis(quas nominauimus)discipliuis.& est dētē & quam
ex qua ad interrogandū & respondendū(vt scientem decet)aptissimi sumus doctrinis om Aristoteles ap
nibus (veluti apex) preposita.qua nulla eminētior vlterius reperitur: doctrinarum omnium pellat metaphi
finis:quare deligendi erunt viri grauissimi & fortissimi:& non modo generosi ac terribiles sicen.
sed acumen facultatemq; ingenii ad doctrinarum perceptionem habentes:memoriosi inte
gerrimiq; ac tolerātissimi. qui arduum doctrine meditationisq; studium: ad finem vsq; p
sequantur. nam qui non pro dignitate attentant: philosophiam ipsam commaculant adi
70 ciūtq; infamie notam.neq; enim a spuriis animis sed legitimis est attrectanda. ¶Cum au
tem vires ex vetustate defecerint:tūc a ciuilibus militaribusq; laboribus liberi tanq̄ emeriti
& immunes id votum viuant nulloq; certo officio sint astricti quicūq; feliciter victuri sint
71 & post migrationem anime sortem suscepturi ante caste vite conuenientem. ¶TEMPLA Res sacra.
& sacrificia constituantur ante omnia diuiq; cultus.sepulchra preterea & funera defuncto
72 rum:& quecūq; ad deum placādū sunt ministeria. ¶Qualis deus est talis semper est descri
bendus: siue carminibus describatur siue cātibus siue etiam tragedia.nā bonus & ipse deus
est & ita dicendum & causa est eorū que bene sese habent eorum vero que male nequaq̄.
73 ¶Malorum alicui deū ipsum esse causam:neq; fas sit audire neq; carminibus iserere neq;
74 soluta oratione narrare. ¶Sit lex insuper posita: deum immutabilem simplicissimūq; esse
75 credendū veracemq; & dictis et factis. ¶Castris positis sacrificent. & tabernacula struāt que
76 contra hyemes & calores sufficiant non opulenta non mercatoria sed militaria. ¶Vates &
arioli minime i ciuitate admittant: qui ianuas diuitum accedentes persuadent vim habe
re a diis sacrificiis & carminibus acceptā purgādi per celebritates & oblectamēta quedā si qd
scelus ab iis aut eorum maioribus perpetratum sit & nocēdi etiam paruo sumptu cuicūq; ve
lint etiam inimicorū & iusto pariter & iniusto. Asserunt enī tū blādimentis quibusdā tū vin
culis se deos inducere:vt sibi in his omnibus obsequātur dicuntq;.

Mortales viciū penitus labunt in omne
Precipites: quoniā facilis via ducit ad ipsum.
Hoc quia vel nobis iā tum nascentibus heret.
Virtutē ante ipsam:dii prosuere laborem.
Difficilesq; vias cunctis adeuntibus illam
Insuper addūt deos faciles ad cōmiserescendum. Ex Homero. Homerus.
Sunt faciles superi:precibus flectūtur.& iidem
Sacrorū nidore pio placātur ab ipsis
Nimiis; votis hominū que si quis in illos
Errant:veniam rogitās cōcepit in aris.

77 ¶Libros aūt circūferunt Musei & Orphei. ¶Cū vir bonus seipso ad bene viuendū cōtentus Museus.
esse debeat:minime moleste ferēdū est liberis fratribus aut diuitiis: reliqsq; hmōi priuari sed Orpheus.
78 moderatissime ferendū cum sors aliqua huiusmodi inciderit. ¶PREMIVM ponatur iis q Magistratus.
libenter gubernaturi sint:seu argentū:siue honor siue pena:nisi iperium captant. Q; ex arte
quicūq; acturus sit:nūq̄ in suū agit cōmodū secundū ipius artis imperiū sed ad inferioris vti
litatem.multa quidem iponenda:q neq; pecunia neq; honore ducti boni homines imperare
volunt.non enim aperte pecuniam magistratus premiū accipiētes mercenarii appellari vo
lūt:neq; clāculum fures.neq; honoris causa.nā non sunt ambitiosi.oportet igitur necessitatē
& mulctā illis imponi si intellēdi sūt:vt velint magistratū accipere. Quapropter videt tur
pe:vt qs sponte ad imperandum accedāt & nō necessitatē expectet. ¶Qui magistratū ge
80 rere debēt probi electiq; sint. Na vt oculi propria virtute priuati male vidēt aures priuate
male suum opus exercent:ita anima ppria virtute destituta male suū opus peragit:suum au
tem opus imperare curare consulere & hmōi.necesse est igitur:malam animam male impe

rare atq curare bonam vero hec omnia bene facere. ¶ Neq iudices neq medici in ciuita- 80
te multiplicentur. Nam male & turpis discipline in ciuitate nulla coniectura maior q̄ iudici
bus & medicis indigere q̄ plurimis: non modo abiectos homines sordidos & mechanicos/
sed eos etiam qui liberali discipline educatos se esse gloriant. turpe pfecto & male educatio
nis magnum argumentum: vt cogaris ob pprie virtutis inopiā iustitia vti aliena: & ab aliis
tanq̄ seruus/iuste operari cōpelli. ¶ Quisquis aliorum patronus est: ita se cōparare studeat 81
vt nichilo indigeat/iudice etiam dormiente. nam quid turpius est: q̄ vt quis non modo om-
ne vite tempus in iudiciis tum accusando tū defendendo cōterat. sed & etiam rudi quadam
elatus iactantia: in his ipsis negociis glorietur quasi sit potens ad iniuriā inferendam: suisq
versutiis vsq adeo tergiuersari valeat vt nullas iniuriarum soluat penas qui sepe minima-
vilissimarumq rerū causa/tam anxium subit negocium. ¶ Eligantur ex omnibus custodi- 82
bus ii maxime: qui videnẗ per omnem vitā summo studio ea facere que e republica sunt: que
vero contra cauere: & qui per omnē etatem id pceptum eamq conseruent opinionem: ea so
la agenda que reipublice sunt optima. sint igitur senatores: amatores ciuitatis. ¶ Obseruē 83
tur statim a pueritia atq ea illis opera pponantur ex quibus aliquis preceptum illud maxime
obliuisci possit. qui vero seruat illud neq surripitur: eligendus. ¶ Probentur etiam iuniores 84
(quēadmodum solent ii: qui inspicere cupiunt nunquid pulli pauidi sint necne: ad strepitum
illos & tumultus ducentes (in terribilia quedam impellendo. item & in oblectamenta: multo
magis q̄ igni probetur aurum. qui autem inuentus fuerit optimus suiipsius custos & in sin-
gulis etatibus probatus & immaculatus extiterit: custos & princeps ciuitatis constituatur/
& sibi & patrie futurus vtilissimus. ¶ Ei qui optimus princeps custosq fuerit & viuenti & 85
mortuo honores tribuantur sepulchrorumq & aliorum monumentorū maxima munera sor
tiatur. ceteri autem iuuenes: custodes auxiliarii defensoresq institutionum ipsorum pricipū
recte appellabuntur. ¶ Summopere caueant custodes qui auxiliarii defensoresq adhibentur 86
ne cum valentiores sint aduersus ciues quicq̄ moliantur: neq beniuolorū sociorū loco agre
stibus dominis similes se prebeant. ¶ Nullus audeat simulare ciuitatis custodiam: si nō ve- 87
re custos sit nam si sutores facti deteriores simulātes id esse quod nō sunt graue quid ciuitati
afferunt. custodes legum & ciuitatis/si non sint sed appareant omnem ciuitatem simul per-
dunt. contra vero si vere custodes sunt: beatam vel soli vt eam efficiaur oportunitatem ha-
bent. ¶ Penes autē auxiliarios & custodes authoritas sit cōgendi & suadendi que deceat fa- 88
cere ex quibus q̄ optimi sui operio sint artifices cleteraq huiusmodi. ¶ Curam insuper ad id 89
adhibeant/vt nullus ciuiū penuria premaẗ neq diuitiis abundet. nā figulus diues factus cu-
rā sue artis minus habet/pigriorq & negligentior redditur. quare deterior figulus. q si indi
gētia premaẗ: instrumētis/& reliquis quibus ars idiget caret & opera deteriora facit filiosq
ac ceteros quos docet deteriores artifices reddit. & opulētia insuper delicias desidiā & rerum
nouarū studiū parit inopia vero: cū rerum innouatione illiberalitatem & maleficia gignit.
¶ Cū nr̄a ciuitas auro argētoq careat: si aduersus amplā opulētamq ciuitatē arma capescere 80
cogeẗ: vbi aliarum ciuitatum requiretur societas missa legatiōe ad alias ciuitates vera dicat.
nos quidē auro & argēto nō vtimur neq nobis fas est: vos ergo nobis auxilium ferentes no
biscūq bellū gerētes que alii possident habetote. Sic enim fiet: vt his auditis eligant potius
vna cū canibus contra oues pingues & molles pugnare q̄ cōtra canes duros. Adde diuites &
pigues minus instructos & bellice facultatis gnaros defatigabiles subterfugiendo ictus fru-
strando eludendo sepius subita cōuersione cedēdo diu eos sub sole & estu detinendo: quorum
omnium nostri athlete sint q̄ exercitatissimi. ¶ Custodes id puideant ne parua ciuitas neue 81
magna esse videatur: sed vna & sufficiens. ¶ Si quis custodū ignauus nascatur: ad alios agri 82
colas inquā aut artifices mittaẗ. siue ex aliis probus: trāsferatur ad custodes & vnusquisq ad
id vnū opus dūtaxat ad quod natura est aptus: ducatur vt vnus existat & nō multi: & contra/
ciuitas vna fiat & non multe. ¶ De negociis forensibus mutuis cōmerciis pactis in mecha 83
nicis artibus iuribus iurgandi verberandiq citationibus in ius constitutionibus iudicum/
dispositionibus circa forum & portus vectigalibus imponendis aut exigendis iuribus forē
sibus vrbanis naualibus leges nulle ponantur. nam id minime decet bonis preclarisq viris
precipere. quales erunt nostri ciues: si superiores leges seruabunt. nam bonam ciuitatē opor
tet & sapientem & fortem temperatam & iustam esse. sed a sapientia que est in principibus

fortitudine que est in militibus/tẽperantia que instar cõsonantie diapason per totũ est diffu
sa.suntq; potiores vt diapente:deteriores vt diatessaron.tota ciuitas:vt consonantia dyapa
son ex potiori deteriorĩq; contemperata vt ex acutis & grauibus.sin minus:leges de huius
modi statuent corrigentq; semper & innouabunt/putãtes ita se quod est optimũ assequi.si
miles egrotantibus:qui propter intẽperantiã insalubrem victum mutare nolunt:id assequẽ
tes quod plures vehementioresq; morbos efficiunt.confidũtq; semper si quis pharmacis agi
cõsulat/bene se valituros.& huiusmodi inimicissimũ putant:qui vera monet/dicitq; phar
maca vstiones incisionesq; & reliqua que extrinsecus admouent non prius ꝓ futura q̃ quis
designat ebrietati voragini veneri ocione indulgere. Ergo in his institutis: non est curiose
94 verũ legum cõditorem insistendũ.quoniã inutilia sunt huiusmodi.¶ Principes iuste sentẽ
tias ferant: vt dũtaxat singuli/neq; vsurpent aliena/neq; suis priuentur. singuli eni actionẽ
propriam sequant ꝓpriamq; possessionẽ saluent:neq; opus/neq; possessionẽ alterius aggre
dientur.nã cum quis artifex aut questuarius/diuitiis multitudine copia robore similibusue
elatus in militaris ordinem aut miles cum sit indignus in viri cõsularis aut custodis digni
tatem transire conatur officiaq; permutare aut hec simul oĩa peragere: confusio hec perua
gatioq; totius ciuitatis interitũ minat:estq; hec iniustitia extrema ciuitatis calamitas & ma
xima corruptela.¶ Nostre ciuitatis & populus & principes: ciues appellentur. sed populus:
95 principes/insuper vocet seruatores auxiliariosq;.pricipes autẽ:populũ mercedis tributores:
& nutritores.porro iuniores:suos equales fratres sororesq; maiores natu:patres atq; matres
96 & contra.principes autẽ se inter se cõcustodes.¶ Iuxta ꝓpinquitatis nomia: propinquitatis
officia prebeant vt appellationis ipsius dignitas postulat.seruẽtq; erga parentes quecũq; lex
exhiberi precipit:reuerentiã curam obedientiã.alioqui deos homineśq; infensos habeãt:vt
pote qui neq; sancta neq; iusta agant si secus ipsi fecerint.& absurdum etiã:si domestica no
mina tantũ ore sine officio ꝓferrentur.¶ Reipublice nostre gubernatores:philosophi eligã
97 tur.nam cum quis vere dicitur alicuius rei amator:non partim sed ad totum id afficitur. phi
losophum autẽ sapientie studiosum/amatoremq; dicimus.quare nullã doctrinam quid con
ferat quidue non conferat discernẽtem:dum iuuenis est & ratione delectum habet. cõtẽnet
sic enim vini auidi vinum quodlibet quacũq; capta occasione vehementer expetũt.sic etiã
ambitiosi homines:si exercitus prefecturam assequi nequeunt saltem tribuni effici volunt.
ac nisi a magnis venerandisq; hominibus honorentur:honorẽ ab ignobilibus exigunt vtpo
te qui honorem prorsus affectent.Et reuera nisi philosophi ciuitatibus dominentur/vel ii q
nũc reges/potentesq; dicuntur/legitime sufficienterq; philosophentur.hominũ generi nul
la requies malorum:nulla felix beataq; orietur respublica. philosophi enim soli sciunt: & ip
sum vnũquodq; per se ens/ quod semper ens est & vnum admirant & diligunt. ceteri vero:
ea que partim sunt & partim non/tum entia/tum pulchra bona & id genus.reliqua non sciẽ
tes quidem sed opinantes:philodoxi potius opinionumq; amatores dicũtur.illi sunt vt acu
te videntes: hi vt ceci. illi attingere queũt id quod semper secundum eadẽ/eodem modo se
habet:hi per multa/mutabiliaq; vagantur illi mẽdacii omnis natura sunt expers neq; spon
te vnq̃ mentiuntur:sed omnem odiunt falsitatem & diligunt veritatem:quia sapientie ni
chil familiarius q̃ veritatis reperit oblectamenta corporis despiciũt puráq; ipsius anime ex
petunt voluptatẽ:tẽperati viri neq; pecunie cupidi/magnanimi sũt/magnifici/humanam
vitam nõ magnum quid existimant nõ mortem terribilem modesti questui non dediti/nõ
pusillanimi nõ superbi non timidi & statim teneris annis mites iusti ad percipiẽdũ veloces
memores minime vani.horum igitur natura conuenientem nacta disciplinam:semper pro
ficiendo ad omnem peruenit virtutem. enutrita autem si fuerit peruerse:ad contraria dilabi
tur. & putandum est infanda scelera & extremam nequitiam: ex generoso ingenio educa
tione corrupto: potiusq̃ ex ignauo procedere. corruptores autem esse sophistas. qui in con
cionibus iudiciis theatris vel alio quopiam publico hominum cetu ingenti rumore eorum
que dicta sunt vel facta sunt: alia vituperant alia laudant & ad vtraq; efferuntur acrius:dum
explodunt & applaudunt summo quodam strepitu & clamore. Vnde & parietes quoq; & la
quearia circunsonant: altius quoq; sonitu vehementer exaugent laudantium ipsorum vi
tuperantiumq; tumultus. Et eadem nunc vt honesta approbant/ alias autem eadem re
probant vt turpia. hominem illis non obsequentem: infamia notant/ iactura pecunia

PHILOSOPHI

rum/& mortis supplicio damnāt. ¶Relinquēda prorsus erunt plena versutiis/& subornata 98
litigiorum machinamenta/nichil aliud appetentia q̄ opinione/inanem gloriam cōtentio,
nem tam ī iudiciis q̄ in priuatis colloquiis.nam neq; ciuitas vlla/neq; respublica neq; ciuis
ꝑfectus aliquādo futurus est:priusq̄ philosophi (qui nec mali nec inutiles vt vulgo existimā
tur)seu velint siue nolint ciuitatis curam suscipiant.aut saltem iis qui dominantur:aut eoꝝ
filiis diuina quadā inspiratiōe:vere philosophie verus amor inheserit quibus nulla talia pla,
cebunt.sed qui tales sunt:omnem mentis aciem ad ea que vere sunt dirigent:que semp eū,
dem seruant ordinem:que neq; inferunt neq; patiuntur iniuriam:sed omnia ordinate & se,
cundum optimam ratione dispositā sunt/& hec illi imitantur/seq; his q̄ simillimos reddūt
quomodo eni quis non id imitetur:cui/cum amore admirabundus heret/diuini igit̄ & om,
ni ex parte concinni/decoriq; philosophi:& veluti pictores qui diuino vtunt̄ exemplo/bea,
tam ciuitatē formant.& ciuitatem moresq; hominū quasi tabulam quandā acceperit:in pri,
mis purgant/deinde describunt temperantiā/iustitiam & omne honestū.quod cum i homi
Homerus. nibus fit: Homerus dei speciem:imaginēq; nuncupauit.& colorabunt philosophi: quousq;
hūanos mores q̄ maxime fieri potest:deo in amore cōiungant. ¶Sint igit̄ seruatores: ama, 99
tores ciuitatis/voluptatibus:doloribusq; ꝓbati.& ex hoc proposito:neq; laboribus: pe,
riculorum metu dimoueant̄.& eū qui hoc nequeat:abdicare oportet.qui autē sincerus incor
ruptusq; euadit tāq̄ aurum in ignis examine cōprobarū:preficiat̄/muneribusq; ornet̄ & vi,
Legislator. uus & mortuus. ¶Eorum qui legitime student cōdere ciuitatē:officium sit optimas homi, 100
num naturas impellere ad eam quā supra diximus maximā disciplinam bonūq; cognoscen
dum.adeo vt & sursum ascendant:& postq̄ ascenderint:satisq; inspexerint ne ipsis permitta
mus vt in ea contemplatione ꝑmaneāt/neq; velint rursus ad homines istos carcere clausos
huc descēdere neq; laborum istorum: honorumq; siue vtiliores fuerint seu preciosiores esse
participes.nam qui semper in studiis litterarum versati sunt: non sponte ciuilia tractabunt:
existimantes se etiam hac in vita a negociis semotos in beatorum insulis habitare.& monē
di erunt nō sibi ipsi magis q̄ reliquis ciuibus: tanq̄ in apum examine duces: regesq; se esse
creatos:ac ī ciuitate melius ꝑfectiusq; q̄ ceteri eruditos aptioresq; ad vtrāq; curam suscipiē,
dam.quare debent vicissim simul descēdere singuli:ad alioꝝ hominum cetum: & ad obscu
ra inspicienda assuefieri.nam cum assueti fuerint:multo acutius illa cernēt q̄ qui quotidie
in eis obseruant̄.& quelibet simulacra & que & quorum sint agnoscent.quia reuera norint:
que honesta iusta bonaue sint.sic ciuitas ab ipsis tanq̄ vigilantibus recteq; sentientibus co,
letur: non tanq̄ somniantibus quēadmodum nunc plurime habitantur ab iis videlicet q de
vmbris inter se decertant deq; principatu tāq̄ maxio bono cōtendūt. nam ea ꝓfecto ciuitas
in qua ciues ad expetendos magistratus minime ambitiosi sunt optime & ꝓcul a seditioni,
bus permanet.que autem aliter affectos habet ciues contra.tunc enim ciuitas optime consti
tuta elucebit cum eorum vitam qui magistratibus p̄fecturi sunt inuenerimus ipsis magistra
tibus meliorem.tunc vere diuites dominabunt̄ non auri dico sed cuius oportet virum beatū
diuitem esse vite probe atq; prudentis. sin inopes bonisq; ꝓpriis vacui ad publica aduenta,
rint bona hic rapere cupiētes ciuitas felix esse non poterit.nam vbi de principatu contendi
tur tum eos qui ita pugnant tum reliquam ciuitatē perdit.quare magistratus dandi sunt ho,
minibus minime cupidis alioqui simultas inter emulos orit̄.

¶PRIMI LIBRI HECATO,
NOMIARVM
FINIS.

¶HECATONOMIARVM CENTVM PLATONICAS LEGES CONTI, NENS LIBER SECVNDVS.

L Egislator nō ad particulam virtutis: sed vniuersam respiciat.ordinetq; huma, 1
na bona/ad diuina:diuina autē ad mentem ac ꝓuidentiam. ¶Ne quis iuuenū 2
querere audeat recte ne an contra se leges habeant: sed vno omniū ore vnaq;
voce:recte tanq̄ a diis posite concedant̄.senem vero si quid excogitauerit:prin
cipibus aut suis perequalibus(nemine iuuenum audiente)liceat referre. ¶A 3
maximis voluptatibus/iocūdissimisq; ludis cauere Licurgi leges precipiunt:ita & de victu

dolore & labore & ceteris.cōpotationes & cōuiuia publica in agris & vrbibus/& bacchana
4 lium occasiones tollunt. ¶Constituat legislator:vt animus puerorū legem ita sequatur/vt
iis(quibus lex & senior) doleat atq; gaudeat/non autem cōtrariis. cogatq; eos qui poema-
ta scribunt:honestis in verbis/temperatoꝝ & fortium/& omnino bonoꝝ hominū gesta de
scribere,& tam figuras eoꝝ in rythmis q̄ accentus: in harmoniis effingere p odas/que re-
uera exode id est incātationes circa animos sunt.facientes vt si qui homines corpore egro
tantes curant:alimēta conueniētia iocundis cōdimentis illinientes/& noxia amaris infici
entes/vt asciscere altera & altera reiicere cōsuescant.non enim teneriores animi:seria stu- Athenienses.
5 dia adhuc admittunt/que apud Athenienses & Lacedemonios obseruantur. ¶Pueri vsq; Lacedemonij.
ad duodeuigesimū annum:vini vsum prorsus ignorent.deinde vino moderate vtantur:vs 18
q; ad annum tricesimū.cum ad quadragesimū peruenerint:tunc in conuiuiis discumbētes 30
liberius eo vtantur.nam non oportet ignem igni addere:& in iunioribus furiosum iuuētu- 40
tis habitum efficere.& cum viri effecti subire labores incipiūt: ab ebrietate & vini repletio
ne omnino debent abstinere.senibus autem liberior vsus:remediū aduersus senecte duriciē
elargitur vt reiuuenescere videātur/& mestitie eos capiat obliuio & affectio mentis/velu
6 ti ferrum in igne ex duricie in molliciē deducta flexibilior fiat. ¶Harum legum authores
atq; custodes: a perturbatiōe & ebrietate remotos esse oportet/vinolentoꝝ duces.sine qui
bus quidem custodibus:cōtra ebrietatem pugnare durius est q̄ sine sobriis ducibus cum ho 60
stibus dimicare. Qui autem his ducibus symposiorū annos supra sexaginta natis parere
noluerit:equale aut maius dedecus ferat/q̄ qui ducibus belli non paruerit. Nam he compara
tiones(vt noster habet sermo)ad id induci debent:vt animus quidem pudorē/corpus vero
sanitatem & vires adipiscat.non vt rumor quidam defluxit:bachum a noterca Iunone/ex
animi sententia olim deturbatū fuisse:vinum autem ad vltionem hominibus datum:vt in
7 saniant.quin in contrariū si recte eo vtamur:remediū sit & medicina. ¶Carthaginesiū lex
fuit:vt nunq̄ in castris quisq̄ gustare vinum audeat/sed toto illo tēpore aqua bibatur.verum
& nunq̄ in ciuitate:seruo vel serue vini vsus tribuēdus/nec magistratibus toto tēpore quo
magistratu fungūtur.gubernatores etiam ac iudices/munus suum subituri: a vino penitus
uinarū solennitatū diebus/sed nefastis potius cōueniant: eantq̄ tunc cōducti chori exter-
niq̄ cantores quemadmodū in funeribus fieri videmus/vbi quidam mercede cōducti:cum
flebiles mestiq̄ sint:lugubris quoq̄ vestis Carice gentis instar/misere defunctū ipsum de-
plorant. ¶Cantuū genus omne in benedicēdo & feliciter ominādo versetur/sitq̄ hec pri- 24
ma lex secūda:vt cātu preces diis quibus libamus effundātur.tertia vt cum poete preces ip-
sas/petitiones hominū a diis esse non ignorent: diligēter aduertant ne mala quasi bona po
stulent.neq̄ audeat quisq̃ poetarū.verbis aut cantu preter ciuitatis leges & iusta vel honesta
vel bona fingere quicq̃ nec que composuerit vlli priuatorꝫ ostendere/anteq̃ cōstituti hac de
re iudices legumq̄ custodes & viderint & approbauerint. ¶Hymni/laudesq̄ deorum:pre- 25
cibus mixte canantur.atq̄ si ciues laudibus exornenť:qui cesserūt e vita/si corporis vel a-
nimi viribus res arduas preclarasq̄ cesserint & legibus libenter paruerint.nam viuentes ad
huc laudibus hymnisq̄ honorare tutū non est/priusq̃ vita functus quispiā finem viuendi
preclarū fecerit.& hec tam viris q̃ mulieribus virtute insignibus cōmunia sint. ¶Cantus 26
& tripudia ita constituanť. cū multa priscorū sint circa musicā antiqua poemata & saltatio-
nū genera:decentia & accōmoda constitute ciuitati deligant. delectores autē nō pauciores
q̃ qnquaginta annos sint nati:qui que sufficiēter dicta esse videanť/deligant.que vero ipro
be dicta/reiiciāt oīno.que vero minus sufficiēter:corrigant atq̄ absoluāt/& ad legulatoris
voluntatē saltationē cantūq̄ & omnē choream prudēter dirigant. ¶Sit musa ordinata at- 27
q̄ tēperata.nam in quacūq̄ a primis annis ad etatem vsq̄ adultā versatus fuerit aliquis:eam
iocundā arbitrabiť/oppositam autē odiet illiberalēq̄ appellabit.iocūditas enim & suauitas
musis omnibus cōmunis est.at si vulgarē immoderatāq̄ semper audire consueuerit: erudi-
tam castamq̄ ac modestā frigidam & asperā esse ducet. ¶Quod in musica magnificū est 28
& ad fortitudinē tendit/viris magis:quod autē venustum modestūq̄ magis mulieribus tri
buendū. ¶In ludis:oportet quod studio dignum est studiose sectari/nō digna vero nequaq̃. 29
deus enim omni beato studio dignus:homo vero dei ludo fictus atq̄ id vere ipsius optimū
est.nosq̄ eam vitā studio dignissimā arbitramur:qua homines instituti q̃ longissime ac opti
me in pace vitā agant. ¶Vt gymnasiorꝫ doctrinarūq̄ publica edificia tripartita in media 30
vrbe locāda:ita foris equorū gymnasia in suburbiis similiter triptito. ¶Loca insup ampla 31
ordināda:vbi iuuētus ad arcū & telorꝫ iactū instruať exerceaturq̄. ¶Illorꝫ oim pegrini/ma 32
gistri ꝓcio conducēdi: qui illic habitātes & ad rem militarē & ad musicā venientes/insti-
Semist. tuāt.& viri oēs(quoad fieri potest)& pueri nō modo quos parētes volūt/necessario discāt.vt
pote qui magis ciuitatis sunt q̃ genitorū.& que pueri discunt ac exercent:eadem quoq̄ fe-
mine discant/exerceantq̄.nam cum hoc modo in ciuitatibus non fit:omnis ciuitas pro du
pla dimidia fit ex eisdem laboribus atq̄ tributis.probādaq̄ sunt īnumera circa Pontū mu-
lierū milia:quibus nō equorꝫ modo verūetiam arcuū/ceterorūq̄ armorū equalis cura cum
viris & exercitatio est instituta. ¶Magistratus & ciues suis in locis nocte exurgāt/ & magi 33

stratus publicum aliquid exerceat patres vero matresq; familias i domibus ꝓpriis: rem suam
curent. nam somnus multus: nec corporibus nec animis prodest. & turpe id & illiberale vide
ri debet: si ciuium aliquis totam per noctem dormiat/nec primus excitetur ac surgat/ita vt
id toti familie pateat. & ita quoq; si domina videat ancillis negligentior: segnitie desidiaq;
occupata. id apud seruos ancillas pueros & vniuersam deniq; domū turpe. nemo eni dū dor-
mit: alicuius precii est/nō magis ac si non viueret. quare q̄ longissimo tēpore vigilandū: so-
34 la sanitatis cōmoditate seruata. ¶ Sole surgente: pueri ad magistros ꝓficiscātur. quoniā nec
pecudes/nec alia prorsus vlla sine pastore viuere debēt. nec pueri quoq; sine pedagogis sint.
nā cum prudentie fontē nondū perfectum habeant: acerrimi petulātissimiq; sunt omniū be-
35 stiarum. quare multis quasi frenis vinciēdi. ¶ Puer: cum primū a matribus/nutricibusq; se-
iungitur/pedagogis ad puerilem lasciuiam regendā committendus. deinde vt liber: prece-
ptoribus doctrinarum potissimum gratia. Deinde quasi seruum castiget quicūq; e liberis si
forte qua in re deprehenderit puerū ipsum in pedagogum & preceptorem delinquere. q si p̄-
36 sens quis iure non castigauerit: maximo subiiciat opprobrio. ¶ Rem hanc: ille qui de custo-
dibus legū ad principatum puerorꝫ electus fuerit: cognoscat: siue ille q eos deprehenderit nō
castigauerit cū oporteret/aut nō mō quo oporteret secundū leges/ad bonum ipm dirigens
37 semper & conuertens. ¶ Primū percipienda que ad litteras pertinēt. deinde ad lyram. p̄terea
que ad cōputationem numerorꝫ spectāt itē que ad diuinorꝫ astrorum solis luneq; circuitum
perquirendum. vt vniuersa ciuitas nō ignoret ordinem dierꝫ in mensem mensiumq; in an-
num. atq; ita tempora solēnitates sacrificia vt decet disposita viuam ciuitatem vigilanteq;
38 reddant. vt & diis honores tribuant homines: & ad hec afficiant prudentiores. ¶ Ad litteras
decennes pueri proficiscant trienniōq; insistant. & q decē egerint annos/lyre similiter tres
annos incumbant: nec liceat ante id tēpus discedere/neq; vltra detineri. alioqui honores qui
39 disciplina preditis dant: nō consequantur. ¶ In his annis: litteras donec legere scribereq; pos
sint discāt. at nō illis legenda/exponēdaq; omnia poetarum monumēta in quibus lyra non
vtuntur (qui aut hexametro trimetro/aliisq; metrorū generibus scripserunt) ceu asserūt mul
ti/vt ex variorum poetarꝫ peritia facundi reddant. sed leges ipse atq; ea que iis leges aut mā
dant aut ꝓhibent sunt consentanea: siue poetice siue soluta oratione scripta sint/siue simpli-
citer dicta. ac primum preceptores lex cōpellat/hec dicere atq; ꝓbare: vt eos qui non probēt
repellat. iis vero preceptorum qui probant: erudiendos instituendosq; adolescentes cōmittat.
40 ¶ Qui eos in lyra instituēt: illos cantus eligant qui probas animi imitationes habēt. & ado
lescentū auribus cōcinant: trahantq; eorꝫ aīos imitatione quadā ꝓductos ad virtutis possessio
41 nem. ¶ Cum is qui pueros in musica gymnasticaq; curabit nunq̄ ocio abundet: lege illi per-
mittat/vt ad eam curam/quos velit ciuium & virorum & mulierꝫ accipiat socios. & gymna
sias/omnes etiam exercitationes bellicas nūcupamus: vt peritie luctandi/saltandi/sagittā-
di iaculandi peltastice & omnes armatorum dimicationes/acierum ordinatiōes ductiones
exercitus castrorꝫ positiones & quecunq; ad equestrem pertinent disciplinā. que omnia sciēt
publici magistri a ciuitate conducti: quo ea pueros puellasq; viros & mulieres doceant. nam
magno reipublice vicio dandum esset: ita mulieres educari vt ne veluti aues pro filiolis con
tra feroces audēat bestias pugnare moriq; nolint potius canctaq; pericula subire q̄ statim ad
aras templaq; cōfugere opinionēq; de hominū genere dare omnium ignauissimū esse ani
42 malium. ¶ Deformiū corporum cogitationumq; motus qui ad risum & comediam verbis C
cantu saltatione omnibusq; huiusmodi imitationibus spectant: serui & peregrini precio cō- O
ducti imitētur. studium vero illis nullū adhibeatur: nec adeo liber sit ciuis seu vir seu mulier M
qui discere audeat. at itaq; ad risum spectātes ludi qui comedie appellant: lege dispositi sint. E
43 ¶ Tragedie que res serias tractant: nisi meliora tractent q̄ que ex veteri ordinatione sūt tra- D
dita minime admittantur. nam id haud quaq̄ est admittendum vt tragedi res serias in foro I
constituant & clamosos constituant histriones: qui altius q̄ magistratus exclament ad libe-
ros: ad vxores ad turbam vrbis omnem de eisdē rebus non eadē sed contraria concionātes.
44 ¶ Summe cautionis cura gymnasiis est adhibenda: ne qui docent: bonarum disciplinarum SOPHI
loco prauis institutionibus adolescētum animos corrūpant & inquinent. nā nō graue admo STICA
dum quiddā est & durum rerꝫ omnium imperitia nec summū malum: sed multo pniciosius
45 est male cōparata multarum rerꝫ peritia atq; noticia. ¶ Astrologia catenus discenda: vt de

celestibus nichil prophanū loquamur sed postq̄ didicerimus recte loquamur.nam id verū nō
est:de sole & luna ceterisq; stellis ꝙ vnq̄ pererrēt. nam vnū quoduis:iter vnum nō multa pera
git q̄uis videatur per multa ferri.¶ Legis cōditor:leges no solum conscribat sed etiā declara 46
tionem quandam illis adiungat.qua: que honesta turpiaue sibi videntur significet. ¶ De ve 47
natu aquatilium volatiliū pedestrium nec ferarum solum verum etiā hominum:que legisla
tor laudabit aut vituperabit ad iuuētutis exercitationem in illis iuuenes pareant. vt nec labo
re nec voluptate reuocati:aliter faciāt q̄ legislator consuluit: & magis honorent que cum lau
de dicta & exhortatione proposita sunt:q̄ que minaci & vindici lege sancita. ¶ Quadrupe- 48
dum venatio:omniū que corporis viribus agitur optima sit.nam id optandum: vt nunq̄ ma
rine venationis hamiq; cupiditas homines alliceret nec omnino aquatiliū per ociosam ve
nationem sagena capiendorū/nec pyrate amor vnq̄ homines per maria/iniquos atrocesq;
hoim venatores efficeret. neq; vnq̄ furti latrocinii cupiditas: vel in vrbe vel in regione/in
mētes hominū veniret.nec volatilium iocunda venatio potius seruilis q̄ libera/nec dormiē
tium que vicibus quibusdam interpositis fit:nocturnaq; vocatur/& ociosorum est hominū.
neq; que fit in laboris remissione: & que retibus laqueisq;/non constātis animi viribus fer-
rarum domat atrocitatem.¶ Sacros venatores:vbicūq; venari velint nemo ꝓhibeat.¶ Ve- 49
natorē nocturnū retibus & canibus suis fidentem:nemo vspiam venari sinat. Auceps:p in- 50
cultos agros montesq; vagari permittatur. ¶ A cultis locis sacrisq; incultis: a quocūq; pella- 51
tur.¶ Piscator:nec in portubus nec in sacris fluuiis paludibus stagnisq; venetur.in aliis liceat 52
dūmodo sacrorum non vtatur permixtione.¶ Non belli tempus expectandū:sed ipsa pace ci- 53
ues ad rem bellicā exercendi. & ciuitas: singulis mensibus bellicas vires experiatur nō minus 54
vno die/sed pluribus etiā si magistratibus visum fuerit:viri simul & mulieres & pueri/nec
hyeme nec estu vitato.& quādoq; vniuerso educto populo:pugne quedam solēnes festiueq;
fiant bellicas pugnas q̄ maxime imitantes.nam id impudentissimum si non in certamē pu-
gilum non preexercitatum descendendū:audere ad maximū certamen vbi pro vita pro libe
ris pro rebus suis ꝓ patria pugnatur/nō exercitatum defendere. ¶ Victoribus premia & lau 55
des victis contra vituperationes fiant:ꝓut singuli & in certaminibus & i omni vita se gesse
50 rint.¶ Non pauciores annos q̄ quinquaginta natus sit poeta harum rerum:neq; sōlum poeticā 56
musam sufficiēter possideat sed etiam aliquid preclarum & insigne fecerit. vt optimus q̄sq;
laudibus efferatur:et vituperatione cōtrarius deprimatur.¶ Eorum poemata qui boni viri:ho 57
noreq; digni in ciuitate sunt & res preclaras gesserunt:etiā si minus musica sunt decantentur.
¶ Huius rei iudiciū is/qui puerili doctrine preponitur ceteriq; legū custodes habeant: & pro- 58
bis viris hunc honorē tribuant/vt illis solis libertatem in musicis prestent: ceteris autē ꝓhi
Thamyras. beant.neq; quisq̄ audeat musam canere (q̄uis Thamyre Orpheiq; hymnis suauiorem) borū
Orpheus. iudicio non probatā.¶ Res militaris quōtidie agatur:minori quidē exercitatione sine armis/ 59
chorisq; omnisq; gymnastica ad hanc incitetur. maiori vero exercitatione non rarius q̄ semel
in mēse vt certent singuli ad capienda vel retinenda loca/ & insidias omneq; rem bellicam
imitentur:& pila se exerceant vndiq; se vertentes ac telis vtantur:ad vera & periculosa tela q̄
proxime accedētibus.nec oino absq; timore ludus huiusmodi inter ciues agatur: sed formi-
dinem inferat:atq; ita qui magno sunt animo quodammodo quiue ignauo prodat.¶ Si aūt 60
quis cede inuoluntaria in his certaminibus moriatur:is qui interfecit lege expiatur mūdus sit
in posterum.nā paucis ita mortuis:ceteri non deteriores futuri sunt.& nisi timor in his oībus
extinctus sit:multo magis ciuitati malum est q̄ illud.¶ Nō liceat ob rem priuatā: curam rei 61
publice ꝓcipuam.ciuem relinquere. nā cum diuitiarum cupiditate (ceteris oībus neglectis) ho-
mines solūmodo rem priuatā curant: ad id incūbens ciuium animus:nulli prorsus nisi pecu
niis quotidie cumulandis dare operam potest.& artes & studia que ad lucrum conducunt:li-
bentissime complectuntur omnes:cētera spernunt.& id causa est:ne ciues quicq̄ honestū bo-
nūue officium curent:sed insatiabili auri & argenti cupiditate & honesta pariter & inhone-
sta artificia cōplectantur & quoduis agant seu fas siue nefas habeatur vt pecunias cumulēt.
quibus subministrantibus veluti pecora ventri ac veneri seruiant. hinc qui natura modesti
sunt ad mercaturam nauigationē viliaq; ministeria conuertuntur.qui viriles & generosi ad fur
ta latrocinia sacrilegia insidias sceleraq; tyrannica.qui cū bonis a natura preditii essent doti-
bus infelices tamen hac ipsa consuetudine euaserunt.quopacto enim infelices non sunt qui

cupiditate vt vehementi quadã & perpetua fame/ coguntur per oẽm vitã suã animã crucia-
62 re. ¶ His certaminibus que ad bellũ conducunt/ premia ponãtur cetera dimittanť. ¶ Eum
63 qui stadium cursurus est: preco premiũ vocet ille vero cum armis ingrediatur. nam agilitas
corporis: altera manuũ altera pedum ad bellum cõducit. illa in pugnando luctandoq;: hec ad
insequẽdum declinandumq;: sed neutra absq; armis magno vsui est. quare nudo absq; armis
64 in stadio certatori: premia nulla ponantur. ¶ Primus stadium cursurus armatus ingrediatur:
deĩde qui diaulum/ tertius qui equis quartus qui dolicum quintus qui leuiore armatura orna-
tus. quẽ primum sexaginta stadiorũ ad aliquod templũ peruentũ̃ statuemus. Alius grauio-
re armatus armatura: breuius ac planius spaciũ cursurus. Alius sagittarius omni arcuũ orna-
tu munitus cẽtum stadia/ per mõtes variãq; regionis naturam ad appollinis dianeq; tẽplum
certans perueniat. & certamine cõstituto expectabunt: & victoribus singulis premia dabũt.
65 ¶ Vnum certamen sit puerorum alterum imberbium/ & tertium virorũ. viri tripartito/ im- Semist.
66 berbes duplo & pueri simplo currãt: & cum sagittariis ceterisq; armatis cõcertent. ¶ Vltra
decimũtertiũ etatis annum donec nupserint: non lõgius vicesimo nec breuius decimo atq;
67 octauo puelle ad certamẽ cursus descẽdant que quidẽ cõgruo vtanť vestitu. ¶ Vnius ad vnũ Semist.
duorũ ad duos & vsq; decem ad decẽ armis pugna fiat ad robur augẽdum: & id cõmune sit tã
viris q̃ mulieribus ad etatẽ vsq; nubilẽ. inducãturq; in his armorũ certaminibus periti: vt le-
ge sanciant quid aliquis nõ patiens aut faciẽs vincat & victum similiter quisnã ordo decer-
68 nat. ¶ Peltastica vero vniuersa pugne pancratiace opponať: certeturq; arcu/ pelta lanceis la-
pidumq; manu & funde piectione: & qui oĩm optime in his se gesserit: huic lege/ honores
69 victorie tribuantur. ¶ Armati in equis concertent: sintq; certaminũ iudices magistri equitũ
& tribuni tam de omni cursu equorũ q̃ de iis qui cum armis & ascendunt & descẽdunt. conte-
tio cõcertatioq; etiã habeať: ex equo telũ immittere. ¶ Femine ad hec legibus nõ cogant: ve-
70 rum si prior disciplina cõsuetudoq; virgines ad hec incitat admittãtur. ¶ Certamina musice
71 vicissim fiant. prout athlete/ doctor iuuenũ/ legumq; custodes vna congregati ordinarint:
72 festosq; dies statuent ciuitati. ¶ Scdm naturam ad procreationem/ hoĩes itidem & mulieres
dũtaxat venere vtãtur. nã qui secus istis vtunť: genus hoim dedita opera interficiunt in lapi-
dẽ seminãtes vbi radices agere qđ seritur nunq̃ poterit. & qui corpus amat eiusq; formã: qua-
si fructum quendã esuriens is satiari duntaxat querit nullumq; aĩo amati p̃bet honorẽ. sed
qui minus de corpore curat/ & animo cõsiderat potiusq̃ desiderat. cũ ipm (vt decet) animum
diligat: corporis vsum petulentiã & cõtumeliã arbitratur. & cũ tẽperantiã fortitudinem ma-
gnificentiam & prudentiã reuereatur & colat: cũ casto amico castus viuere volet. imo vero
constat q̃plurimos: q̃uis iniqui sint/ bene & diligenter ac sponte a pulchrorũ coniũctione se-
se abstinere/ cũ frater aut soror eximia pulchritudie alicui sit & a filio & a filia. idq; qđ nihil
horũ fas esse dicitur/ sed apud deum odio haberi/ & ea turpiũ oim esse turpissima. Id quoq; in
causa est: vt ne cupiditas quidẽ harũ rerũ vulgus infestet. ita publica fama statim ab ineũte eta-
te hos cõtra naturã venereos abusus/ nefarios esse & maxime oim apud deũ odio haberi p̃-
dicet: & apud seruos & liberos/ masculosq; & feminas & vniuersam ciuitatẽ quasi sacrũ qđ-
dã oraculũ sufficiẽter repellet/ p̃hibebitq; & manifestum & furtiuũ horũ cõcubitum. neq; de-
73 cet hoĩes auibus multisq; beluis esse deteriores. ¶ Abstinendum etiã ab agro illo femineo/
vbi semẽ germina nolit p̃ducere. hec stabilita lex ab omni amorũ insania & furore/ ab adul-
teriis & meretricum amoribus/ a nimio potus atq; cibi luxu liberabit & vxoribus viros con-
74 ciliabit plurimaq; alia pariet bona. ¶ Q; si hec nefaria cõsuetudo barbaros aliquos corruperit
& nõ facile sit legislatori q̃primum hãc pestẽ depellere: laboribus corporis veneris robur in-
fringat vt alio vires suas couertant. & palam fieri prorsus vetet vt nemo generosas liberasq;
mulieres preter suã vxorẽ tangere audeat neq; cum emptis vel alio quocũq; modo acquisitis
cõgrediatur nisi simul viros oẽs mulieresq; lateat. alioqui infamis lege habeať omnibusq; ci-
75 uitatis (ceu pegrinus aliquis) priuatus sit honoribus. ¶ Nemo fines atq; terminos terre mo-
ueat nec ciuis vicini nec finitimi peregrini si agri extrema possideat. qui legi obtẽperat in-
dẽnis esto. qui despexerit duplices penas luat. primo quidem deo vindice. deinde lege que iu-
bet: vt nemo sponte vicini sui terminos moueat. & eum q mouerit quicũq; voluerit ad agri-
colas deferat agricole ad iudicium. a quo dãnatus vtpote terminorũ clam viq; turbator red-
76 dat. patiaturq; prout iudices iudicauerint. ¶ Quicunq; fines egressus vicini coluerit agros

damnũ restituat/& imprudentie atq; illiberalitatis luat penas.duplũq; loco mulcte/ipsi depo
nat cuius agrũ coluit.cognitores vero iudicesq; & cẽsores huius rei agroꝝ curatores sint.in
maioribus quidẽ/vniuersus duodecime partis ordo:in minoribus vero q custodiis presunt.
¶Si quis pascuis noceat:illi(cognitis dãnis)iudicẽt atq; condẽnẽt.¶Si quis aliena exami/
na psequitur atq; era pulsans delectatione apes ad se trahit:danuũ restituat. ¶Si quis ignẽ 78
in materiẽ sic immiserit/vt vicino nõ cauerit:prout magistratibus videt condẽnetur.¶Si/ 79
militer qui plantando mensurã vicini agri nõ reliquerit:ita plectatur vt a plerisq; legũlato/ 80
ribus sufficiẽter dictũ reperitur.¶De aquis prisce sunt leges:& ille quoq; bone sint.¶Qui 81
aquã ad sua voluerit ducere:a publicis fontibus ita deducat/vt nullius priuati manifestũ fon 82
tem perturbet & deducat qua velit pterq̃ per domos aut sepulchra aut loca sacra nec aliud dã
num inferat nisi quod ab ipso riuulo efficitur.¶Si aque inopia in solo sita in locis aliquibus
aquas ab ethere defluẽtes nõ retinet:cũ quispiã necessitate opprimitur/.in loco suo ad Cretã
vsq; defodiat.& si hac in pfunditate nihil aq̃ inuenerit:tm̃ a vicinis aquet quantũ necessitas
postulat. ¶Si vicinis vero pauca sit:aquãdi modus/quo vtat quotidie/sibi ab agri curatori/ 84
bus statuat.¶Si aque pluuiales abũdẽt/& qui iferiores ptes habitãt/ita defluxũ phibeant vt 85
supioribus noceãt/ aut cõtra si supiores icõsiderate fluere aq̃s permittẽtes iferioribus noceãt
& cõuenire nõ queãt:in vrbe quidẽ edilis/in agris q̃ i agris preest/modũ iponat. quẽ si qs nõ
seruauerit:inuidie:& peruersitatis penas exsoluat:& vicino dãnũ in duplo restituat. ¶Qui
vuas aut ficus.de rusticis fructibus añ vindemie tẽpus:quod arcturo cõcurrit:gustauerit:quin
quaginta dragmis:si de suo agro:tẽplo dedicãdas persoluat.sin a vicinis acceperit:minã. sin
ab aliis:duas mine partes.¶Vuas ficusq; cũ commode recõdi nõ possunt:quõ & qñ voluerit 87
si sua sunt:colligat.sin aliena:qm̃ lex est vt nemo moueat q̃ non posuit:q accepetit (nisi per/
suaserit)mulctet.¶Si seruus q̃spiam non persuaso agri dño eas acceperit:p singulis ficubus 88
vuarũq; acinis:equalia numero verbera patiat. ¶Inquilinus:fructibus emptis ad repositio/ 89
nem ineptis:si cupit vescat.¶Peregrinus aũt:in ipso itinere.si transeat solus aut cũ vno tan 90
tũmodo fructus non reponendos si velit:hospitali cũ venia gustet.alios aũt gustare(quos ru/
sticos dicimus)peregrini lege phibeantur. ¶Si repositioni aptos inscius tetigerit:si. seruus 91
plectat:si liber:dimittatur admonitus:ficus vuasq; solũmodo ad repositionẽ ineptas gustare
licere. eas vero ex qbus vue passe & vinũ & carice fiunt minime.¶Pyra vero & mala tũ alia 92
tum punica ceteraq; huiusmodi clam auferre turpe non sit:atsi quis deprehensus fuerit pau
ciores annos q̃ triginta natus sine vulneribus verberet:nec pena vlla propter huiusmodi ver
bera libero sit ¶Aduene quoq; perinde ac de iis quos diximus repositioni ineptos:carpere li 93
ceat.¶Si senior quispiam comederit nec asportauerit : oim huiusmodi fructuũ sit particeps. 94
¶Si quis sponte alienam aquam siue scaturientem e fontibus siue collectam veneno aut fo 95
ueis aut oblatione corruperit:ad ediles deferat.vbi si deliquisse conuincitur: dãnum restituat
et fontes aut aquarii vas vt ipsi ad faciendam purgationem iudicauerint ita purget.¶In ad 96
uectione omnium que in agris colliguntur:liceat cuiq; res suas qua velit aduehere modo aut
nulli damno sit aut sibi triplum proueniat lucrum eius dãni quod vicino infertur. horum co
gnitores magistratus sint & ceterorũ omniũ que per iniuriam sponte quis aut vi aut clã vel
per se vel per illa que possidentur aut ab eo in personam aut in rem tulerit.¶Horum omniũ 97
ad magistratus si damnũ tres minas non excedit si maius sit ad constituta publice iudicia
causa deferatur & qui iniuriam intulit puniatur. ¶Si magistratuum aliquis iniuste de dãno 98
alicuius duplum ei qui passus est iniuriã debeat & omnino si quid per iniuriam fecerint ma/
gistratus:causa ipsa a quolibet volente in publico iudicio agitet.¶Nullus ciuis opificio vllo 99
detineatur:sed nec seruus quidẽ ciuis alicuius.nam arte magna que exercitatiõe longa mul/
tisq; doctrinis indiget occupatus est ciuis:cũ communẽ ciuitatis ornatũ procuret & duas ar
tes aut duo diligenter studia exercere humana natura non potest: neq; etiã quisq̃ potest satis
arti quidem vni vacare & alterius artis opifici presidere. ¶Hinc in ciuitate nemo erarius si 100
mul & lignarius faber sit:nec lignarius faber fabris erariis magisq̃ opificio suo presideat.sed
singuli artifices singulis artibus vacent:& ab eis victum acquirant.

¶QVARTI LIBRI HECATONOMIARVM.
FINIS.

¶ HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS LIB. QVINTVS

1 HAnc legem ita ediles obseruari procurent: vt si ciuis aliquis ad artem aliquā
magis q̄ ad virtutis curā declinauerit, opprobrio atq; infamia notatū, ad cur
2 sum suum conuertant. ¶ Si peregrinus aliquis duabus artibus vacet: vinculis
3 mulcta, expulsione, vnam tantū cōplecti cogatur. ¶ De mercede opificū: de
operis ipsoꝝ approbatione aut improbatione. de iniuria quā patiūtur aut in,
ferunt: ediles vsq; ad dragmas quinquaginta cognoscant maiora vero ad publica iudicia de,
4 lata secundum legem iudicentur. ¶ Vectigal importādarum aut exportandaꝝ rerum: nullū
5 sit penitus. ¶ Thus vero & cetera huiusmodi que diis incenduntur peregrinaq; sunt purpu,
ram similiter & colores alios qui a regione non producuntur & omnia deniq; peregrina ni,
si necessaria sint: nemo adducat. nec rursus qđ regioni necessariū sit: nemo exportet: ¶ Hec
6 omnia legum custodes duodecim q reliqui sunt exceptis quinq; senioribus: procurēt atq; co
7 gnoscant. ¶ Arma vero & instrumenta bellica: si aduecticia arte est opus conuehant, & que
cunq; ad hec idonea sunt. & hoꝝ magistri equitū, & ductores exercitus curam habeant: vt ci
uitas, inuehendi exuehendiq; facultate cum opus fuerit non priuetur. de quibus legum custo
8 des: sufficientes decentesq; leges ferant. ¶ Nulla in re colligende pecunie gratia: vel in vrbe
9 vel in vniuersa regione, cauponatio fiat. ¶ Annona que ex agris percipitur: in duodeci par,
tes ab oībus distribuatur similiter cōsumenda. & duodecima pars qq;: vt tritici, ordei ceteraꝝ
q; frugū & fructuū venalium quoq; oīm aīalium tripartito & cōuenienti ratione dispensetur
et ps vna liberis, altera seruis, & tertia opificibus ac oīno aduenis tribuat. & hec tertia oīm
necessariorum: pars venalis semper ac necessario sit. de duabus vero partibus: nihil necessa,
10 rio vendatur. ¶ Cum tres partes sint: quoad hoc nemo plus habeat nec dn̄s nec seruus nec ad
11 uena sed equalis eadēq; similiter sit oībus distributio. ¶ Quilibet autē ciuis cū duas partes
acceperit: seruis ac liberis quot & qualia velit suo arbitratu distribuat. ¶ Oīm animaliū qbus
12 victus a terra prebet: ita fiat distributio. ¶ In singulis duodecim partibus: duodecim vici sint
13 & in singulis duodenis vnus in medio in quo rerū venalium loca & templa cōsecrata sint &
14 custodum edes vndiq; mitissime. ¶ Reliqua regio: opificibus in tredecim ptes distribuatur &
pars vna in vrbe habitet, per duodecim vrbis partes diuisa alie exteriorem vndiq; teneāt lo
cum. atq; in singulis vicis opifices ad agriculture cōmoditatem idonei habitare compellantur,
et horum oīm magistratus ii qui agris presunt curam habeāt: & quot quibusue singuli opifi,
cibus egent & vbi habitantes opifices impedimento agricolis non sint: sed magnam ipsis af
15 ferant vtilitatem. vrbanoꝝ vero opificū: curā ediles habeant. ¶ Res venales: cure censoribus
sint qui primo rem sacrā curent: deinde ne quis vendendo emēdoue iniuriā faciat vehemen
16 ter prouideant & imoderatos contumeliososq; oēs compescant. ¶ Primo vero mensis cuius
q; die: ciues eorūq; ministri duodecimā tritici partē & similiū ad id seruatoꝝ emēdā pegrinis
proponant: emantq; peregrini pro totius mensis tēpore triticum & reliq̄ necessarioꝝ que pri
17 mo foro venduntur. decimo vero die: venditio emptioq; mensi sufficiens statuatur. ¶ Vice,
simotertio: aīalium venditio quibus hoīes egent supellectiliūq; vt corii ac vestium & similiū
18 fiat. & in his omnibus: nec dn̄s nec seruis cauponarii liceat. ¶ In peregrinoꝝ tamen foro pe
grino: liceat opificiqus eorūq; seruis: vinū cibūq; cōmutare ac vendere: carnesq; coctas. que
19 res a plerisq; cauponatio nominatur. ¶ Materiā vero ignis vniuersam: quotidie peregrinus
ab iis qui in agris id curant: emere possit ceterisq; peregrinis prout velit & quando velit itera
20 to vēdere. ¶ Ceteraꝝ rerum oīm & supellectiliū quibus vtuntur: in cōi foro vēditio fiat in lo
cis determinatis vbi legū custodes cēsoresq; vna cū edilibus locū designarūt & precia vena
21 libus imposuerunt. & illic nummi rebus cōmutentur & res nummis. ¶ Comutet vnusquisq;
per seipsum. neminē cōmittens: q si cōmiserit siue receperit siue nō quiescat oportet: nā nul
22 lum taliū cōmutationū: iudicium sit. ¶ Si quid venditū emptumq; pluris minoris ue est q̄ lex
tulerit qua rerum venalium mensure & precia constituta sunt: apud legum custodes: plus il
lud conscribatur & contrariū deleatur. & ita de conscriptione bonorū que ab incolis peregri
23 nisq; possidentur fiat. ¶ Liceat cuiuis certa conditione ad vrbem migrare: & hoc ita vt artem
aliquam exerceat. nec plures q̄ annos viginti: a die conscriptionis permaneat. quo in tempo

re nullum incolendi vectigal soluere cogatur:nisi frugalitatis exemplum.nec emptionis ven
ditionisq; gratia erario quicq̄ debeat:cum vero viginti anni exacti fuerint:accipiat rem suam
& abeat.¶ Q; si magnum aliquod beneficiū intra viginti annos ciuitati contulerit velitq; 24
pluri tempore aut etiam per vitam in ciuitate manere:fiat illi quod petierit rarumq; habeat
si modo consilio concioniq; persuaserit.¶ Incolarū filiis si ipsi quoq; similiter opifices sint 25
post quintūdecimum etatis annū ita colonie tempus incipiat vt viginti postea maneāt an
nos deinde quo velint proficiscantur.& si manere voluerint:maneāt postq̄ similiter persna
serint.qui vero discedit oblitterata descriptione que āpud magistratus erat cōscripta abeat.
¶ Qui deprehensus in sacrilegio erit.si seruus peregrinusue fuerit in facie ac manibus ca 26
lamitate ipsius litteris inusta verberatus pront iudicibus videbitur nudus extra fines pella
tur.nam hoc supplicio:continentior forsitan efficiet euadetq; melior.nullum enim supplici
um a lege factum ad malū tēdit:sed ad alterum duorum aut vt melior aut minus prauus qui
penas dedit efficiatur.verum cui talis suboritur in animo cogitatio:itelligat id malum a pri
scis atq; inexpiatis flagitiis sibi inasci.& ideo ad expiatiōes cō fugiat:& ad sacrificia supplex
& ad consortia bonorum virorū qui partim audiat partim discat iusta honestaq; ab omnibus
esse colenda & malorum consuetudines apprime fugiat.si cessauerit morbus:bene secum actū
est.aliter mori satius arbitratus:optandum illi desinere viuere. ¶ Si ciuis quispiam aliquid 27
tale in deos in parentes aut in patriam perpetrare & ad maximam iniuriam induxisse animum
deprehendatur:hunc iudex(quia ex puero bene doctus educatusq; a maximo scelere non ab
stinuit)sanari non posse existimet pena huic mors malorum minimum. vituperatus autē(vt
alios exemplo iuuet(extra fines perdatur.Cum enim insanabiles vita priuantur id dupliciter
ceteris prodest.nam horum exemplo a pctō ceteri deterrētur & improbis hominibus ciuitas
ipsa mundatur.filiis vero eius & generi vniuerso si mores paternos fugerint:quia nati ex ma
lo fortiter virtutem secuti sunt:honore exhibeatur & laus.¶ Nullus istorum pecunie in fiscū 28
redigantur in ea republica in qua sortes easdem semper & equales manere oportet.sed quan
do quis ea que pecuniarum mulcta luenda sunt:quod supra sortem possidetur id impendat sors
integra maneat.cuius rei exactam veritatem:a descripto sensu legū custodes semper iudici
bus deferant ne quis vnq̄ propter indigentiam pecuniarū sua sorte priuetur.¶ Q; si quis ma 29
iore damno dignus videatur nec fideiussore liberalitateq; amicorum liberetur : manifestis diu
turnisq; vinculis & ceteris opprobriis puniatur.¶ Pctm̄ nullum impunitū sit: neq; profugus 30
vllus & impunis abeat.sed aut morte plectat:aut vinculis aut verberibus aut ignominiose se
dendo standoq; in sacris ad extremitates regionis perductus.aut ea ratione que dicta est:pe
cuniis mulctatus penas luat. ¶ Iudices capitalis criminis sint ipi legum custodes:& optimi 31
quiq; ex eorum numero delecti qui anno proxime preterito functi magistratibus fuerint.¶ Co 32
ram accusante deffendenteq; q̄ proxime seruata ipsorum dignitate iudices sedeāt: vbi ciues
qui ocio abundant assint omnes taliaq; iudicia diligēter audiant.in quibus cū prima oratio
ab accusatore habita fuerit defensor alterā dicat deinde senior de iudicibus:que dicta sunt (omni
adhibita diligentia) sufficienter examinet.post eum ceteri oēs considerent:& nihil discus
sione sua dignū censet.alteri examinationem suam relinquat.que tūc conclusa fuerint: scri
pta(insertis omniū iudicum signis)in sacrario deponantur.sequenti die similiter examinēt
appositisq; signis deponantur.tertio die vbi simili modo fecerint: sacrum singuli ferentes
suffragium iureiurando affirment se vere iusteq; pro viribus iudicaturos atq; ita huic iudi
cio finem imponant. ¶ Qui principatum ad hominis arbitrium redigit eiq; leges subigit 33
atq; ita ciuitatem subiicit factionibus & vi adhibita contra leges seditionibus eam replet:hic
vniuerse ciuitati hostis omnium maximus iudicetur . ¶ Secundus hostis is reputet:qui non 34
amplissimis fūgatur in ea republica magistratibus eas coniurationes non animaduertit & si
animaduertit timiditate quadam patrie non succurrit. ¶ Vnusquisq; vir qui alicuius precii 35
ciuis esse studet:eiusmodi reipublice hostes in iudicium trahat.huius autem sceleris & parri
cidii iidem sint iudices iudiciumq; similiter peragatur:& suffragia que multitudine vincunt
morte condemnent.¶ Peccata patris non luāt filii:nisi pater auus ac proauus deinceps mor 36
tis supplicium debeāt.hos autem cum bonis suis(sorte semper excepta)in antiquam ciuitas
patriam mittat & de filiis ciuium quibus plures q̄ vnus sunt:non pauciores q̄ decem ānos na
ti eos sorte diligant quos partes aut aui paterni materniue nominauerint . & qui oraculo ap

37 probabit/huic feliciore fortuna/sors/& domus restituta reddatur. ¶Damnatus quispiam
furti/si vltra sortem bona sua sufficiunt/duplum reddat. aliter in vinculis detineatur/donec
38 illi persuaserit cui debet/aut reddiderit. ¶Si publicum furtum fuerit: tum demum a carce-
39 re liberetur/cum ciuitati persuaserit vel duplum reddiderit. ¶Legislatores: solum de hone
sto bono iustoq; scribere debent. & cum ab eis leges scripte sunt: ceteris omnibus scriptis/
maxime omniũ preferende sunt: ceterorũ vero scripta/probari: si illis consona sunt. sin mi
40 nus: derideri. ¶Legislator patris matrisue personã gerat: scriptaq; charitatis ac prudẽtie vir
tutem habeant/potiusq̃ domini tyrannicq; imperium imitantis/scribentisq; tantũ/ ratio-
41 nemq; nullam assignãtis. ¶Si quis aliquid simile eorum que sut sacrilegi/proditores/ aut
legum corruptores cõmittunt ob insaniam vel morbo vel senio pressus/ vel in etate pueri
li cõstitutus: ita vt ab istis nichilo differat/admiserit: iudibus declaratus et ipso aut defen-
sore referente/ꝙ sic affectus id commiserit: damnũ quod intulit simplex omnino restituat
cetera sibi remittãtur. nisi forte mundus adhuc a cede non sit/homine prius iterfecto. nam
42 tunc alio profectus: annum peregrinet. ¶Si autem priusq̃ constitutũ a lege tempus preter-
ierit reuersus fuerit: aut etiam intra fines deprehendatur: in publico carere biennio/a le-
43 gum custodibus detineatur. post hac liber a vinculis esto. ¶Si quis in certamine publicisq;
gymnasiis non sponte amicum hominẽ interfecerit/siue confestim siue postea ex vulneri
bus secuta mors sit/vel in bello similiter vel in exercitatione bellica a magistratibus insti-
tuta/siue nudis corporibus seu ad imitationem veri belli armatis: secũdum legem a delphi
44 co apolline latam mundus sit. ¶Omnes medici qui curantes non sponte occiderint: mun-
45 di sint. ¶Si manu quispiam non sponte siue nudo corpore siue instramento vel telo vel
cibo/potuue ignis frigorisue & fluctus adiectione aut priuatione spiritus aliquem interfe-
46 cerit: omnino vt manu propria interfector existimetur atq; ita plectatur. ¶Si quis alienum
seruum interemerit/suumq; putauerit: domino damnũ restituat vel duplum precii reddat.
quanti vero fuerit seruus: a iudicibus statuatur. purgationibus pluribus maioribusq; vtatur:
q̃ qui certando aliquem interfecerit. sin vero seruum suum interfecerit: purgatus secũdum le
47 gem sit absolutus. ¶Si liberorũ quis non sponte hominẽ interfecerit: iisdem purgatiõibus
vtatur/ quibus qui seruum pemit & interfecti hominis gratia/integro anno exula patria/
omniq; ea regione procul vitam agat. nam ferũt vt interfectũ hominẽ qui libere vixit: iter
fectori statim post mortẽ proximo tẽpore irasci/ac ꝑpter violentã mortẽ interfectorẽ ipm
si inter suos degit(vim ad hoc suppeditante memoria)cunctis viribus terrere atq; turbare.
48 ¶Si is qui interiit peregrinus fuerit: a patria quoq; peregrini/annuo tẽpore homicida pel-
latur. his legibus qui obtẽperant genere proximi interẽptis illis veniã prestent: qui etiã illis
reconsiliati & equi omnino erunt. sin minus(cum immũdi sint)templa deorũ petere vel sa-
crificare audeant: genere ꝑximi interemptis/id iudicibus deferant: eosq; de cede accusent/
& dupla oĩa sumant ab eis supplicia. ꝙ si proximi neglexerint: quasi scelere in ipsos reuo-
49 luto a quolibet volente accusent: & quinq; annos patria carere cogantur. ¶Si peregrinus
non sponte peregrinũ in ciuitate occiderit: a volente quocũq; iudicibus deferatur/et simi-
50 liter iudicetur. ¶Si incola id fecerit: anno exulet vno. ¶Q; si peregrinus omnino peregri-
51 num sue incolam siue ciuem necauerit: vltra purgationẽ/tota etiam a regione in qua leges
huiusmodi dominãtur/omnẽ exulet vitam. ac si contra leges redierit: morte a legumlatori
52 bus puniatur. & bona si qua possideat proximo interfecti tradantur. ¶Q; si non sponte quis
piam eorum in eam regionem delatus fuerit/tempestatis quidem vi & fluctu maris depul-
sus: nauigandi oportunitatẽ pedibus mare tãgens expectet. vi autem per terram adductus: a
magistratu cui primo res delata fuerit soluendus est & intactus in exilium retrudendus.
53 ¶Qui per irã sua manu liberũ hominẽ interfecit absq; voluntate interimẽdi: vt verberi-
bus vel quouis modo ita vt confestim post impetum penitentia sequatur: simplex cedes ita
54 facta ponatur. ¶Qui vero contumelia vel ira lacessitus/in vindicte cupiditate ꝑseuerans
postea volens interficit: nec penitet ita fecisse. duplicis cedis per iram facte reus habeatur.
nam maiora supplicia illis decet imponere. qui consulto per iram interfecerint: illis contra.
55 qui repente & inconsulto: leuiora. ¶Qui manu propria liberum hominem ira concitus
inconsulto occiderit: cetera quidem eadem patiatur mala/ que & homicide. qui non per i-
ram occiderit: debentur. sed duobus omnino ad iram suam coercendam exulet annis. q si

ex insidiis & consulto occiderit:cetera quoq; similiter ac primus cogat facere.at non bien-
niū tm̄ sed trienniū exulet:vt ira eius diuturnior/diuturnius puniat. ¶Cum restituendorū 56
tempus aduenerit:legū custodes duodecim ad fines regionis mittāt. qui diligēter cōsidera
tis oībus p id tempus exulū actionibus/pudoris eorū receptionisq; iudices fiant. illi vero:ho
rū magistratuū iudicio acquiescāt.¶Si post resurrectione alteruter horū ira cōmotus simi- 57
liter peccauerit:ppetuo exulet.& si rursus redierit:non aliter q̄ peregrinus rediens puniatur.
¶Si seruus ira cōcitus dominū suum necauerit:nisi hoīs cognati/quomodo velint ipsum 58
interficiāt:mūdiq; a crimine sint/dūmodo viuum nō cōseruauerit. & ita si seruus alium li
berū per irā interemerit:traditus a domino iterempti cognatis/ quomodo voluerint ipsum
interficiāt.¶Si pater aut mater filiū vel filiam quouismodi verberibus interficiat:pinde ac 59
ceteri homicide purget & triēniū exulet.& post ipsam restitutionē maritus ab vxore vxor
q; a viro separent:nec simul amplius liberis pcreandis operā dent. ¶Nullus habitet cū eo: 60
cuius filiū vel fratrē occidit/nec vna cū eo sacris cōmunicet.& qui his legibus nō paruerit:
impietatis reus a quolibet accuset.¶Si vir vxorē aut vxor virū per irā necauerit: purget si- 61
militer & trienniū exulet.cūq; redierit:nec sacris cum liberis suis cōmunicet/nec vna mē-
sa vtatur.alioqui vtriq; a quocūq; volente impietatis accusent. ¶Frater si fratrē aut sororē 62
aut contra/ira occiderit: non aliter q̄ parētes qui liberos interfecerūt purget/& exulet. nec
post reditum:sacris & mensa cū illis cōmunicet/quos fratribus aut sororibus filiisue priua-
uit.hanc autem legem trāsgressus:vt ipietatis reus cōdemnet. ¶Cum quis adeo victus ab 63
ira fuerit/vt insano iracūdie furore parentē interemerit/si parens anteq̄ mortē obiret/spon
te interfectorē suum a cede liberauit:purgatus sicut qui nō sponte cedem cōmiserunt mun-
dus sit.sin vero non liberauit:multis legibus reus sit qui necauit.nam vltimis suppliciis ce
dis ipietatis sacrilegii subiectus erit.quia sacrilegio genitoris animā abstulit.quare si possi-
bile esset sepius aliquē mori:iustissimū esset sepius parricidā interfici.¶Si filius a parētibus 64
interfici tentabit: nulla lege illi cōceditur/vt pro defensione sua parētes a quibus in lucem
editus est interimat.sed omnia potius sustinere precipit/q̄ quicq̄ huiusmodi cōmittere.qd
si fecerit:parricidiū morte pletur.¶Si orta cōtentione vel quouismodo frater fratrem in se 65
impetū facientē & in defensione sua interimat:quasi hoste pempto purus sit.aut si ciuis ci-
uem aut pegrinus peregrinū/aut peregrinus ciuē/aut contra aut seruus seruū:similiter mū
dus sit.¶Si seruus liberū se defendens interimat.iisdem legibus quibus & parricida sit sub 66
iectus. ¶Attamen quicūq; anteq̄ moriat sponte interfectori dimiserit/ seu frater fratri seu 67
dominus seruo & ita de ceteris oībus:quasi nō sponte cede cōmissa purget qui interfecit/
& annum exulet vnum.¶Qui consulto cōciuem suum per iniuriam manu propria inter- 68
fecerit:primū a templis/a foro/a portubus & ab omni cetu cōmuni/ne presentia sua hec ma
culet procul absit/siue quis adesse interdixerit siue nullus.nam lex ipsa interdicit atq; ita id
vetat:vt pro vniuersa ciuitate interdicere semper & interdictura esse videat.Deinde qui eū
non psequitur vt decet de interfecti cognatione vsq; ad patrueles & consobrinos:primū sce
lus deorūq; odia in ipsum vertātur. deinde reus cuiq; sit/interfectum vlcisci volenti.qui au
tem persequi volet que vel de luendi criminis obseruatione/vel de aliis quibuscumq; deus
instituit:pergat/homicidāq; secūdum legem penas dare cogat. ¶Iudices harum rerum illi 69
sint/quibus sacrilegii puniendi data est authoritas.qui autem condēnatus fuerit/morte pe-
nas luat.et quoniā non impie solum sed & impudēter fecit: in regione interfecti sepeliri nō
debet.quod si fugerit neq; iudicium sustinuerit: perpetuo exulet. ¶Si vnq̄ citra fines fue- 70
rit deprehensus: qui prius illi obuius erit cognatorū interfecti/vel ciuium: impune interi-
mat/aut vinctum magistratibus tradat huius rei iudicibus occidendum. ¶Si quis hunc 71
defensurus accesserit:pro eo fideiubeat quem tutatur/tresq; is fideiussores quos iudices suf-
ficientes putauerint/adducat.qui iudicio illum se daturū promittant. si id facere noluerit/
aut non potuerit:victus a magistratibus iudicio reseruetur. ¶Si non propria manu sed vo- 72
luntate/consilio/insidiisq; hominem interfecerit: cum ipse causa cedis sit/animoq; impu
rus/si in ciuitate habitet/cōdemnatus similiter puniatur.non tamen fideiussores prebebit:
et condemnatus ipsa non carebit sepultura.¶Hec eadem peregrinis aduersus peregrinos & 73
seruis aduersus seruos:si consilio & insidiis non propria manu cedem cōmittant efficiantur.
¶Si seruus liberū sponte siue propria manu siue consilio interemit cōdemnatusq; fuerit: 74

trahat a publico lictore atq; vindice ad interfecti monumētū vel vnde illud cernere queat,
verberatusq; prout iudicio eum conuicit/si ita cesus adhuc viuat: ad necem vsq; cedatur.
75 ¶Si quis seruum nichil iniuriantē timens ne turpe quid a se factum iudicet/vel alia huius
76 modi causa inductus morti tradat:quasi ciuem necauerit sic puniat. ¶Si quis in tam mise-
ram calamitatē inciderit/vt patrem matrē fratrem filiūue sponte atq; consulto vita priua-
uerit:a publicis sacrisq; locis arceatur & vades requirant. et qui huiusmodi cedis condēna-
tus fuerit:tam a iudicum ministris q̃ a magistratibus occidatur/trahaturq; extra vrbem in
statutū triuium nudus/vbi singuli magistratus pro vniuersa ciuitate in mortui caput lapi-
dem mittant:atq; ita ciuitatē omnē purificent.deinde vltra regionis fines portatū:insepul-
77 tum eiciant. ¶Ei qui sibi mortē cōsciuerit:sepultura solitaria fiat vbi alius nemo condatur.
et in iis locis sepeliatur:que de duodecim regionis partibus vltima deserta innoīataq; sunt.
78 sic obscurus:vt nec statua nec inscripto nomine sepulchra notent. ¶Si iumentū aut aliud
animal hominē interficiat nisi in publico certamine:interfecti hominis propinqui id iudi-
79 cibus deferant/& damnatū extra regionis fines interficiant. ¶Si quid inanime preter ful-
men/aut aliud telū diuinitus missum aīa hominē priuauerit:genere ꝓpinquus interfecto p
ximū in vicinia ad hoc constituat iudicē.& quod damnatū fuerit (vt de aīalibus dictum est)
80 extermine. ¶Si quispiā vita priuatus reperiatur & ignotus homicida sit/nec diligenti in-
quisitione reperiat:in foro publico preconio predicet.vt qui hunc vel hunc necauit (quia ce
dis reus sit) sacra loca non ingrediat & vniuersam deserat regionē.alioqui deprehēsus occi-
81 detur & isepultus extra regionis fines eiiciet. ¶Qui noctu furem domū suam ingressum
82 interimerit:mundus sit. ¶Qui spoliatorē in defensione sua vita priuat:similiter mundus N
83 sit. Qui mulierem liberam aut puerū ad rem veneream vi subigit:impune/non ab eo so O
84 lo cui vis illata est:verũetiam a patre/fratribus/filiis vita priuet. ¶Si maritus eū qui vim T
85 vxori infert/perimat:lege mūdus sit. ¶Si quis voluerit cogitaueritq; amicū hoiem ex iis A
quos lex ꝓhibet/iterficere/vulnerauerit autē nec interficere potuerit:in vicina ciuitate ꝑ to
tam vitā exulet/nullo rerū suarū omnium fructu carens/dāno prius restituto si quid obfuit vul
nerato quod a iudicio eius rei fuerit cōstitutū. ¶Iudices sint:qui cedis essent si vulneratus
86 obiisset. ¶Si parētes filius aut seruus dñm consulto vulnerauerit:ita fecisse cōuictus/morte
87 scelus luat. ¶Si frater fratrē aut sororē/aut cōtra vir vxorē/vxorue virū interficiēdi cōsilio
88 vulneret:ꝑpetuo exulet. ¶Si filii filieue pueri sint/adhuc exulanti rē eius familiarē tutores
89 administrēt qui eos orbos tuent.sin adulti:res ipsas habere ꝑmittant/alere tñ exulem non
90 cogant. ¶Si quis vero liberis carēs in hmōi calamitates īciderit:cognati eius vsq; ad sobri-
nos cōsobrinosq; tam ex viroꝝ q̃ ex mulierū ꝑte cōueniant.& vna cū legū custodibus sacer
dotibusq; cōsilio habito/in exulātis domū vnāquidē de quinq; milibus & quadraginta do-
mibus ciuitatis heredē cōstituant.oportet enim vt ciuitas q̃sanctissimas & felicissimas pro
viribus domos possideat. Ideoq; primo domus ſm legem expietur: & ex ꝓstātissimo for-
tunatoq; gñe in quo plures adolescētes sint quoꝝ vnū quasi filiū adoptent/deūq; precati fe-
91 licioribus patrisfamilias auspiciis/ꝓlis ꝓpagatorē successorē domus/heredēq; ſm legem
cōstituāt.eū vero qui peccat:sine noīe sine liberis/siue sorte vlla iacere patiant. ¶Vulneris
ira facti qui condēnabit/si sanabile fuisse vulnus euētus ipse mōstrabit:duplū damni restitu
at.sin vero isanabile:quadruplū.quod si sanabile etiā fuerit/at vulnerato ingentē afferat de-
92 formitatē:quadruplū soluat. ¶Si quis non solū obfuit vulnerato/verūetiā patrie nocuit qđ
milite ipsam aduersus hostes priuauerit:similiter puniat/ac preterea damnū ciuitati resti-
tuat.& vltra eam quā debet militiā pro vulnerato etiā militet/& quicqd illi gerendū erat in
bello ipse agat.alioqui reus sit cuilibet volenti eum accusare neglecte militie:& triplū qua-
93 druplūue prout visum fuerit iudicibus restituat. ¶Si germanus germanū similiter vulne-
rauerit:contribules & cognati vsq; ad sobrinos consobrinosq; ex viris simul & mulieribus
cōuenientes/tam viri q̃ femine iudicent/genitoribusq; ipsum tradant vt ipsi secūdum na-
turā puniant.q si punitio ambigua fuerit:ꝓpinqui ex parte viri determinent.si ipsi tādem
94 non possint:ad custodes legum causam deferant. ¶Si nati nepotesue tale quid genitoribus
intulerint solum:ii iudicent qui annū sexagesimū transegerit/quibus veri non adoptiui li-
beri sint.& condēnatus:aut morte aut grauiore/aut non multo minore supplicio puniatur.
nec quisq̃ de genere suo/etiam si etatem a lege prescriptā trāsigerit:iudicet. ¶Si seruus libe

rē ira cōcitus vulnerauerit: a domino tradaſ vulnerato/vt arbitratu ſuo iniuriā vlciſcaſ ni-
ſi malit damnū recupare. ¶Si id ſerui vulneratiq; malicia p compoſitionē factū fuiſſe quis 96
ambigat:ad iudices deferat.qđ ſi id non cōuicerit ita eſſe:triplū damni reſtituat.ſin vero cō
uicerit:ſeruitutis reum habeat eū qui doloſe cū ſeruo egit. ¶Qui non ſpōte aliquē vulne- 97
rauit:ſimpliciter damnū pſoluat.nā nullus legūlator impare fortune poteſt. & iudices ſint:
a quibus q̄tum damnū fuerit/declareſ. ¶Quilibet ſeniorē & re & verbo colat. nam exiſti 98
mandū cunctis ſemp eſt:ſeniorē non paruo interuallo iunioribus preponendū & apud deos
et apud hoīes qui feliciter victuri ſint. ¶Si viginti annis minor eſt:quaſi patrē ſi vir fuerit 99
aut matrē ſi mulier reuereaſ. ¶Peregrinū audentē ciuē cedere:ſi qui cediſ puniendū cenſet/ 100
ad tribunos plebis pducat.nec ipſe verberet vt eo magis a cedendis ciuibus abſtinendū eſ
ſe demōſtret/quādo etiam a pegrinis ſe cōtinet.tribuni autē diligenter inquirāt.& ſi pegri
nus iniuria ciuem pcuſſerit:verbera totidē illi publico flagello reddāſ/ne quid tale amplius
impudenter audeat.ſin vero innocens peregrinus videbitur(minis eo caſtigato qui perdu-
xit)ambos dimittant.

¶QVINTI LIBRI HECA-
TONOMIARVM
FINIS.

¶HECATONOMIARVM/CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS LIBER SEXTVS.

SI equalis equalem vel paulo maiorē qui nōdum pater ſit/neq; vtriq; ſenes ſint ver 1
beribus cedant:ſm naturā nudis manibus ſe defendant. ¶Si quis annos vltra qua 2
draginta natus/ſiue aliū inuadēdo ſiue reſiſtendo cedere quenq̄ audeat:ſeruilis ru
ſticuſq; habitus hoc opprobrio ſatis punitus videaſ. ¶Qui viginti ānis vel pluri 3
bus natu maiorē pulſauit:qui forte interfuerit ſi nec minor nec equalis ſit phibeat.& ſi nō p
hibuerit:ſm leges improbus habeaſ.& qui monitis obtēpauerit:modeſtus atq; manſuetus/
ſiue equalis aut minor verberato ſit: eum vt fratrē aut patrē defendat. ¶Iudicio ſubiectus 4
ſit:qui ſeniorē verberauit.& ſi dānabiſ:non minore q̄ annuo tēpore vinciaſ.imo etiā maio
re modo id iudicibus videaſ. ¶Si pegrinus vel icola viginti annis vel pluribus ſeniorē pul- 5
ſet:pſentes modo cōſimili opitulenſ.& qui cōdēnatus fuerit ſi pegrinus eſt/nō vrbis inco-
la bienniū vinciaſ.ſi autē incola:vt q legibus non obtēperat trienniū niſi iudices iudicaue
rint diutius detinēdum.qui vero pſens fuerit nō opitulatus/de primo cenſu mina dāneſ.de
ſcđo dragmis quinquagita.de tertio.xxx.de quarto vero:viginti.& hoꝝ iudices ſint ductores
exercitus/prefecti ordinū/tribuni/equitūq; magiſtri. ¶Si quis nō furioſus patrē aut matrē 6
eorūue ſupiores pulſare auſit.primū deq qui pſentes erunt opē ferāt/& incola vel pegrinus
ſi opitulabiſ:in publicis certaminibus tanq̄ preſes preponaſ. ſin minus a regione vniuerſa
extermineſ.ſin autē incola nō ſit:auxiliatus quidē laudē non auxiliatus vero vituperiū cō-
ſequaſ.ſeruus opitulatus liberetur.nō opitulatus:centies publico cedaſ flagello.& ſi in foro
id cōtigerit:ibidē a venaliū rerū curatoribus puniaſ. in aliis autē vrbis partibus: ab edilibus
qui preſentes fuerint.extra vero vrbem ſi id factū fuerit:ab iis qui curandis agris tunc preſi-
dent.& ſi quis ciuiū ſeu vir ſeu mulier adoleſcens aut ſenior affuerit:defendat prot nuſſce
lus proclamans.q̄ ſi auxiliari noluerit:malorum imprecatione ſecūdum legem prematur.
¶Cum vero pulſaſſe parētes condēnabitur:primū perpetuo exulet & a ſacris om̄ibus arcea
dixit/neq; tibicen ſine chorea neq; duces ſine militibus ad quicq̃ vtiles eſſe.quare precipie
88 bat: vt e regione diſcederent.¶Dionyſius ſacella circuibat:ſicubi videret poſitam boni de- Dionyſius.
monis menſam auream aut argenteã & auferre precipiebat.& quecunq; ſtatue quippiã pre-
tendere videbantur:auferri iubebat.dicens quodcunq; accipio:tollere precipiunt.veſtimen-
ta etiam aurea & coronas aureas ſtatuarũ tollebat:dicens ſe & leuiora & accõmodatiora da-
turũ.& ſubinde illis albiculos amictus/albiculaſq; circũponebat coronas.

¶ECONOMIARVM PVBLICARVM FINIS.

¶LEONARDI ARETINI VIRI CLARISSIMI EXPLANATIO IN LIBRVM PRIMVM ECONOMICORVM ARISTOTELIS AD COSMVM SVVM.

R Es familiaris & reſpublica inter ſe differũt.diximus ſupra in proemio/quam greci Politicam vocant nos appellare rempublicã.hinc ſunt M.T.de republica libri. Item quã illi economicã:noſtri remfamiliarẽ dixere.hinc patriſfamilias nomen venit:q̃ domũ gubernat ac moderatur.de re igitur familiari/dicturus Ariſtoteles:premittit differentiam inter illam & rempublicã/dicens non ſolũ eſſe tantam differentiam/ quanta eſt inter domum & ciuitatem que ſunt ſubiecta earum verũetiam in illo differre: q̃ in republica plures quidem imperãt/ in re vero familiari vnus dũtaxat eſt imperator & rector. q̃ dicit domũ eſſe ſubiectum reifamiliaris: non hic pro parietibus & tecto domus ſumitur/ſed pro familia.ciuitas quoq; non menia & tecta ſed concilia cetuſq; hominũ ſignificat.rei igitur familiaris diſciplina/circa domũ.reſpublica vero circa ciuitatem verſatur.que prima eſt differentia.Secunda vero differentia eſt.quia in republica plures imperant/vt Rome ſenatus/conſules/tribuni/militares/ediles/curules/pretores vrbani tribuni plebis.nã imperare dicũtur quicunq; magiſtratũ in republica gerunt: quorum dicto parere neceſſe eſt.ſunt enĩ ſuperiores/vnde illud naſcitur legitimũ par in parem non habet imperiũ.in republica igitur plures imperant:in re autem familiari ſolus paterfamilias. hic enim iubendi & animaduertẽdi in familiam poteſtatem habet:eiuſq; dicto parere neceſſe eſt.itaq; vt illic publice:ſic iſte priuatum magiſtratũ gerit/ imperiũq; exercet.Quedam enim artes diſtinguũtur. Poſt aſſignatam differentiã reifamiliaris & rei publice.genus earũ cõmune attingit Sunt enim he artes quedam Artium vero diſtinctio fit.quarũdam enim eſt feciſſe at non vti facto.quod patet in lyra & fiſtulis.lyram enim facit artifex & fiſtulam cauat:vtitur autem poſtea non ipſe qui facit/ſed muſicus.ſunt igitur quedam artes:quarũ eſt feciſſe & nõ vti facto. Alie cõtra.parant enim quod vtẽdum eſt:& parato vtũtur. huius generis eſt reifamiliaris diſciplina/& reipublice.eſt enim reipublice conſtituere ciuitatẽ ab initio:& cõſtituta bñ vti. eodẽq; modo reifamiliaris parare domũ ab initio.& poſtq̃ parata illa fuerit/illa vti.¶Ciuitas quidẽ eſt mul I

titudo domorũ. Aperit iam quid sit ciuitas/& quid domus. inquit enim ciuitas est multitudo domorꝫ
agro & pecunijs sufficienter abũdans ad bene viuendũ. de domo autem paulopost dicit quid sit/assi
gnando partes inquiẽs. ¶ Domus partes sunt homo & possessio. Sed redeamus ad ciuitatẽ. cuius nu
da descriptione cõtenti in presentia simus. nam est locus tractandi vberius in libris de republica. Ci
uitas inquit est multitudo domorꝫ ꝙ dicit domorꝫ: intellige vt supra diximus. non enĩ de parietibus
& stillicidijs loquit/sed de familijs. nam neq; ciuitas muri & tecta sunt: sed cetus hominũ iure socia-
torꝫ. ꝙ autem subdit. ¶ Agro & pecunijs: ob hoc enim cõueniunt homines in societatẽ cõmunem:
vt sufficientes sint. & vt quod alijs deest: ab alijs reportnnt. hic agricola victum parat agrum serens/
faber autem sibi aratrum & vomerem. Textor & sutor vestem & calceos subministrat. ille frumentũ
& vinum eis tradit. ita rerum pmutatio fit: que connnet ciuitatem. Nũmus deinde constitutus est ad
faciliorem pmutationem: ne si tutor forte domum sibi parare velit/ mille milia calceorꝫ tradere habe-
at. nam quis tot simul calceis indiget/ sed alijs multis indigentibus/ calceorum venditione facta/ pe-
cunias recipiat & pro domo tradat. nummus igitur in subsidium repertus est: res necessaria ad ciuita
tem continẽdam tuendamq; vite societatẽ. Ager quoq; necessarius est in quo consistat ac seratur: &
hoc est quod inquit in agro & pecunijs. quãdo enim multis cohabitãtibus & singulis opus suum in
cõmuni societate cõferentibus/sufficientia resultat ad bene viuendum: tunc est ciuitas. & ciues sunt
qui isto modo cõueniunt/ & sub eisdem viuunt legibus. Ita Florentini omnes vnam ciuitatem faciũt.
Senenses aliam. Pisani aliam. ne quicq̃ refert intra vrbem habitent vel extra. Sed quod de pecunijs
dixit: ad omnes res que in estimationẽ pecuniariam cadunt hoc vocabulum referas. ¶ Id autem ex
eo patet ꝙ si compotes/ciuitatem esse multitudinẽ domorum agro & pecunijs sufficienter abundan
tem/ex eo patere inquit. ꝙ si cõpotes esse nequeant: societas soluitur/id est sine illis ciuitas stare non
Cicero. potest. Ciuitas enim est societas quedã vt inquit Cicero in libro de republica sexto. Nichil est illi prin
cipi deo quod quidem in terris fiat acceptius: q̃ concilia cetusq; hominum iure sociati/ que ciuitates
appellãtur. sociati ergo homines: ciuitatem cõstituunt. soluta vero societate: ciuitas interit. soluitur au
tem societas: si ea que retulit non adsint. & hoc est quod ait/si compotes esse nequeant: societas solui
tur. ¶ Insuper huius gratia in vnum cõueniunt. cuius autem gratia vnumquodq; est & fuit: & substan
tia ipsius hec existit. Alia probatio ꝙ ciuitas sit multitudo domorũ agro & pecunijs sufficienter abũ
dans ad bene viuendum. Coeunt enim homines simul in societatem cõmunem: vt sufficienter abun
dent ad bene viuendum vt supra diximus. quia quod alij deest: alius affert in cõmuni societate. cum
igitur huius gratia sint sociati simul homines/& nisi huius sufficientie compotes sint/dissoluatur soci-
etas: merito dici potest hanc esse substãtiam ciuitatis. nam hec faciunt vt subsistat ciuitas. quo autem
est & fuit po- aliud subsistit: id eius substantia est. sed quero cur posuerit vnumquodq; est & fuit. respondeo vt si-
nebatur vbiq; gnificet causam permanẽtem/vt est hic. nam huius gratia constitute sunt ab initio ciuitates & huius
est & fit: sed gratia durant/& in communi societate. merito ergo dicitur cuius autem gratia vnumquodq; est & fu-
stare non põt. it/& substantia eius hec existit. ¶ Itaq; patet priorem esse remfamiliarem q̃ rempublicam. nam do-
nã Aristoteles mus que est reifamiliaris opus: prior est tempore q̃ ciuitas/ que ex domorum multitudine constitui-
habet ἐστι καὶ tur. pars enim ciuitatis est domus. huius autem materie partes priores sunt q̃ totum/ quemadmodũ
γέγονε. item cõ & ouis prius q̃ grex/qui ex multitudine ouium fit. ¶ Considerãdum est igitur de re familiari. Iam ag
Leonardi esset greditur discussionẽ rei. nam precedentia locum proemij magis tenuere ad docilitatem quãdam au-
futilis. ditorũ pertinentia & quid sit eius opus. Finis in refamiliari sunt diuitie. vt Aristoteles ipse in princi-
II pio Ethicorum ostẽdit. opus autem eius est recta familie gubernatio. ¶ Domus quidem partes sunt
homo & possessio. hec est diffinitio domus/quam recte premittit: vt & quid sit id de quo tractaturus
Cicero. est intelligamus/et materiam paret sibi ad doctrinam tradendam. ¶ Simile quiddam est apud Cice
ronem in libro de officijs. inquit enim. Omnis que de aliqua re habetur institutio: a diffinitione inci-
Abutitur hic pere debet/vt intelligatur quid sit illud de quo disputandum. deinde diffinitionem subijcit in hunc
egregie nomie modum. Omnis de officio duplex est questio. Vnum genus est quod pertinet ad finem bonorũ. Al-
diffinitionis: terum quod est positũ in preceptis. quibus in omnes partes: vsus vite confirmari potest. Ita hic Ari-
qua intelligat stoteles diuidendo diffinit. Nam diffinire nichil aliud est q̃ determinare. determinãt autẽ rem qui to
quid est. tam in suas diuidit partes. vnde species diffinitionis est partiũ cõsignatio. domus ergo partes sunt ho
mo & possessio. Idem aũt hic significat domus quod familia: vnde rei familiaris nomẽ tractũ est. Cõ
sueuerũt enim latini per hoc nomen res cum qualitate aliqua iunctum: disciplinas fere significare. vt
res militaris/respublica/resfamiliaris/res rustica/res domestica quod idem significat qđ res familiaris/
quoniã domus & familia idem sunt. vnde paterfamilias dictus est qui domum gubernat & regit. Si-
gnificare autem familie nomen nõ homines solum/verumetiã res que nostro acquirunt dominio: iu-
ra testãtur ciuilia. vbi tota patrimonia in iudiciũ familie herciscunde venire constat. dic ergo domus/

id familie partes:sunt homo & possessio.quasi dicat hec duo complectitur domus: homines scilicet &
possessiones.& de homine quid sit:nemo dubitat.¶ Possessio autẽ quid in hoc loco significet: decla-
ratione indiget. Videtur autem hoc nomen possessio etiã duo significare.nam & res omnes quas pos
sidemus/puta fundos/pecus naues/& cetera hujusmodi/que nostri dominij sunt . hec enim habentes
possidere dicimur.significat etiam non illa que iam possidemus:sed que acquirimus . & in hac secun-
da significatione:possessio idem significat quod questus.idemq; videtur magis proprium in hoc loco
nam & verbum grecum κτησις quod est hic positũ : vtrumq; significat/sed hoc magis q̃primum. Vt
etiam Xenophon in Economico suo ostẽdit.& Aristoteles in Ethicis inquit:liberaliores videntur qui
non quesiuerunt ipsi/sed ab alijs acceperunt.& huius rationem assignat.sed quod ibi dicit quesiuerũt
eodẽ verbo vtitur scilicet κτησάμενοι a quo κτησις id est ctesis est. Significat ergo nõ res possessas so-
lum:sed etiam questum.& circa primum diligentia patrisfamilias est in conseruando.circa secundum
diligentia est in acquirendo quo in genere agriculturam paulopost preferet: omnibus alijs questibus
anteponens illam.Nec tamen iste due significationes multum distãt:si recte perpendantur. ¶ Quo-
niam vero primum in minimis cuiusq; natura inspicitur.Sic etiam in libris de republica facit Plato:vt
a minimis inchoet ciuitatem.si igitur in minimis cuiusq; natura inspicitur:in domo certe sic se habebit
scilicet & vt eius naturam in minimis & primis(vt ita dixerim elementis)inspici ac discerni possit. vn-
de statim illa minima subijcit ex Hesiodi sententia.¶ Quare secundum Hesiodum. Hesiodus poeta
fuit. Homero traditur aliq̃to posterior . hic in eo libro cuius titulus est opera & dies/ quem ad Persen
fratrem scripsit /docẽs que facere/queue habere patremfamilias oportet huncversum posuit/quasi ele
menta domus cõtinentem quem nunc Aristoteles ad propositum suum inducit.¶ Domicilium in pri
mis mulieremq; & bouem aratorem. Significat enim dum dicit mulierem deinde possessionẽ id est
questum cum de agricultura dicit/ad quam bos arator est vtilis.hec sunt veluti prima elemẽta familie
et reddit rationem.quia alterum est primum in liberis scilicet mulier:alterum in victu scilicet opus rusti
cum/quod in arando consistit.de domicilio autẽ/tanq̃ de re nota omittit.sed postea in fine quale esse
debeat tradet. Vel ea que sequuntur distributiue ponit:quasi dicat domicilium in primis id est mulie-
rem & bouem aratorem/vt hec sint partes illis quod supra dixit domicilium vel domum:nam vt dixi-
mus:hec hominem & possessionẽ significat.in que duo:tota domus diuiditur. ¶ Itaq; oportet ea que
ad vxorem spectant recte disposuisse. post assignatas duas partes scilicet hominem & possessionem:
incipit iã ab homine/aliud dicere/vt posteaveniat ad questũ.dicit ergo cũ mulier sit primũ in liberis &
quasi quoddam elementum familie:necessarium est ea que ad vxorem pertinẽt recte disposuisse/hoc
est prouidisse vt talis sit/qualis esse debet. Et quod dicit prouidisse:id est ante omnia illud prouidisse
oportuit:vt vxor sit disposita/& talis qualis esse debet. Sciẽdum tamen est q̃ hic dicitur de vxore.vio
tente tractum est ab Hesiodo.non enim Hesiodus de vxore intellexit:sed de ancilla.Nam cum dixis-
set mulierem ita subijcit in sequenti versu non coniugio acceptam sed precio partem . que & si opus
fuerit boues sequatur.patet ergo de ancilla eũ sentire:sed Aristoteles sanius & melius interpretatur: nã
ancilla non est primum in liberis/sedvxor. ¶ Possessionis autem prima cura est.Perinde est,dicere pos
sessionis prima cura est:ac si diceret in acquirẽdo precipua & maxime laudabilis cura est/ quasi dicat
in nulla re tam laudabiliter acquirimus q̃ in opere rustico:id est in agricultura. probauit erũ Hesiodus
dictũ in vxore & opere rustico:quoniam alterũ primum est in liberis alterum in victu: & de vxore que
dam dixit:nunc vero de opere rustico/resumit:laudans illud & preferẽs alijs questibus.Rationes qua-
re agriculturam ceteris questibus anteponit:multe sunt/ sed precipue quia est secundum naturam/ &
quia iusta/& quia vtilis ad fortitudinem.¶ Ceu metallorum vt auri & argenti fodiendi & quod de Ca
lybe scripsit Virgilius.Insula in exhaustis chalybum generosa metallis . ¶ Et si qua alia huiusmodi vt
Lapidicine/ silua cedua/sed hec non ita humaniter fiunt:vt agricultura.cum in metallis fodiendis ter-
re veluti parenti afferantur manus eius viscera fodiendo.in agriculturavero fodiatur benigne. Itaq; no
stre quoddam humanitatis institutum esse a maioribus scribit Plinius secundus:ne in Italia metalla fo-
derentur.q̃obrem subdit . ¶ Sed agricultura precipue:quoniam iusta/idest non iniuriosa non violen-
ta sed mitis & pia.quoniam non inhumaniter neq; ab inuitis extorqnet.¶ Natura enim omnis educa
tio est a matre.quare & hominibus a terra.hic terra dicitur parẽs:quia nos educat.¶ Prodest etiã hoc
plurimum ad fortitudinem.fortitudo estvirtus animi:vires autem & robur sunt corporis.ad vtrũq; pro
dest agricultura.nam & corpora facit robusta per tollerantiam laborum:& animum firmat cõtra peri
cula per exercitationẽ tuẽdi res suas q̃ vtplurimum sunt extra munitiones/ & periculis subiacẽt.¶ Non
enim qnẽadmodumviles artium. de opificijs dicit/vt tonstrina/& sutrina/& figularia & argentaria &
alia huiusmodi:in q̃bus sedulitas est muliebris & nullus virilis labor.¶ Sub diuo consistere id est sub
aperto celo ad estum & frigus:sine cameris & fenestris pannatis.que oĩa intelligeuda sunt nõ de his so-

Xenophon.
Hesiodus.
Homerus.
Perses.
Mos grecorũ vetustus fuit: p̃cio cõparare vxores.vt sc̃dj Poli.numero 18 q̃d nõ ad uertit Leonardus.
Virgilius.

lum qui manibus suis opus rusticũ faciunt.sed de ijs quoq; qui curant faciẽdum ceu dominus predijs intentus.quod in œconomico prosequitur Xenophõ.❡ Sed eius diligẽtie que est circa homines.Q uo niam de cura & diligentia que est circa questũ dixit/in quo prepofuit agriculturã:nũc de ea que est cir ca homines adhibenda.dicit/in qua prefert maxime vxorem.& rationes duas assignat. sed videbatur supra dixisse de vxore.Respõdeo:ita in genere.dixit enim prouidendum vt sit talis qualis esse debet. sed hoc parum erat:itaq; nunc magis trite.& particulariter discutit.❡ Premissum est eni a nobis & alijs locis desiderare naturã multa efficere talia.Ratio quare mari & femine sit cõmunio maxima secundũ naturã.premissum est inquit/id est presuppositũ alibi vbi de generatiõe tractauit:naturam desiderare multa efficere talia:vt homo hoies/leo leones/equus equos.Natura enim desiderat omne animal/sibi simile producere.hoc autem non potest mas sine femina/aut femina sine mare desideriũ adimplere: sed ambo simul concurrãt necesse est.Itaq; eorum societas est secũdum naturam: & quidem ex neces sitate constituta.❡ Enimuero in ceteris animalibus absq; ratione id sit desideriũ procreandi.cõmune quidem est oĩbus animalibus:sed distinguitur in ipsis prout alia magis alia minus ab inanitate remo ta sunt capaciaq; prudentie.nam alia quidẽ indistincte congrediuntur sine aliquo respectu/ sed quan do naturali mouentur desiderio. Alia vero se coniungũt non tantũ procreãdi gratia/verũetiam vt ope mutua se coadiuuent/quod in cicuribus & prudentioribus bestijs videmus. dicũtur eni cicures ille be stie:que remote sunt a belluina feritate.prudentiores autem vocat:quecunq; prouidentiã habent circa victum/vt formicas/apes/& ceteras que futuri memores/cibũ colligunt & conseruant.In his igitur mu tua quedam auxilia coniũctionis apparent:nec tantũ conuenire societatem vt procreent/sed vt mutua sese ope tuenť.Sed in homine maxime omniũ id conspiciť.patet enim in hominibus coniũctionem fieri inter marem & feminam non solũ vt sint/hoc est non solũ vt procreent ac perpetuent genus suum verũetiam vt bene sint.principiũ ergo coniũctionis in hominibus est a natura:forma vero est a lege & ratione/quod matrimoniũ appellamus.❡ Tributũ ferẽt. Translatio est ab eo quod quis superioribus soluere astringitur:vt enim tributũ pendiť regi ex indictione:sic a natura a nobis indictum est vt alios procreemus.❡ Valentes enim ipsi:scilicet vir & vxor.❡ Imbecillos:id est inualidos paruos filios.Mox imbecilli & ob senium facti:scilicet vir & vxor:A valentibus:scilicet filijs..❡ Eadem reportent: scilicet alimoniam & tuitionem.hinc est.q̃ filio patrem abdicare nõ licet.quia iure nature obligatus est.❡ Et simul natura per hũc circuitũ.Q uod dicit & simul/duo implicat:quod & gratia cõmodi facit qui pro creat/& gratia perpetuitatis.& hoc in hominibus. Q uod aũt inquit per hũc circuitũ scilicet de parẽte in filio & de filio in parentem.❡ Adimplet sempiternitatẽ.id est adimplet desideriũ suum:videlicet vt homines semper sint secundũ speciem/ex quo secundũ numerũ esse non possunt. ❡ Tendũt enim eo rum omnia in idem vtilitatis.Sic eni ordinati sunt diuinitus vir & vxor ad societatẽ:vt omnia eorũ ten dant in idem vtilitatis/liceat quedã videanť contraria.quomodo autẽ contraria & quomodo in idem tendentia:explicat inquiens alterũ quidẽ robustissimũ & que sequuntur.Dic ergo alterũ scilicet vxorẽ et vtitur neutro genere quod non est inconueniẽs:cũ homo sit animal. Q uod vero dicit/fecit:dic/scili cet natura/vel diuina prouidentia.Item quod dicit ob timorem cautius:scilicet ad custodiã rerũ suarũ ❡ Alterum ad sedulitatem/deterius.Vir enim ad quietẽ intra limen agendã ineptus est.❡ Generatio propria est:id est precipua mulieris.& expone generatio id est effectio siue partus.❡ Vtilitas aũt com mune quantũ ad filiũ.Non enim hic loquiť de vtilitate parentũ:sed de ea quã parentes conferũt in fi lium.itaq; subdit alterius nutrire est:alterius erudire.educatio enim est a matre vt supra dixit: eruditio vero a patre.& sic vtilitas communis est omborum.❡ Primum igitur leges sint viro ad vxorẽ & iniuria cesset:cum sit ope mutua inter virum & vxorem ad bene viuendũ contracta societas:primũ hoc preci piendũ est vt sint leges viro ad vxorem.Sed quid est quod dicit/sint leges viro ad vxorẽ. an forte ad alios non sunt leges/Respondeo.Vir est paterfamilias:domus sue (vt ita dixerim) rex hic pro arbitrio familiã gubernat/castigat/punit/potestatẽq; habet in seruos & filios & res possessas.nec vlla lege vetu sta prohibetur:quo minus hãc potestatẽ in seruos & filios exerceat.Non putet ergo vir inqt Aristote les/eodẽ modo habere imperiũ in vxorẽ:sed sint leges quedã viro ad vxorẽ/quas seruare debeat.& quas si transgrediť:iniuriã faciť.nec in arbitrio suo positũ existimet:vt totũ sibi liceat.sed cognoscat se lege te neri:& iniuria cesset.nam ius est secundũ leges:iniuria contra leges.❡ Sic enim nec ipse iniuriã patie tur:ab vxore videlicet.que propter iniurias viri:aut infida sit aut adultera nonnunq̃ etiam venefica.& expone exempla in Clitemnestra / & Penelope. quarum altera : propter iniurias viri/adultera & cedis conscia fuit . Altera propter fidem coniugis : castitatem seruauit.❡ Hoc enim communis lex. Pytha gorici censebant/sancte quidem & bene/communi quodam humanitatis iure abstinendum esse ab iniuria etiam erga seruos:nam & si seruus:homo tamẽ est. qui cum in tuam domum peruenit: qua si ad larẽ familiarẽ confugisse videtur ne iniuriã patiať.fuit nãq; religio antiqua:vt quicunq; ad larẽ ali

Xenophon. III

Memores a butitur voca bulo.

Generatio p pria est. Ari stoteles habet oppositũ τὴν γένεσιν. καὶ τὴν ὠφέλειαν ἰδίαν.

cuius confugisset/etiam si is inimicissimus esset/violare eum non liceret. quod Themistocle fecisse scri
bunt/cũ athenis pulsus domum inimici/& a se quidem magnifice offensi quem vitare non poterat/in
troisset:fugiens enim ad larem supplex etiam apud infestissimũ inuiolatus permansit. est aũt Lar veste
sacrũ:& quenis domus id sacrum habet. sedes aũt eius sacri est/vbi principaliter ignis fit. Pythagorici
ergo dicebant oportere nos estimare seruos nostros esse ab lare. id est ab illo loco ad quem confugien
tes violare non est fas. quoniam ipsi serui cum in domum tuam venerint:ad larem familiarẽ tuum cõ
fugisse videntur. si ergo seruis id humanitatis tribuitur:multo magis id tribuendum est vxori/& iniu
ria cesset:ex communi lege & ratione domestici sacri. est enim communis lex:vt confugientibus ad la
rem/iniuriari fas non est. Mulier autem est ex ijs qui in domum tuam veniunt/& ad larem confugisse
videntur. non solũ ergo priuata lege/que est viro ad vxorem: verũetiam communi lege que est ad om
nes confugientes ad larem abstinendũ est ab iniuria vxoris. & hoc est quod iquit: etiam cõmunis lex
inducit/vt Pythagorici tradũt. ℂ Est aũt viri iniuria. Inter ceteras leges que sunt viro ad vxorem ista
quoq; numeraẽ:vt sua contẽtus esse debeat/neq; cũ alijs consuetudinem ineat. quam si transgrediẽ vir
iniuriam facit. ℂ Itaq; dicit/iniuria viri est externarũ mulierũ concubitus. Sunt enim externe: oẽs/pre
ter vxorem. illa eñ est sua/& domestica:alie externe & aliene. ℂ In vsuvero vt neq; desit. hoc preceptũ
commune est viro & vxori. & sententia est hec:dictũ est supra proxime virũ vxore sua contentũ esse
debere & illam viro:vnde nasciẽ dubitatio quomodo facient isti in absentia si non possunt cũ alio con
cubitus habere. Respondet. ita assuescendũ est:vt neq; quando sunt presentes desit eis concubitus/ne
q; quando sunt absentes impotentes sint acquiescere & abstinere. sic ergo est assuescendum vt suffici
enter se habeant in presentia & absentia. ℂ Recte vero se habet illud Hesiodi puellã accipere debere. Hesiodus.
Quod in masculo dicitur puer:in femina diciẽ puella/& in vtroq; etatem significat ab ingressu puber
tatis/vsq; ad finem annorum crescentium. hoc est quod inquit Ouidius. Ouidius.

Seu caperis primis & adhuc crescentibus annis,
Ante oculos veniet vera puella tuos.

ℂ Vt gratis moribus imbuere possis. gratis scilicet sibi. Nam grandiorem feminam si duces: non faci
le in tuos mores illam traduxeris/presertim si aliũ habuerit virum. erit ergo dissimilitudo morum qua
stante:nec pax tibi domestica fuerit/nec amor coniugalis. nam morum diuersitates: amorem impedi
unt. ℂ Circa ornatũ vero. Aliud preceptum salutare/circa ornatum vxoris quod Xenophon in econo Xenophon.
mico suo prosequitur latius. Sed quicquid ibi prolixa illa interrogandi respondendiq; festiuitas habet:
hic breui precepto comprehenditur. summa enim totius precepti est: quẽadmodum in moribus fictio
esse non debet/sic etiam nec in corpore debet esse fictio per fucos/& alia que ad apparẽtiam pertinẽt
et non ad veritatem:nam talis ostentatio inquit. nihil differt ab histriorum vsu/qui prodeunt ex aula
tanq̃ reges ornati. sunt autem reuera viles homines:non reges vt apparebant. Intelligendum est dupli
cem esse fictionem:vnam in plusq̃ reuera sit/& diciẽ ostẽtatio. Alteram in minus:& dicitur ironia. hic
ergo de prima loquitur. que est ostentatio. hec enim vt in moribus cessare debet: sic etiam in corpore.
Plato quoq; de hac ipsa fictione ornatiue in Gorgia loquiẽ:quem totum refert in adulatione & fictio
ne ingenerosam & fallacem esse permutationem veri decoris. ℂ Si appropiquare debeant scilicet vir
et vxor. & dic appropinquare:id est conuenire simul. q autem inquit. ℂ Tragedias in scena agẽtium
ideo posuit tragedias & non comedias:quia in tragegia reges & tyranni finguntur/in comedia autem
Lenones & parasyti qui sunt viles persone. plus igitur interest in tragedijs inter personam veram & fi
ctam:quod magis facit ad propositum suum ornamenti mulierum. nam vt inquit Iuuenalis. Quale de Iuuenalis.
cus rerum/si coniugis auctio fiat Baltheus & criste/& reliqua que prosequitur. tandem concludit: exi
gua pars est ipsa puella sui. nec tamen ferebant penas vt nunc ferre ceperunt. ℂ Possessionum autem
prima quidem ac maxime necessaria est illa q̃ optima. Admirabitur quis non immerito ordinẽ huius
progressus:cum videatur nunc idẽ omittere/nũc reassumere/& interponere quedam. vt nũc de vxore/
nunc de agricultura/nunc de seruis. Sed omnia sunt plana & optima ratione ab Aristotele digesta. Pri
mo enim dixit domus esse partes hominem & possessionem. mox inducta Hesiodi sententia: pretulit
vxorem tanq̃ primum in liberis/& rẽ rusticã tanq̃ primũ in victu. dixitq; in primis curã nos habere de
bere:vt vxor sit qualis esse debeat/& rem rusticã alijs questibus esse preferendã. hoc perfecit vsq; ad eũ
locum vbi dicit. sed eius diligẽtie. ibi resumẽs diuisionem primo factã:incipit tractare de homine/ape
riens precepta circa vxorẽ magis trite q̃ supra fecerat/vsq; ad hũc locũ possessionũ. vbi incipit tractare
de seruis. sed quero vtrũ serui sint hoĩs/an possessionis. Cum enim sint partes domus:in altera istarum
sunt cõputandi. dubitationẽ aũt facit id quod inquit: possessionũ prima q̃dẽ & reliqua/ vbi sexũ nume
rat in possessionibus. Postea dicit esse hoiem. Ad hoc respondeo: videri quoddã genus mixtũ. nam et
homo est seruus:& tamen acquiritur dño nostro. Aristoteles quoq; alio loco inquit seruus est aiatũ

instrumentum.instrumentũ vero inanimatum est seruus ergo alterutrum quiddã esse videtur: sed cer
te hominis est a nobiliori parte.Si igit̃ diligentia nostra in acquirẽdo attendit̃.potissima est circa agri
culturam in q̃ seruorum opera maxime vtimur si aũt dignitas rei que acquiritur & dño nostro subijcit̃
preciosissimus est seruus.quia homo est.¶ Itaq; oportet primo parare seruos studiosos.pare:id est ac
quirere:studiosos:id est frugi/ & diligentes.¶ Seruorũ autẽ species due curator & opifex. Curatorem
vocat seruũ qui negocijs preficitur/ & curam eorum habere iubetur.Opificem vero:qui suis manibus
opus faciat/vt fodere/arare/serere & alia opera.nã maxime:de opere rustico sentire videt̃.¶ Discipli
ne tales aliquos faciũt iuuenes:vt musica musicos/moralis moratos.¶ Necesse est postq̃ parateris:id
est acquisiueris.seruos/imbuere:id est docere & erudire illos qbus liberalia negocia fuerint cõmittẽda
Cum seruis autẽ ita conuerset̃.scilicet dñs.neq; enim pati debet eos superbire:neq; rursus ita deprime
re vt vilissimi efficiantur.¶ Et liberalioribus honorem:id est curatoribus qbus negocia liberalia com
mittuntur/qui proprie dicũtur vicarij/quoniã vices domini/in curando solicitandoq; exercẽt.istis ergo
honorẽ tribuere debet.illis vero qui opus suis manibus faciunt:non tã honor q̃ cibus tribuẽdus est. vt
Cato. & Cato inquit:familiam bene pascere. ¶ Et quoniam vini potus.ponit vtilitatem que est in abstinen
do:& possibilitatẽ precepti.non est enim putandũ nimis durũ preceptũ vt vino interdicat̃ seruis : cum
Perse apud multas nationes ingenui quoq; abstineãt.Vt de persis scribit Xenophon in libris de Cyri infan
tia Cardamum & aqnã ad penã adiungere.Aristoteles tamen Carthaginensium vtit̃ exẽplo: quibus
militie abstinere vino mos fuit.vide igitur aurea verba de vini potu/ & a nobis quoq; obseruãda.verũ
ministri germani qui nobis seruiunt:ab hac Aristotelis sentẽtia longe aberrauerunt.quod aũt dicit aut
nihil aut raro:expone aut nunq̃ aut raro vt sic ad tempus totũ referatur.¶ Tria vero cum sint.Tria ma
xime attendunt̃ in cura seruorũ:opus/castigatio/& cibus.opus ad commoditatem domini pertinet:ci
bus ad victum serui/castigatio ad correptionem.Cum ergo sint tria:cibus sine castigatiõe & opere pe
Terentius. tulantem facit.de quo Terentius. Viden ocium & cibũ quid facit alienus/castigatio rursus & opus si
ne cibo est res violenta. & infirmum facit seruũ.id est eneruat/& robur aufert.firmum est robustum.in
firmum sine robore.hec si ita sunt inquit:restat vt opus illi tribuat/& cibũ sufficientem.quãdoquidem
nec opus fieri potest sine cibo deficientibus viribus:nec rursus sine opere cibus prodest/cum petulan
tiam gignat.Castigatio quoq; inter hec sortitur locum.Nam sine cibi exhibitione:castigari non debet
seruus.& sine opere attributo:se castigare nõ permittit/cum petulãs fiat per cibum & ociũ nec iam do
mini imperium ferre velit.verum vt alias dixit supra/liberalioribus seruis prestãdum esse honorẽ/pu
ta vestem & laudem aliquã verborum/& cubiculum non omnino vile/his vero seruis qui in opere fa
ciendo laborant cibum esse prestandũ sufficientem:nũc de vtroq; genere seruorũ simul transigit dicẽs
melioribus esse plus tribuendum & deterioribus minus.Nam si premia tollantur virtutum & viciorũ:
deteriores efficientur.quod & in alijs contigit.¶ Indulgere illis & permittere. quasi dicat oportet rela
xare aliquid/de seueriori disciplina.nam indulgere:est ignoscere & concedere aliquid / quod iure ne
gari queat.Genera vero seruorum.Duo genera seruorũ probat ad opus faciendum apta videlicet non
nimis fortes/neq; timidos.& rationem vtriusq; reddit:quia timidi propter imbecilitatem nature neque
unt laborem perferre.& nimis fortibus non commode imperatur. quod igitur dicit fortia nimis/exces
sum significat in fortitudine que est ferocitas.ideo subijcit postea ferocibus : quod idem significat q
nimis fortibus non commode imperatur. sunt enim contemptores quia audaces/vt inquit in Ethicis
de magnanimo.contemptor est quoniam audax:audax vero ideo contemptor. contemptor autem &
contumax idem est.nam vterq; dicitur a contemnendo id est spernendo superioris imperium.hoc est
quod ait.non commode imperatur.¶ Oportet quoq; finem. Aliud preceptum continens vtilitatem
et equitatem:nam & equum est remunerare bene agentem:& vtile est premio proposito ad benefici
um allicere.¶ Si propositum premiũ scilicet libertatis & tẽpus definitũ.Puta si decẽnio mihi fideliter
seruieris vt in Andria est.Feci ex seruo vt esses liber.propterea q mihi serueras liberaliter / quod ha
bui summum precium persolui tibi.¶ Sunt etiam procreatis filiis . Aliud preceptum in seruis: quo ad
fidem stabilitatemq; disponuntur.Serui enim nõnunq̃ fugam arripere solent. Vnde & iura plena sunt
seruorum fugitiuorum.superiora igitur precepta:tum ad alia multa tum ad hoc vtilia sunt videlicet si
bene pascas si premium constituas.est & alium preceptum vtile ad prohibendum fugam:id est si fi
lios habere patiaris . illis enim filijs perinde obligatos habebis seruos : quasi obsidibus quibusdam.
Solent enim domini si plures habeant seruos:pati vt contubernia fiant marium & feminarum . quod
enim in liberis matrimonium vocamus:in seruis contubernium dicimus . Inquit ergo Aristoteles serui
sunt obligandi.interdum id est ligandi/per filios.Si enim filios ex illis natos apud te habueris:non fu
gient.quia filij erũt tanq̃ obsides.¶ Nec plures habẽdi sunt eiusdẽ generis.nõ enĩ expedit haberi plu
res eiusdẽ generis.vt Charas vel dalmatas vel theutones/qa sectas faciũt in familia & diuisionẽ inducũt

et ſua lingua colloquūtur alijs non intelligētibus/et malorū inter ſe conſcij coniurant. ℂ Sacra quoq;
& largiores epulas. Sacra faciebant gentiles per mactationē ouiū vel iuuencoꝝ/ & ſimul poſtea ve-
ſcebant. hoc ex poetis intelligi poteſt: qui rerum vetuſtarū fidi relatores ſunt. vt apud Terentiū qui i-
uitat vicinum inquit dionyſia ſunt hodie apud me: id eſt baccho ſacra facio. & Virgilius in aduentu Virgilius.
Enee Euandrū fingit ſacra facientē Herculi/& ſacris dapibus eneam accipit. Largiores quoq; epule
preter ſacra fiunt: vt cōuiuia & exhilarationes cum aliqua ꝓfuſiori copia ciborum. Hec igitur inquit
Ariſtoteles facienda ſunt: nō tam gratia liberoꝝ q̄ ſeruorū Nam licet principiū videatur vel ob hono
rem deorū vel hoſpitū: tamen finis eſt ad cōmodū ſeruoꝝ qui plura habent ex illa copia ciboꝝ q̄ ha
beant liberi: parū eſt enim quod menſis cōſumit: multum quod remanet ſeruis. itaq; illoꝝ gratia cōſti
tutū magis videtur. vt hec talia cū largitate fiant. ℂ Quattuor habere patrēfamilias oportet circa pe VI
cunias. Dictum eſt quomodo circa hominē in vxore & ſeruis/patriſfamilias diligentia verſari debeat
nunc vero quomodo circa poſſeſſionē/id eſt qualis in acquirēdo & cōſeruando erogandoq; eſſe de-
bet adiūgit. dicit ergo quatuor habere patrēfamilias circa pecunias oportet. Primū vt ſit queſitor. Se
cundū vt queſitoꝝ conſeruator. Tertiū vt ornari per illa ſciat. Quartū vt fruatur. Quod autem dicit
circa pecunias: appellatione pecuniarū omnia veniūt que eſtimātur nummo/vt ipſe inquit in quarto
Ethicorū. ſed quod primo loco dicit: vt ſi queſitor neceſſariū eſt. nam quanti eſt: niſi hoc agatur? De-
bet igitur eſſe queſtuoſus paterfamilias: id eſt prompte ac ſolerter queſtū facere. quo in genere pretu-
lit agriculturā omnibus alijs queſtubus: quoniā iuſta eſt/et non ab inuitis extorquet/ac eius exercita-
tio prodeſt ad virtutem. Eodem modo accipiendū eſt de alijs queſtubus: qui cum honeſtate ſine in-
iuria fieri poſſunt. nam amplificatio patrimonij nemini nocens: ſemꝑ laudanda eſt. hoc igitur añ om
nia habere debet paterfamilias: vt acquirat in fructibus predioꝝ/& alijs rebus. Secūdum vt ſit queſi
torū cōſeruator. hoc etiam neceſſariū eſt. nam quid prodeſt acquirere niſi conſeruet. Illud etiam ſciē
dum: non videri quibuſdā minoris diligentie ſeruare q̄ acquirere. De quo preclare Ouidius.

Non minor eſt virtus q̄ querere parta tueri.
Caſus ineſt illis: hic erit artis opus.

ℂ Nam cribro haurire: ſcilicet quod faciunt illi qui tales ſunt vt acquirāt quidem/ſed non cōſeruent:
ℂ Id enim nichil prodeſt: nec aliud eſt q̄ perforatū illud vas/de quo ſolent poete loqui ꝙ ſorores ille
fruſtra implere nitunt. ℂ Eſſe preterea talem. ponit reliqua duo que habere debet paterfamilias: ſci-
licet vt ornari per diuitias & vt frui ſciat. Ad hec enim duo vtiles ſunt diuitie. nec vt multi peruerſe fa-
ciunt: illarum ſeruos eſſe decet/ſed eas in noſtrum ſeruitiū vertere. Erūt autem diuitie nobis ornamē
to & honori. id enim eſt quod Ariſtoteles iquit vt ornari per illas ſciat: ſi ſumptus oportune cum de Dioni.
core faciamus huius partes ſunt edes parare diuitijs cōgruentes familiam honeſtā habere/ ſupelle-
ctilem abundātem/equorū & veſtium decentē apparatum. huius quoq; eſt beneficētia in amicos/&
in publicis rebus magnificentia vt ludi circēſes/vt munus gladiatorū/vt epulum publicū. que tamen
omnia facienda ſunt pro qualitate diuitiarū/ et decentia hominis. Fruemur autem diuitijs: ſi ea que
pertinent ad victum/& ad cōmoditatem noſtram inde ſuſceperimus. non enim ita parcēdum eſt re-
bus queſitis: vt in abūdantia egeamus. puta qui vinum bibit acerbum. vt maturū vendet. ac edibus
inhabitat ſordidis: vt ſplendidas locet/& cetera que ſunt huiuſmodi. Ex quattuor ergo que patrēfa-
milias habere oportet: duo ad reifamiliaris amplificationē ꝑtinent querere ſcilicet & ſeruare: duo rur
ſus ad vſum ſcilicet vt in ornatū noſtrum diuitias cōuertamus/& vt illis fruamur. Sed videtur contra
ria & inter ſe pugnantia precipere. Si quidem querere & erogare/item ſeruare & frui contraria ſunt.
Reſpondeo queſtum facere oportet & ſeruare queſita: vt habeas quid eroges decenter/et decenter
fruaris. Qui enim non querit neq; conſeruat: erogare non poteſt. Itaq; in his cōſiſtunt liberalitatis &
externorū eius fundamenta. ℂ Diſtinguenda quidem ſunt ſingula. Dixit quattuor habere oportere
patremfamilias: quorum pmū fuit vt ſit queſitor. ad hoc igitur ſunt iſta precepta: vt non taſeat res
in confuſione ſed diſtinguat ſingula et inſpiciat diligenter/prouidentia adhibita vt ſemper plura ha
beat fructuoſa q̄ infructuoſa. nam ſi octo milia habeat in bonis: non debet habere edes quinq; miliū
neq; predia ſuburbana que maximi precij & exigui ſunt fructus/nec veſtem magnā patrimonij par-
tem occupantē: ſed negocia ſcilicet ruſtica vel negocia vt mercaturā et ſocietates. Iſta ſunt diuidēda. Pericles.
ne omnia vni periculo ſubiaceant/vt ſi mercator in eadem naui totum patrimoniū imponat. hec ſunt
que dicunt de queſtu faciendo in genere. In ſpecie tamen laudant agriculturā: cuius & particularia
precepta in libris de re ruſtica legantur. nec huius ſunt diſciplinę: ſed rei ruſtice. ℂ Circa tuendū au-
tem queſita. hec ſunt precepta circa ſecūdam partem/hoc eſt circa tuitionem queſitorū: ad quod vti
les eſſe dicit Perſicas & Laconicas adminiſtratiōes/vtilem etiam atticam. ſunt autem hi adminiſtrā-
di quidam modi/certis in locis conſueti: quos refert ad imitationē faciendam. Nos vero de ſingulis

dicamus.Sed ... mũ de attica. Pericles Athenienſis vir & in rebus bellicis et in cura reipublice om-
nium etatis ſue excellentiſſimus:in re quoq; familiari ſolers ac frugi fuiſſe perhibet. Is in eius domo
hoc obſeruaſſe traditur:vt quotannis fructus prediorũ ſuorum integre venũdaret.ipſe vero quecũq;
neceſſaria ad victum familie erant ſeorſum emeret. ita & reddituũ prediorum extabat ratio ex illis
redacta pecunia/et ſumptũ domeſticorũ magnitudo non latebat/que maxime ad diligentiam & fru-
galitatem pertinere videbãtur.nec ſolum Pericles:ſed & ceteri Athenienſes hoc factitarunt.hic itaq;
eſt atticus adminiſtrandi modus:quem dicit Ariſtoteles eſſe vtilem ad cõſeruationem.et hoc eſt qd
inquit:vendentes emunt.hic ergo vendentes fructus collectos ex predijs: emunt ſcilicet ea que per-
tinent ad victum familie.Si enim vendas fructus:nullus per annum illos tibi ſurripit/nullus fraudat/
nullus furatur. Nec tam facile abſumitur quod emptum eſt: q̃ quod prouenit ex predijs noſtris.
¶ Et penoris inſtitutio non eſt in exilioribus adminiſtratiõibus.Quod dicit in exilioribus adminiſtra
tionibus non eſſe inſtitutionẽ penoris:idem eſt quod in magnis.Nam attici nec in magnis nec in exi
lioribus:penus habere cõſueuerunt.¶ Sed hoc quod de exilioribus & maioribus dicit ad diſtinctio
nem Ariſtotelis refertur/quam poſtea faciet.eſt autem penus vinum & triticum & cetera omnia que
ad victum pertinẽt/ vt caſeus & perna et oleum.cum enim vẽderent hec omnia:non inſtituebãt pe-
num/ſed dietim emebant.¶ Eſt autem Perſica.Quid ſit modus atticus diximus: nunc quid ſit Per
ſicus aperit.Eſt enim Perſicus adminiſtrandi modus vt dominus ipſe omnia videat/omniaq; inſpi-
ciat.quod paulopoſt per exempla oſtendit.¶ Ipſum omnia videre:ſcilicet dominum.¶ Et quod de
dionyſio inquit Dion.Dion ſyracuſanus Platonis auditor fuit:hic de Dionyſio ſimilia fere dicit.nul-
lum enim parem diligentiam habere alienorũ et ſuorum.¶ Itaq; quotcunq; ex quo nullus parem di
ligẽtiam preſtat rebus alienis et ſuis ſed multomagis ſuis:debet ergo paterfamilias quotcunq; per ip-
ſum geri poſſunt circa illa cum diligentia intẽdere.¶ In quo Perſicum ſimul & Lybicum. vide frugi
dictum de oculo domini/ & de veſtigio.Perſa enim.Perſa nomen eſt a prouincia: veluti ſi quis dicat
Italus/vel Gallus.nam Perſia regio eſt:vt gallia & italia.Eodem modo Lybicus & Italicus.¶ Inſpici
enda igitur.cõcludit ſecũdum premiſſa.Si enim oculus domini multum valet in rebus/multum & ve
ſtigiũ:& per eius ſi accedat ad rem.Sed hec ita inſpicienda.Sũt igitur negocia diligẽter a viro inſpici-
enda/etiam ab vxore:prout inter eos diſtincte ſunt cure.Nam alia ſunt que vir curare debet:alia que
vxor.Mulier enim pannos ſupellectilem & alia que intra limen ſunt:curare debet.vir autem circa agri
culturam & alia que virilia ſunt officia/cum frugalitate intendat. ¶ Et hoc faciendũ eſt.vir debet in-
ſpicere negocia diligẽter/preſertim in magnis adminiſtratiõibus quarum cura alteri cõmittitur.Nam
in exilioribus non tanta diligentia inſpectionis flagitatur.Et hoc eſt quod ait in grãdioribus ſepe: in
exilioribus raro.¶ Niſi enim quis.Ratio quare ſepe inſpiciendũ eſt a domino in grandioribus admi
niſtratiõibus.quia illorũ cura alijs cõmittitur.itaq; niſi dominus bonum exemplũ de ſe/id eſt de pro-
pria diligentia prebuerit:non habebit imitatores. ¶ Habiturum non extimant:ſcilicet ſapientes ho-
mines vel ipſi qui curant.¶ Quaſi impoſſibile ſit non diligentis domini diligentes eſſe vicarios.vica
rij ſunt qui vices alicuius gerunt. Cum ergo curatores gerant vices domini:impoſſibile eſt niſi ipſe ſi
diligẽs habere diligẽtes vicarios.¶ Cum vero hec ad virtutẽ.Hec eſt cohortatio & preceptũ ad dili
gentiã.debet inquit primo dñs ſurgere q̃ ſeruus & cubitũ ire poſterius.cum hec ad vtilitatẽ honeſtã
& ad remfamiliarẽ vtilia ſint. nec vnq̃ dimittere domum incuſtoditã.& ante lucẽ ſurgere:quod pro-
deſt ad ſalubritatẽ & ad rẽfamiliarẽ & ad ſtudia philoſophie.¶ In paruis igitur adminiſtrationibus:
attica regula.Retulit ſupra duos adminiſtrandi modos/Atticum & Perſicum:et de Perſico hucuſq;
tranſegit/hoc eſt vt domum inſpiciat & vigilet/ac omnia cum diligentia diſcutiat.poſtq̃ hoc dixit:re-
uertitur ad atticum.& illum diſtinguit:probans eum in exilioribus adminiſtratiõibus/ ſed in magnis
putat non vẽditionem fructuũ eſſe faciendam.ſed ſequeſtrationẽ eorum que in annum & eorũ que
in menſes ſingulos conſumere oportet. que enim in preſentia cõſumenda ſunt: ponũtur ad manus.
que non in preſenti:ad tempus deponuntur.ſic idem fere exit effectus:vt in attica/& penoris inſtitu
tio ceſſabit.¶ Eodem modo inſtrumentis.Inſtrumenta ſunt quibus fundus inſtruitur:vt ligones/ſar-
culi/falces/dolabre/ſecuris. hec etiam ſequeſtrãda eſſe dicit:vt ſupra de fructibus. & que quotidiano
in vſu verſantur:ad manus ponenda illorum quibus opus commiſeris. que vero ad tempus expedi-
unt:ſeponenda ſunt.¶ Horum quoq; ſcilicet inſtrumentorũ vel horum quoq;:ſcilicet quorum rarus
eſt vſus/& ad tempus ſeponitur.¶ Edes quoq;.Nunc de edibus dicit:quarum Heſiodus quoq; mẽ
Heſiodus. tionẽ fecerat.Dicit ergo ad tria nos debere reſpicere in edibus parandis:vt ſint vtiles/vt ſint ſalubres/
vt ſint commode.vtilitatis reſpectus habebitur conſiderata qualitate rerum in illis reponendarũ: vt
vtiles ad frumentũ/ad pannos/ad fructus cõſeruandos/ad perſonas quoq; que in illis verſari debẽt.
Commoditatis rurſus & ſalubritatis habetur reſpectus:prouidendo vt eſtate quidem affabiles ven-

to:hyeme vero solē recipiant. Erunt autē inquit hmōi:si auerso borea fuerint/nec equaliter late. auer
so borea nō significat contra boreā:sed fm boreā/id est ad eas ptes verse/ad quas boreas pflat/et sic
ad meridiē erūt verse. Sic enī solē habebūt hybernū:et vmbrā estate/ & vētum q̄plurimū p tēpus esta
tis inde pflat. ¶ Nec equaliter late.nā si essent equaliter late.verse essent ad oēs ptes. sed si erunt oblō
ge edes & ad meridiē spectātes:tūc habebūt suprascriptas cōmoditates solis & venti/et vmbre.nā sol
in estate altius incedēs:domos ad meridiē versas/nō intrat.hyeme vero lōgius vadens: totas per fene
stras infundit.ita estate vmbram:hyeme solem habebūt.preterea estate flatum ventoꝝ:hyeme a vē
tis quietem. ¶ Videtur quoqꝫ ianitor esse ponendus in magnis edibus pro obseruatiōe importādoꝝ
& exportandoꝝ.debet vero esse inutilis ad cetera:ceu claudus vel mācus .in hoc enim & minor iactu
ra fit:quia minus laborare posset/et erit magis sedulus propter impotētiā corporis. ¶ Ad rectum ve
ro vsum instrumentoꝝ. Que sint instrumenta supra diximus. ¶ Illud laconicum valet.Nunc ex laco
nico modo vel regula cuius supra mentionē fecit/dum inquit persice & Laconice et attica.sed nichil
de eo modo/tunc explicuit.Hic ponit singula suo loco iacere oportere:quod vtile est ad vsum instru
mentoꝝ.quoniā parata non requirunt.,sed hoc laconicū nō ad hoc solum/sed ad cetera quoqꝫ:vt se
parationē fructuū & aliaꝝ rerū/puta vestium viriliū/a mulieribus & ceteris hmōi/dictum valet.

¶ LEONARDI ARETINI EXPLANATIO SECVNDI ECONOMICORVM.



Robam mulierē omnibus.In rei familiaris disciplina: consideratio habetur perso I
naꝝ & rerum.persone sunt ex quibus constat domus vir & vxor/parentes et filij/
dominus & seruus.hec potissima est pars:magisqꝫ oportet patrēfamilias curam p
sonaꝝ habere/q̄ rerū.nam ille personaꝝ gratia comparant.res igitur acquirimus:
vel per agriculturā:vel per alios naturales modos ad familie indigentiā.permuta
mus etiam & miscemus exercitia:supplentes defectum. Et hucusqꝫ vere sunt diui
tie/certeqꝫ & terminate.supra vero has nullus est terminus diuitiaꝝ:cū ille iam nō
in supplenda negligentia sed in patrimonio augēdo versentur. Placet tamen sapi
entibus hanc patrimonii amplificationē(si nemini noceat)non esse vituperandā. nam ad magnificē
tiam & libertatis opus prosunt/reiqꝫ publice cōducunt. Acquirēdarū igitur precepta rerum supra de
dit/de seruis etiam & dominis expediuit. nunc autē in hoc sine libro siue libri parte/de viro & vxore
Aristoteles transigit.quedā etiam intermiscens de filijs.oportet ergo mulierē probam dominari om
nibus que sunt intra edes:curamqꝫ habere omnium secūdum prescriptas leges. ¶ Prescripras leges.
Dicit quia supra dictū est:ita naturā instituisse vt vir querat foris/vxor parta domi cōseruet. ¶ Non
permittentē queq̄ ingredi sine precepto viri.Huius precepti tres subijcit rationes. Prima:vt vitentur
obloquia.Secunda:ne efferātur secreta domus.Tertia:ne sibi imputari queat/si quid mali per ingredi
entē cōmittatur/sed imputetur viro qui precepit. ¶ Sumptu autē & vestitu. Optimo precepto dome
stica ratio subijcitur.Duplex est ornatus:corporis & animi.corporis: vestes/aurū/ & forma.Animi ve
ro:honestas/et decus quibus virtutes continent. Hic animi ornatus ad senectam vsqꝫ perdurat/imo
tunc etiam magis floret:ille vero alter cito deficit. ¶ Consortij.quia que fortuna est vni & alteri.Sors
enim fortuna. ¶ Si fit in rebus defectus:scilicet externis vel corporis egrotatio/vel alienatio mentis.
quia sic sunt tria bonoꝝ genera:externa animi & corporis. ¶ Precandū est igitur. Nam fortuna non
est in nostra potestate.ideo dicit precandū:non autem ꝓuidendum. ¶ Vir autem.de muliere supius: II
nunc de viro. ¶ Quando filiorum viteqꝫ socia. Et sic duplex est cura viri circa vxorem:vna pro filio
rū bonitate/altera pro vite cōmoditate.hoc enim solo ꝓcreatione filiorum. ¶ Ergo prudentē ignora
re non decet.hoc est quasi caput huius doctrine:nō ignorare quid cuiqꝫ debeat. ¶ Iustus & sanctus.
Insticia est que vnicuiqꝫ tribuit ius suum Nihil vero magis suum est/vxoris. hec est minor ꝓpositio:
ad illam superiorē vnicuiqꝫ tribuendū esse ius suum. ¶ Nec metum incutiat sine verecūdia & pudo
re.Duplex est timoris species vt subijcit:vna cum verecūdia & pudore/altera que est sine verecūdia.
quam nō inferat vir vxori:quia non cōuenit. ¶ Et si ipse sibi maxime dominet. vt inquit Tullius tūc Tullius.
incipiat alijs imperare:cum ipse turpissimie dominis/dedecori ac turpitudini seruire desierit. ¶ Nam III
neqꝫ.Probat superius dicta per Homeri testimoniū per diuersos actus Vlyxis et Agamēnonis. Pro Vlyxes.
pter Chryseidem.Chryseis Agamēnonis ancilla fuit.propter quā orta est discordia inter Achillem & Agamēnon.
agamēnonem.Nam cum Achilles suaderet reddendā esse patri Chryside qui erat sacerdos appolli Chryses.
nis: Agamēnon iratus in maledicta prorupit.atqꝫ in concione grecoꝝ dixit se nunq̄ dimissurū:quo
niā etiam Clytemnestre vxori illam preferebat.nec certe illam esse vlla in re inferiorem clytemnestra/ Clytemnestra.
non corpore nō ingenio/non opera.ob hoc reprehendit ab Aristotele:quia parum cogitauit de vxo
ris honore/ex qua liberos habebat. ¶ Quomodo enim recte.Resumptio est oratoria. ¶ Qualis er

ga se foret Chryseis.quasi dicat:non se excuset agamēnon/quia sit proba ideo illam habere. nā prius sibi illam cōiunxit q̄ sciret qualis esset erga se.dum enim esset bello capta et per vim:non potuit ante Vlixes. scire qualis esset. ¶ At Vlyxes. Ad contrariū exemplū reuertitur. ¶ Maximum sibi suppliciū arbitratus. Sapientissimū dictum. Maximum enim detrimentū esse putandū est male agenti: vt viuat diutissime. Cum circe. Fabula circes nota est etiam pueris. ¶ In oratione quoq;. Hec omnia sunt apud Homerum:quem optime Aristoteles sciebat/contra consuetudinē eorum qui se nūc philosophos appellant. ¶ Nullum maius bonum. Nota laudem cōiugij ex Homeri Aristotelisq; sententia: contra vituperatores huius sanctissimi vinculi.nam sine bono coniugali:nec domus nec ciuitas nec vita quidem humana stare potest. ¶ Nam voluntate domum gubernare. voluntas est boni. Malus autē facit que
IIII sibi videntur:non tamen que vult.nichil enim vult nisi bonum. ¶ Ac statim scire. Duo inquit sunt p̄mia parentibus:si recte se gesserint. Vnum statim ex ipsa cōscientia recte factorum. et hoc est maximum premiū a deo nobis datum.alterum postea a filijs nobis exhibetur in senectute/alendo atq; colendo. ¶ Dic ergo ac statim scire:id est hoc ipso quod scit/& sibi ipsi conscius est recte factorū: maxi-
Pindarus. mum premiū a dijs consequitur.& hoc probat ex Pindari authoritate:cuius est illud carmen. Dulce sibi cor & cetera:id est cor sibijpsi placens/et in se gaudens.nam vt qui male agit:stimulat̄ conscientia & metuit.sic qui bene facit:gaudet animo & bene sperat. Secūdum vero a filijs/hoc est alterū premium.& dicit secundū.quia supra in primo cum statim scire dixit pro primo:et ideo dicit nunc secūdum/referendo ad illud statim scire/quod antecessit in littera.

¶EXPLANATIONIS LEONARDI ARETINI IN DVOS ECONOMICORVM LIBROS.
F I N I S.


a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z & omnes terni:
Recognitoribus in officina q̄accuratissime/Petro Porta & Beato Rhenano.

¶B E A T V S R H E N A N V S.

Prospera sit cunctis lux/terq; quaterq; beata
Qua modo Politicus prodit Aristoteles.
Prodit & oeconomis per tempora longa probandus
Cum sene quem sequitur legifer ipse Plato.
Ergo quibus ciues ac iura sacerrima cure
Hos legitote animo candidiore libros.

V A L E T E.

M D XV.




RESTAURO DEL LIBRO
LELLI MARIO